


x-rite
colorchecker CLASSIC
mm

V. 824. I. Sl. a.

4° VII

Iacobus Comes iuliarius Veronensis suo Parthenio salutem.

Q Aeris partheni quid sentiam de tua in catullianum carmen lucubratione: an existimem in omnibus ad poetę sensum satisfacere: ego & si palã afferre iudicium meum inter tot maliuola obtrectatorum ingenia quos nostra uidet ętas: haud quaq; arbitror tutum: Dicam tamen aliquid: Sed minus certe: q; sentio: ne meo in te amori nimium credar indulsisse. Adortus es rem in primis arduam & a nullo antehac tentatam tum carminis ipsius duritie quam affectasse deindustria poetã uterq; auctor est plinius: tum mutilati operis uetustatis incuria: deprauatione: In quo quid effeceris: iudicabũt: qui commentarios tuos legent: omnibus placere immensum & supra uires prope humanas est. In hoc te dignũ laude ducimus: q; ingenti id tu animo: quod nemo hactenus aut ausus est: aut potuit attingere: In magnis etiam non assecutis uoluisse abunde pulchrum: atq; magnificum est. Oblatraturos tantisper scio si quos aut editione pręueneristi: aut quibus suopte ingenio calumniandi animus est. Donec intelligent nõstro testimonio: te non ea causa ad catulliani carminis interpretationem adductum: ut alius prępta laudem uelles. Sed simul & officii in ciuem tuum gratia: & ut aliis excultius fortasse aliquid elucubrandi uiam aperires. Nos iure nostro id possumus uel ab omni calumnia tuti affirmare. Te uera ciuiea dignum. Quod labentem iam: & a uetustatis iniuria pene obrutum ciuem: ingenii tui clypeo sublevasti: protexistiq;. Quod huiusmodi epigrammate lusimus.

aii

Hactenus abiecit carios docta libellos
Et mutilos lusus turba catulle tuos:
Lesbiacas norat lachrymas: nec passeris ullus
Funera: squalebat nobile uatis opus:
Maxima parthenius latię dispendia linguę
Non tulit: & patrię publica damna suę:
Excussit salebras: abstrusaq; sensa recusit:
Amissumq; capit pagina prisca decus:
Intret in arcanum lepidi penetrale poetę
Quisq;: gerit faciles iam noua charta iocos:
Vos reducem lauro uates ornate catullum:
Parthenio satis est ciuica sola meo.

K K
LYCEAL
BIBLIOTHEK
ZU
LAIBACH

Ex bibliotheca Joannis Baptistæ
à Scopach

ANTONIVS Parthenius Lacisius Veronẽsis Iulio Põponio salutẽ. Pleriq; ciues mei optimi: atq; clarissimi uiri disertissime Pomponi auctoritate sua me coegerunt: ut tandem ederem ad cõmunem studioseꝝ iuuentutis cõmoditatem meas in lepidissimum poetam Catullum interpretationes anno iam quarto singulis lectionibus lucubratas. Ego & si noueram nullo pacto editionem esse prꝑcipitandam quum tamen grauissimis uiris negare minime auderem: mecum diu: multumq; consultaui: Cui potissimum homini hasce Catullianas enarrationes dicarem: non enim ignorabam: quantis inuidiꝑ iniuriis esset obnoxia fors: atq; conditio scriptorum omnium: quorum nemo a conditis litterarum monumẽtis usq; ad ętatem nostram maluolorum hominum difficilem nasum effugere ualuit: qua ego aduersa sorte monitus quum tutum aliquod operi meo profugium iquirerem: ueronensem patriam meam per uetustum: atq; sacratissimum diuinarum musarum templum: Cui libellus meus te authore dedicetur: delegi: sperans fore: ut hoc uoto sit a uulgi temeritate inuiolatus: nec nouo quidem exemplo opusculũ meum immortali prꝑsidio tuendum esse censui. Nam prisci quoq; rerum authores: penes quos omniũ fere bonarum artium inuentiones claruerunt: quorum q; ingenia: & mores non solum hꝑc etas: sed etiam uetustas maxime mirata est: quum in pleriscq; aliis rebus: tum in hac prꝑsertim prudentissimi fuisse inueniuntur: q; res: quas intemeratas: atq; memoria sempiterna munitas optabant quo tutiores forent dus immortalibus consecrabant: eorumq; tutelꝑ: omni studio: & industria commendabant hinc publicas porticus: theatra: Circos: amphitheatra multorum deorum numinibus dicata legimus: hinc urbiũ muros: arciũq; moenia diis Cuiusq; ciuitatis patriis consecrata comperimus. Tu igitur doctissime pomponi unicum sꝑculo nostro bonarum litterarum oraculum: & singularis camoenarum antistes fies huic dicationi perinde ac pontifex maximus: Commentationumq; mearum Veronensi patriꝑ meꝑ dicãdarum conceptis uerbis uota nuncupabis. Et tuꝑ nuncupationi omnes celeberrimi academiꝑ tuꝑ sectatores respondentes linguis: animisq; benigne fauebunt. Sic uestris auspiciis lusus mei: meorumque studiorum primitiꝑ immortalitatem assequentur: uale.

ANTONII Parthenii Lacisii Veronẽsis in Catullum commentationes.

DIturus meas in Valeriũ Catullum interpretationes: sꝑpe: ac multũ mecum reuolui: utrũ prꝑfatione miserandum poetꝑ mei fatũ conquererer: an potius singulari lꝑticia nascentem eius fꝑlicitatem prosequi deberem. Nam quid in locupletissima litterarum re publica ꝑque dolẽdum erat: q; doctissimum poetam Catullum usq; in hoc sꝑculum nostrum i tenebris iacuisse: atq; a litteratis Ciuibus suis Cylenio: Domitioq; prꝑstantissimis latine linguꝑ interpretibus fuisse desertum: & quod molestius ferendum erat: ab illis externos poetas elegantissimis enarrationibus esse in lucem reuocatos? Quid deinde tanto gaudio meo mihi dignũ uideri debet? q; si aut per meas lucubratiunculas: aut per nõnullorum uiroꝝ studia meaꝝ uigiliarum ęmulatione mota cum doctorũ hominum: tum scholarũ: atq; prꝑceptoꝝ ulla familiaritate Catullus illustrabit. Quum igit in oibus Ciuitatibus oium fere poetaꝝ: quꝑ supersint scripta legerentur: ac solus Catullus tum quia eius scripta corruptissima erãt: tum quia carebãt interꝑte scholarum familiaritate orbatus esset hunc poetã ab eruditissimis scriptoribus nomine doctissimi: elegantissimiq; poetꝑ honoratum in scholas: atq; magistroꝝ manus: quoad potui: nuper inducere tentaui. Et enim si utri: usq; linguꝑ periti nostro sꝑculo ciues mei Cyllenius: atq; domitius doctis enarrationibus suis interpretati sunt: alter tibullum: alter iuuenalem: Martialem: atq; Papiniũ externos scriptores: quanto studiosius debui Catullum ciuem meum quantulacunq; mea declaratione interpretari? Atq; utinam Cyllenio: Domitioq; mecum fuisset pro poeta nostro idem Consiliũ: eadem uoluntas: similisq; conatus: ut Catullum nostrum miserabiliter dissectum: ac exanimẽ: landiu i tenebris iacentem in sua membra reducerent: atq; a tenebrarum sordibus in splendidam lectionũ lucem reuocatũ honori suo restituerẽt: quod si fecissent: poetam profecto nostrũ: quem uix spirantem: ac male pedibus innixum respicimus: uiuidum: robustum: nitidum: exultantẽ haberemus. Catullus enim usq; ad hanc ętatem in tenebrosis latebris iacuit: nec adhuc ullas prꝑlectionum illustrationes ullius Interpretationis lumen habuit conatus igitur sum: atq; tentaui: si possem hꝑ lucubrationibus suscitare

ANT. Parth. Lacisius libello suo.

Chare liber superas tecum lature per auras
Nomina nostra uide cautius ut sit iter
Effuge sordidulos atra rubigine dentes
Et uulgum audacem grammaticasq; manus.
Liuidius nihil est: nihil est nasutius illis
Pagellꝑ criticum se tibi quisq; geret.
Infestos morsus & acutos fortius ungues
Perfer: dum ciuis stet tibi tuta salus.
Sic tibi perpetuum decus & per longa superstes
Sꝑcula sit unax gloria chare liber.

poetam de patria nostra benemeritum: ut si litteris aliquid ualeo non tãtum externis scriptoribus quã tum cui nostro prodesse multo studiosius atq; honestius uoluisse uidear. Nec uero multum reformida bo quid in me inhumana iuidia sit machinatura: q; opus hoc multis in locis diminutum & in pluribus deprauatum atq; ob id ab eruditioribus bonarum litterarum professoribus tanq; cadauer quod nul/ lis humanis opibus nullo ue ingenio excitari possit obscuritati relictum ego mediocri studio nec claro admodum ingenio audaci conatu sim aggressus. Tantum aũt a me abfuit & abest huiusmodi uanus in uidię metus ut multo auidius q; statueram susceptum opus maturauerim. Nam quum sit cõsilium me um luci & honori suo restituere Catullum quanto plures docti uiri: mearum interpretationum ęmula tione mouebuntur tanto utilius consulent poetę nostro & in quibus ego imbecillitate ingenii detẽtus defecero studiosi homines cura peritius perfectiusq; dicendi litteratę iuuentuti me duce satisfaciẽt: hoc modo auspiciis meis paulatim adiuuabitur poeta noster atq; per multos scriptores pari studio motos decus suum reparabit: Nec mihi multum molesta erit communis omnium scriptorum sors aduersa in/ uidorum maledicentia & obtrectatio: quas a conditis litterarum monumentis euitauit nemo. Nec iter omnes scriptores quisq; tam felici fuit ingenio: qui uel in magnis uel in paruis aliqua ex parte non erra uerit: quo fit: ut minus moleste sim subiturus hanc communem sortem: quam nullo modo cauere po / tuissem: nisi omnino nihil unq; scripsissem: quod pessimum atq; calamitosissimũ uirtuti consilium si o mnibus scriptoribus fuisset: nulla litterarũ monumenta unq; extitissent: qua iactura quid posset esse p niciosius hominum ingeniis. Quamobrem quod incõmodum doctissimus quisq; ac diuinus scriptor non reformidauerit: ego & si non summo ingenio mediocriq; doctrina nõ tamen minus ęquo animo sum laturus: dum labore studio industria prosim ciui meo. Etenim si seruius peritissimus grammaticus in uirgilianis expositionibus caprum urbanum Hyginium: Didimum Probum Asprum Donatũ mul tosq; alios uirgilii Enarratores secutus in plurimis errasse deprehendit: & nihilo minus doctissimi grã matici nomen & dignitatem non amittit: Ego quoq; a lectoribus non inhumanis aliquantulum uenię sperare possum & debeo: quum in hoc perq; difficili opere interpretando ducem nactus neminem & studio satisfaciendi litteratis iuuenibus & singulari adiuuandi ciuis mei amore ac pietate tantum meę professionis honus tantũq; inuidię periculum susceperim. Nam q;q; & in grecis & in latinis nullum li brum magis corruptum magisq; mutilatum q; Catullum inueniri satis constat: ea tamen quę tum in emendanda tum interpretanda lectione Catulliana senserim neq; inuidiose Conticẽda neq; inhuma/ ne occultãda putaui. Id unũ postremo lectores monuerim: me Catulli poemata in locis supra Cẽtum mẽdosa deprehendisse: ut uerissimũ appareat Cuiusdam Ciuis nostri grecis & latinis litteris eruditissi mi dictum: quum enim is cuius nomini honoris gratia parco super quodã Catulli obscuro & depra/ to uersu nuper interrogaretur: quid sentiret: fertur respondisse prudenter: se nullã extẽpore daturum esse responsionem: quoniã tanta esset Catulliani libri confusio tantaq; inuersio: ut si ab inferis reuoca retur Catullus: Carmina sua non esset agniturus. Ego aũt Collatis & ueteribus & recentioribus Catul liani operis exẽplaribus quoad potui et si non in totũ maxima tamẽ ex parte lepidissimi poetę Carmi na a tam sordido situ excitare atq; tantis ab iniuriis extrahere uendicare tueri sum conatus: Nonnulla tamen cõfiteor esse loca: de qbus adhuc ualde quęrendũ eẽ arbitror ut Salipentiũ siue Solopechyum disertũ: & bona pars Epigrãmatis in Egnatium intercepta & illud idmeneos ne petam montes: tum pe neum prope Cylleneum & quędam alia pauca: de quibus ego nihilo minus ea probabiles (ut opinor) attuli sententias: ut a lectoribus sperem me si non magnam laudem: bonam tamen iudicii mei ueniam consecuturum. Vale.

Catulli Vita.

Caius Valerius Catullus Nobilis inter latinos lyricos poeta Veronę natus olympiade Centesima septuagesima tertia non humillimis quidẽ natalibus neq; obscuris parentibus fuit: nam patrẽ ui/ rum Caii Cęsaris dictatoris hospitio clarũ habuit. Sed paternę fortunę conditionẽ ingenio atq; uirtu tis prestantibus meritis euicit. Romã admodum tener a Mallio deductus ingenii facilitate studiis mo/ ribusq; Cõciliantibus fuit oĩbus Romanis charissimus & perq; acceptus: qua gratia munitus. M. Tul. meruit patrociniũ: Cuius rei testimonium extat poetę facetissimum Epigrãma. Licinio autẽ Caluo nõ inelegante Elegiarum poeta familiarissime usus fuit. Caio Memmio prętori Comes in bithynniã profe ctus ac multa expertus incõmoda tandem rediit in patriã: peragrata prius magna ex parte asia: Phasel lumq; quo uectus fuerat diis geminis dicauit. Mallium uero cuius larga munificẽtia benigne tractatus fuit studiosissime coluit: eiusq; tum nuptias eleganti Epithalamio tum singularem liberalitatem elegia enixe celebrauit. Fratrem aũt unicum in phrygia immatura morte raptũ piissima elogorum deplora/ tione prosecutus fuit. Olympiade centesima octogesima anno ętatis suę tricesimo Romę moritur: ama uit aũt tum Hypsitillam Ciuem suã tum Clodiam quam mutato nomine Lesbiam appellat. In Carmi nibus scribendis tres usus est fecisse Conatus primum enim scripsit mundissimos Endecasyllabos & iambos: in quibus tãtum honoris meruit: ut ab Eusebio & plerisq; aliis inter lyricos poetas recenseat:

a Quintiliano atq; Diomede grāmatico aſcribatur iambicis authoribus:quo in ſtilo ueteris comędię licentia uſus cum pleroſq; alios Romanos optimates tum Caium Cęſarē liberrima dicendi acerbitate lacerauit:Sed quum Cęſari ſatisfeciſſet ab eo eadem die cęnę fuit adhibitus. Quantis autem muſarū auſpiciis in ſecundo conatu ſcripſerit heroica declarat uirgiliana in illis compilandis frequēs imitatio Tertium uero conatū in Elegos effudit:in quibus pro priſca illa elegantia & munda ſimplicitate q̄q̄ ab utroq; Plinio & ſe & uerſus duriuſculos feciſſe dictus eſt:plurimum tamen leporis habet & gratię. Ac propterea eum Aulus Gellius elegantiſſimū atq; mundiſſimum poetaꝝ appellauit. In toto autem hoc breuiſſimo libello id authoritatis eſt aſſecutus ut ab Ouidio Naſone opponatur Virgilianę maieſtati. Martialis uero quum plurimis in locis doctum Catullum nuncupauerit:ſe tandem poeta noſtro minorem non erubuit confiteri. Frequens autem eſt inter doctos uiros opinio:cui ego quoq; Plinii authoritate ductus aſſentior a Catullo alia quędam poemata fuiſſe cōpoſita: quę ueterum negligentia iamdiu perierunt. Fuit & quidam alius poeta nomine Quintus Catullus Gellii atq; Ciceronis teſtimonio commendatus.

LYrici Carminis Origo a quo potiſſimum authore cęperit non facile dixerim:Nam etſi ante latinos nouem lyricorum fama floruit gręcia non tamen huiuſce poematos principiū apud gręcos extitiſſe affirmauerim: quippe ſi diuum Hieronymū grauem in primis authorem audimus:Origenes: Philo:Ioſephus:atq; Cęſarienſis Euſebius Sacraꝝ litterarum leges:& hymnos Sapphico Endecaſyllabo pindariciſq; muneris examuſſim fuiſſe comprehenſos aſſeruere. Conſtat autem confeſſo omnium doctorum hominū conſenſu Hebręos ſacrorum hymnoꝝ ſcriptores multis ante gręcam poeticen ſęculis floruiſſe:Siquidem Dauid Rex diuino plenus ſpiritu:diuinorumq; Canticorum ſcriptor circiter centum:& quinquaginta annos ante primā olympiada fuiſſe comperitur. Stheſichorus autē ſiculus:et Alcmane nouem lyricis antiquiſſimi olympiade circiter quadrageſima ſecunda claruiſſe dicūtur. Alcęus uero:& Sappho Mitilenęi Olympiade quadrageſima quinta. Hos autem ſecuti ſunt diuerſis ętatibus Anacreon:Simonides:Bacchilides:Pindarus:Hybicus. Sunt qui decimam addant Thebanā Corynnam. E latinorum uero poetarum numero neminem Catullo priorem lyrico claruiſſe carmine cōperi:quanq; Trimetros iambicos a Pario Archilocho inuentos Oratius ſe primum omniū latinis oſtēdiſſe aſſerit:quum Catullus noſter a Quintiliano iambicis aſcriptus eo carminis genere ante Oratium uſus fuerit: Carmē aūt Heroicū Hexamerū Oraculo delphico deberi ſcribit Plinius:tametſi Ioſephus: Origenes:& Euſebius grauiſſimi authores Moſen:qui primus diuino iuſſu Hębręis leges tulit:eo carmine uſum memorię prodiderunt. Elegos uero:quibus tertium ingenii ſui conatū effudit:incerto authore adinuētos:atq; adhuc de illius metri origine litē ſub grāmaticis agitari tradidit Oratius:quāq; Iulius Pollux Elegoꝝ inuentionē Eteocli Naxio:ſeu Eretrienſi aſſignauit:Nunc ad inſtitutum meum accedendum eſt.

¶ Ad Cornelium Nepotem.

q Voi dono lepidum nouum libellum. In hoc primo epigrãmate poeta Cornelio nepoti amico suo libellũ hũc dicat: atq; in eius nomine opus edit assignans huius dicationis rationem uidelicet quia cornelius poetę scripta iamdudũ plurimi semper fecerit. Quis aũt fuerit hic cornelius quidam docti uiri a me dissentiunt. Cornelium gallum elegiarũ scriptorem fuisse complures cõiectant: ego autẽ eusebii Tępora secutus corneliũ gallum Intelligi posse negauerim: repugnante temporũ ordine: Nã anno: quo Catullus uita functus est: cornelius Gallus uix infantię sue trimatũ attigisse Inuenitur: prętera hunc: de quo Ait poeta Corneliũ historię scriptorem fuisse carmen ipsum demonstrat: Cornelium autem Gallum elegiarum poetam fuisse constat: uero igitur similius est intelligi cornelium nepotem historiographum: quem padi accolam scripsit Plinius: unde docti uiri eum Veronensem fuisse suspicantur. ¶ Quoi. datiuus antiquus ex analogia formatus: quo &. M. Varro plęrunq; usus est. ¶ Lepidum. splendidum: elegantem. ¶ Nouum. nuper absolutum ac nondum editum. ¶ Arido pumice. hunc puto locum esse in quo Seruius a Catullo pumicem fęminino genere positum asserit: ut Catullum arida pumice credam protulisse: pumices: ut Scribit Plinius: sunt in usu corporum leuigandorum fęminis Iam quidem & uiris: & libris expoliendis: ut Idem Catulli auctoritate affirmat: Martialis libro octauo: nondũ murice cultus: aspero q; morsu pumicis aridi politus Artanum properas sequi libelle. ¶ Nanq; tu solebas. rationem reddit cur potius cornelio: q̃ alteri dedicet libellum. ¶ Meas nugas. Sic poetę suos uersus lusus: & nugas uerecunde nuncupare consueuerũt: Oratius de se ipso. Nescio qd meditans nugarum totus in illis: Martialis in sexto dum nostras legis: exigisq; nugas: & alibi: Quiuis archetypas habere nugas. ¶ Vnus italorum. pręcipuus ex omnibus italicis: Vnus pro pręcipuo. Virgilius Tum senior nautes Vnum: quem maxima pallas Edocuit. ¶ Omne ęuum. omne sęculum pręteritum: Quum autem dicit omne ęuum plane indicat Cornelii Nepotis chronica quorum meminit Gellius in noctibus atticis.

¶ VAL. CAT. VERO. POETAE CL. AD CORNELIVM NEPOTEM.

Voi dono lepidum nouum libellum
Arido modo pumice expolitum
q Corneli: tibi: nanq; tu solebas
Meas esse aliquid putare nugas:
Iã tum quum ausus es unus italorũ

¶Tribus chartis.ex mira operis bre/uitate ſcriptoris ingeniũ ſingulare de/monſtrat & numerus finitus pro infi/nito. ¶Iuppiter p exclamationẽ legit & eſt paretheſis. Quare:cõcludit di cationẽ opis: ¶Patroa uirgo.Senſus eſt uirgo & puella mea leſboia i his car minibus in tuo noie editis diutiſſime maneat in hominũ memoria:& p hoc poeta libello ſuo ꝑpetuam optat ultã & imortalẽ auctoritatẽ.

Omne æuum tribus explicare chartis
Doctis/iuppiter: & laborioſis:
Quare habe tibi quicquid eſt libelli:
Qualecunq; quidem patroa uirgo
Plus uno maneat perenne ſæclo.

¶Virgo puella mea:nam apud priſcos uirgo nõ tantũ inupta intelligebat:uerũ etiã puellã tenerã ab ętatis qualitate ſignificabat.uirg.in bucolicis Ah uirgo infęlix quę te dementia cępit ¶Patroa.ideſt patria:hoc eſt(ut ita dixerim)Cõpatriota mea:uel tua ciuis:eſt aũt grecũ adiectiuũ πατρῶος ὃ πατρῷον alii uero legunt. ¶Patrona.ſcilicet mea:patronã uſurpauit pro matrona.i. domina mea: in cuius ſum patrocinio:quemadmodũ ſerui ſub dominoꝝ iure:nam patroni pro dominis accepti ſunt: alibi poeta de hac ait. Iſq; domũ nobis iſq; dedit dominã:ſcilicet Mallius dedit mihi leſbiã meã:& amatoꝝ more amicam ſuã patronã ideſt dominã appellauit:Nã amãtes ſuas amicas dicere dominas ſolent: Ti bullus.hic mihi ſeruitium uideo dominãq; paratã;Iam mihi libertas illa paterna uale:Propertius.ſtãt mihi cũ domina prelia dura mea. ¶Perenne. aduerbium eſt & erit ordo uirgo maneat plus perenne ideſt perẽnius uno ſęclo.

¶Passeris Deploratio.

¶FLETVS PASSERIS LESBIAE.

PAſſer deliciæ meæ puellæ
Qui cum ludere:quem in ſinu tenere:
Cui primum digytum dare appetenti
Et acris ſolet incitare morſus
Cum deſyderio meo nitenti
Charum neſcio quid libet iocari
Et ſolatiolum ſui doloris:
Credo:ut/quum grauis acquieſſet ardor/
Tecum ludere/ſicut ipſa/poſſem:
Et triſtis animi leuare curas:
Tam gratum eſt mihi:q̃ ferunt puellæ
Pernici aureolum fuiſſe malum

PAſſer delicię meę puellę.Ex hoc carmie.Mar.hoc opus paſſerem appellari fortaſſe ſuſpicatus ẽ: in hoc aũt poeta leſbię paſſerẽ deflet: quem quanto maiori uoluptati fuiſſe leſbię oſtẽdit:puellã tanto acerbiore mẽro/re affectã ex auiculę illius interitu ſi/gnificat:Cõmendat prius paſſeris de licias:& iocos: deinde mortẽ eius fle/tu ac lamentationibus proſeqtur:ma la multa imprecatus orci tenebris oia deuorantibus. ¶Primum.pro primo aduerbiũ eſt aut certe appetẽti primũ ipſum digitũ quaſi ante oia digitũ ap peteret:& ſic diſtinguendũ eſt:aut pri mum digitũ pro prima parte digiti: ut.Vir. primaq; uetãt cõſiſtere terra. & Terẽtius.lenoni eripuit meretricẽ i prima fabula: pro prima parte terrę & prima parte fabulę:Ordo eſt o paſſer delicię meę puellę libet nunc mihi iocari tecum ſcilicet deſide rio meo. ¶Nitenti.nitido ſplendido & ob hoc grato nam quę nitent grata eſſe ſolent. ¶Deſiderio. amore meo:nam amicę res charę ſunt amatori. ¶Libet.mihi ſubaudi. Iocari neſcio quid charum. quendam paruum iocum exercere. Charum.ſcilicet mihi. Et ſolatiolum ſui dol.Senſus eſt:& cre/do hoc etiã ſolatium doloris leſbię:ut ego quoq; poſſem ludere tecum o paſſer ſicut ipſa olim ludere ſolebat. Solatiolum credo.ſ.quod ſequitur ut tecum ego poſſem ludere ſicut ipſa. Solatiolum ſui doloris.ſui pro eius poſuit ſatis improprie. Grauis ardor. diffinitio iracundię amatorię:nam amã/tium irę facillime accenduntur:in amore enim hęc omnia ſunt uitia: iniurię ſuſpiciones inimicicię in/ducię bellũ pax rurſũ ut ait.Ter. Acqeſſet.reſtictus eẽt aduerſũ me pro acqeuiſſet:alii legũt acqeſcet futuri tẽporis qđ minime probo. Et triſtis animi leuare curas.tã gratum eſt mihi: non enim ſõlum credo id eſſe ſolatiolum eius doloris quod accipiet ex meis cum paſſere iocis:ſed etiã hoc mihi quoq; gratiſſimum eſt ſi leuauero puellę meę triſtes animi curas:poſſumus tamẽ alium afferre ſenſum ¶So latiolum doloris.ideſt credo hanc unam eſſe meę puellę cõſolationem pro minuendo eius mẽrore ex paſſeris morte ſuſcepto:ſi poſſem tecum o paſſer ludere. ¶Et grauis ardor.ideſt grauis mẽror ex pa ſeris interitu proueniens. ¶Aureolũ malum.apud ouidium hęc fabula latiſſime patet: quemadmo/dum hippomanes aureis malis a uenere acceptis atalantam puellam in curſus certamine deceperit ac uicerit: nuptiiſq; eius ſit potitus: ¶Pernici. ueloci: nam pedum pernicitate multos iuuenes impi/gros ſuperauerat puella. ¶Quod.malum aureum ex heſperidum hortis a uenere decerptum.

Quod zonam ſoluit diu ligatam;
Lugete o ueneres cupidineſque
Et quantum eſt hominum uenuſtiorum:
Paſſer mortuus eſt meæ puellæ:
Quem plus illa oculis ſuis amabat:
Nam mellitus erat: ſuamque norat
Ipſam tam bene: quam puella matrem:
Nec ſeſe a gremio illius mouebat
Sed circunſiliens modo huc modo illuc
Ad ſolam dominam uſque pipillabat
Qui nunc it per iter tenebricoſum
Illuc unde negant redire quenquam:
At uobis male ſit malæ tenebræ
Orci quæ omnia bella deuoratis
Tam bellum mihi paſſerem abſtultis
O factum male: o miſelle paſſer
Tua nunc opera meæ puellæ
Flendo turgiduli tument ocelli.

¶ Soluit zonã diu ligatam. uirginalẽ puellę pudicitiam tradidit hipponacti ſolutam: Nam uirginalis puellarũ uenter pro pudicitię cuſtodia cingulo laneo cinctus ſeruabatur: nec licebat ſpõſo noua nupta potiri: niſi prius zonam illam ſoluiſſet: & hoc é q̃ feſtus inquit: cingulo noua nupta prẽcingebatur: qnod in lecto ſoluebat factum ex lana ouis: ut ſicut illa i glomos ſub lata coniuncta inter ſe ſit: ſic uir ſuus ſecum cinctus: uinctuſq; eſſet hoc herculano nodo uinctum uir ſoluit omnis gratia: ut ſic ille felix ſit in ſuſcipiẽdis liberis: ut fuit herculanus: q̃ ſeptuaginta liberos reliquit. Cinxia item iuonis nomen ſanctum habebatur in nuptiis: q̃ initio coniugii ſolutio erat cinguli quo noua nupta erat cicta: alibi tibi uirgines zonula ſoluunt ſinus: alibi Quod poſſet zonam ſoluere uirgineam. ¶ Diu ligatã. uſq; ad nuptiarum tempus. ¶ Veneres. uenuſtates elegantię: nam uenus non ſolum amorum ſed etiam omnium elegantiarum dea eſt: ut ſcribit doctiſſimus porphyrion. oratius: ordinis hęc uirtus erit & uenus: ideſt decus: & uenuſtas. Mellitus. dulcis: iucundus. alibi Mellitos oculos tuos iuuenti. ¶ Puella. mea leſbia. ¶ Pipillabat. diminutiuum uerbum a pipo. as. uarro tamẽ in originibus latinę linguę inquit: Mugit bos: ballat ouis: hinnit equus: gallina pipat: ſed oui. diuerſa ſentiens ſcribit accipitres pipant: miluus hianſq; lipit: Cucurire ſolet gallus: gallina gracillat: papulat & pauo: truſat hirundo uaga. ¶ Ad dominam apud dominam: ad pro apud Virg. prima quod ad troiam pro charis geſſerat argis. ¶ Tenebricoſum. tenebricoſum hic legendum eſt: unde ſit tenebricoſiſſimum apud ciceronem in uatinium: item in. L. piſonem tu ex tenebricoſa popina conſul extractus cum illa ſaltatrice cenſa ſenatum populi ro. occaſum interitumque lugere uetuiſti. ¶ Orci. ab urgendo dictus eſt orcus: & apud euripidem Deus infernus accipitur in alceſtide. ¶ O factum male o miſelle paſſer. hic uerſus per poeticam licentiam colliſionis regulam nõ ſeruat: quod rariſſime inuenies: niſi uocali longa prẽcedente: ut inſulę ionio in magno: & te Coridon o alexi. ¶ Flendo turgiduli tument ocelli. hinc illud iuuenalis: Aut tibi cuius Turbauit nitidos extinctus paſſer ocellos. ¶ Turgiduli ocelli. ſuper omnes poetas amauit Catullus diminutiuas uocabulorũ formas: ut ſupra ſolatiolum: aureolum miſelle.

DE PHASELLO.

Phaſellus ille quem uidetis hoſpites
Ait fuiſſe nauium celerrimus
Neque ullius natantis trabis impetum

¶ Phaſelli Dedicatio.

Phaſellus ille qué uidetis hoſpites iambico trimetro nauim qua ex bythinia uſq; p diuerſa maria ſyrmionẽ in patriã fuerat reuerſus Caſtori: ac polluci nautarũ tutelari ſyderi conſecrat. laudãs phaſelli & celeritatem & nobili ex mõte originẽ. ¶ Phaſellus ille. melius maſculino genere q̃ fœminino. ¶ Ait. legendum eſt ſingulari numero non autem aiunt: ſoloeciſmus enim eſſet ne in pueris quidẽ ferendus. ¶ Celerrimus. ſic quoq; caſu ntõ legatur: nõ aũt celerrimũ ut imperiti uolũt: hęc aũt duo in hoc uerſu uerba octauo ſupiore ãno quũ catulli lectionẽ in patria primus publice profeſſus eſſem: ſic in hãc uerã lectionẽ correxi: ac reclamantibus inuidis: magis ratione q̃ opinione in hunc ſenſum adductus meam expoſitionem: atq; huius loci emendationem ſum tutatus cum reliquorum uerſuum in hoc epigrammate comprehenſorum capitibus omnibus a iambo inchoantibus: tũ neceſſaria Congruentis latinitatis Cõſequentia: lepidoq; maronis epigrammate: quod in ſabinum quendam ſcriptũ: ex hoc totũ pene ad uerbum effictum eſt.

Nequisse præterire: siue palmulis
Opus foret: uolare siue linteo
Et hoc negat minacis hadriatici
Negare littus insulasue cycladas:
Rhodumque nobilem: horridamque thraciam
Propontida trucemue ponticum sinum:
Vbi: iste post phaselus: antea fuit
Comata sylua: nam cytorio in iugo
Loquente sæpe sibilum edidit coma
Amastri pontica: & cytore buxifer
Tibi hæc fuisse & esse cognitissima
Ait phaselus: ultima ex origine
Tuo stetisse dicit in cacumine:
Tuo imbuisse palmulas in æquore
Et inde tot per impotentia freta
Herum tulisse: leua siue dextera
Vocaret aura: siue utrunque iuppiter
Simul secundus incidisset in pedem
Neque ulla uota littoralibus diis
Sibi esse facta: cum ueniret a mari
Nouissime hunc ad usque limpidum lacum.

¶ Neq; nequisse. idest quimisse: liptotes est: & subaudias ait. palmulis. rēis pars pro toto. ¶ Linteo. uelo. Negat negare. affirmat affirmare: ingeniosa liptotes. ¶ Cycladas ἀπὸ τοῦ κύκλου. i. ab orbe: i quo mella plinio q; auctoribus dispositę sunt: quod a Seruio alioquin doctissimo grāmatico negatum esse miror. ¶ Rhodum. a rhodo puella neptuni filia dicitur: ut scribit diodorus siculus: & est insula: & urbs eodem nomine. ¶ Nobilē. nobilitatam solis colosso: quem strabo iouis esse sentit. Oratius laudabūt alii claram rhodon: Lucanus: claramque reliquit sole rhodō: Martialis aut claram rhodon aut libidinosę. ¶ Horridā. aut propter frigora: aut certe belli cosam: & feram. Oratius otium bello furiosa thrace. ¶ Propontida. propōtis pars est maris: quod teste Mella nostrum dicitur inter hellespōtū. & bosporon protensa. ¶ Trucem ue ponticum sinum. supra bosporon thraciū septentrionem uersus est pontus euxinus: quem hic poeta trucem sinū ingeniose: ac perite dixit: Nam iucundus ē maxime ad arcus scythici formā breuis atrox nebulosus raris statiōibus uicinus aquilonibus: & quia nō profundus est fluctuosus: atque feruens olim ex colētium sęuo admodum ingenio axenus idest inhospitalis post commertio aliarum gentium mollitis aliquātō moribus dictus euxinus plura legito apud plinium libro sexto. ¶ Cytorio in iugo. Cytorus ut solinus & plinius scribunt mons est paphlagonię apud amastri urbem buxo abundans: Strabo autem cytoron esse urbem olim synopensiū emporiū dictū a cytoro phryxi filio. Homerus libro iliados secūdo urbē esse hoc uersu indicat οἱ ῥα Κύτωρον ἔχον καὶ σήσαμον ἀμφενέμοντο. ¶ Comata sylua. frōdosa: uenusta trāslatio a capite humano: Oratius 1 epodo Diffugere niues: redeūt iā gramina cāpis arboribusq; comę. ¶ Amastri pōtica. in paphlagonia post partheniū amnem auctore strabone est amastris de Conditoris nomie appellata ea posita in peninsula portum habet: Amastris fuit uxor dionysii heraclię tyranni: & oxyartis filia fratris darii: qui cum alexandro bellum gessit. plura legito apud strabonē. ¶ Cytore buxifer. in amastriano enim agro plurima: atq; optima buxus nascitur Virgi. Et iuuat undantem buxo spectare cytorum. ¶ Hęc tibi esse cognitissima. hęc quę dicta sunt superius de uelocitate phaselli. ¶ Impotentia. ad malum potentia: & uiolenta. ¶ Herum. me: ¶ Leua noxia Virg. & leuo contristat lumine cęlum. ¶ Dextera. prospera propitia Oratius in sermonibus quum uellem mittere operto me capite in flumen dexter stetit aut ¶ Dextra siue leua. idest ab utroq; ueli latere Virg. in quinto pariterq; Sinistros nunc dextros soluere sinus. ¶ Iuppiter. aer Virg. Maturisq; nimis metuendus iuppiter uuis. Oratius Manet sub ioue frigido uenator tenerę coniugis immemor. ¶ Secundus. prosper Virg. Neptunus uentis impleuit uela secundis: a quibusdam exponitur secundus iuppiter idest neptunus cuius regnum a ioue secundum est iuxta fabulam: Sic statius ibo tamen pelagiq; deos dextramq; secundi Quod superest complexa iouis: Sed tamen aer non neptunus solet in uela incidere. ¶ In pedem. pars ueli: uel funis est Virgilius una omnes fecere pedem. ¶ Neque ulla uota littoralibus diis facta sibi esse: magna Laus est ex Summa foelicitate fatali. ¶ Diis littoralibus. diis in littore templa habentibus: quales sunt glaucus: nereus: Melicerta: neptunus Thetys: Castor & Polux. ¶ Hunc ad limpidum lacum benacum. gardę lacum in ueronensi agro situm ingeniose laudat. ¶ Limpidum. clarum splendidum.

Sed hæc prius fuere: nunc recondita
Senet quiete: seque dedicat tibi
Gemelle castor: & gemelle castoris.

¶ Recondita quiete. cõposito & col locato otio. ¶ Senet. consenescit i qte: Seneo primitiunm unde seneſco. Senet. phasellus dicatus castori & pol luci a nauigatione emeritus: Castor & pollux in geminorum sydus translati

feruntur nauigantibus propitii: unde Martialis. & gratum nautis sydus fulgere laconum: Oratius clarę tyndaridę sydus ab infimus quatsas eripiunt æquoribus rates: horum fabulam in fastis ouidius late cõ scripsit: Hyginius uero plura q̃ ouidius & alia multa de his geminis latius tradidit: Cur autẽ gemini na uigãtibus prẽsint ac faueant legito apud diodorũ libro quinto.

¶ AD LESBIAM.

¶ Ad lesbiam.

Viuamus mea lesbia: atque amemus:
Rumoresque senum seueriorum
Omnes unius æstimemus assis:
Soles occidere: & redire possunt:
Nobis cum semel occidit breuis lux:
Nox est perpetua una dormienda:
Da mi basia mille: deinde centum
Dein mille altera: da secunda centum
Dein usque altera mille: dein centum
Dein cum milia multa fecerimus
Conturbabimus illa: ne sciamus
Aut nequis malus inuidere possit
Cum tantum sciat esse basiorum:

Viuamus mea lesbia atque ame/ mus. lesbiam amicã suam hor/ tatur ut contemptis seueriorum homi num increpationibus in iuueniles amo res concitatis det operam uoluptati: dum uita & tempus permittit amoris occasionẽ. ¶ Viuamus. epicureo mo re ait uiuamus: epicurei enim ueram ui tam in doloris atq; curarum uacuita/ te ac uoluptatis plenitudine posuerũt hanc uitam solam ac ueram putat ubi q̃ Martialis: Cicero in primo de natu ra deorum ex epicuri uerbis inqt: Nos autem beatam uitam i animi securita/ te & in omni uacatione munerum po/ nimus. Talis est oratii exhortatio ad amicam: miserarum est neq; amori da re ludum: neq; dulci mala uino lauere: aut exanimari metuentes patruę uer/ bera linguę. ¶ Vnus assis. pro mini/ mo ptio posuit. ¶ Nox ẽ ppetua una ormienda. sic tibullus mortis mẽtiõe

facta suadet amoꝛ occasionẽ eẽ rapiẽdã iterea dũ fata sinũt iũgamus amores iã uenit et tenebris mors adoperta caput. & propertius quum semel infernas intrarunt funera leges Mon exorato itant adamã te uię. ¶ Aut nequis malus inuidere possit. aut basiorum numerum multiplicatione esse confundendũ ne cognito numero inuidus aliquis ea fascinare possit: fertur enim in fascinis tantummodo uim esse: quum rem certam & cognitam ueneficio illo contaminare contendant. ¶ Hic martialis nolo quot ar guto dedit exorata catullo lesbia pauca cupit qui numerare potest. ¶ Soles. dies an tangit epicureo/ rum opinionem: qui putarunt multos fieri & nasci soles plinius etiam multos soles uisos fuisse tradit. ¶ Breuis lux. lucem pro uita: ut uirg. lucemq; perosi proiecere animas. ¶ Breuis. quid enim uita hu/ mana breuius? unde cicero in tusculanis quę uero ętas longa est? aut quię omnino homini longum? nõ ne modo pueros modo adolescentes in cursu a tergo insequens nec opinantis affecuta est senectus? ¶ Nox perpetua: uir. olli dura quies oculos & ferreus urget somnus in ęternã claudũtur lumia noctẽ.

¶ AD FLAVIVM.

¶ Ad flauium.

Flaui delicias tuas catullo
Ni sint illepidæ: atque inelegantes
Velles dicere nec tacere posses:
Verum nescio quid febriculosi
Scorti diligis: hoc pudet fateri:

Flaui delicias. flauii familiaris sui illepidos & ineptos in quod/ dã sordidũ scortũ amores redargues hortaꝛ eundẽ ut sibi amoꝛe suoꝛe noti tiã faciat: quoniã ipsũ flauiũ & eius a/ micã laudibus ad cęlũ efferre cupit po eta. ¶ Flaui delicias. sesus: nisi illepidã & sędã amicã possideres mihi diceres nec tacere posses: sed qa eu sordido at

q̃ egroto scorto dormis: propterea pudet te tuas has ieptias amorũ fateri. ¶ Illepidę. turpes deformes ¶ Delicias. delicatã amicã. ¶ Inelegãtes. uulgares sordidę. ¶ Verũ nescio qd febriculosi scorti diligis. elegãter procedit catullus duplici enthymemate probãs flauiũ & amore & illepida muliere potiri: qꝛ ille pidã teneat amicã ratio est: quoniam nisi esset illepida eam non occultaret: qꝛ aũt hẽat scortũ lecti ar/ gutatio & ſrepitus indicãt planissime. ¶ Neq; cq̃ tacitũ. nõ tacitũ: neq; cq̃ pro nõ: pſius neq; cq̃ fundo

Nam te non uiduas iacere noctes
Nequicquam tacitum cubile clamat
Sertisque assyrio flagrans oliuo
Puluinus peræque & hic & illic
Attritus: tremulique quassa lecti
Argutatio: inambulatioque:
Nam ni prævalet ista: nil taceres.
Cur non tam latera exfututa pandas?
Nec tu quid facias ineptiarum:
Quare quicquid habes boni malique
Dic nobis: uolo te ac tuos amores
Ad cœlum lepido uocare uersu.

Suspiret nūmus in imo: uirg. & sūmo clypei nequicq̄ umbone pependit. ¶ Assyrio oliuo. unguento seu odore amomi: amomum enim est assyrię peculiare: ex quo fit optimum unguentū unguenta uero ut scribit plinius optie seruantur in alabastris: odores autem i oleo. ¶ Attritus hic & illic. idest duobus in locis duorum corporum pressu illisus: quod signum est te non solū iacere noctu. ¶ Perēq̄. ęque per abūdat. ¶ Argutatio. strepitus resonās concussio. ¶ Nam. pro igitur & é cōclusio ab antecedētibus. ¶ Ista. ratio scilicet supradicta: ista autem est dialecticorum frequens terminus: frequenter enim usurpāt pono tibi istam: probo istam & pleraq̄ alia huiusmodi. ¶ Exfututa. coitu exhausta: uam nimiis coitus laterum debilitatem atq̄ illium dolores parere consueuit & in senibus prēsertim: unde iuuenalis Quod lateri parcas nec q̄tum iussit anheles. ¶ Versū. carminibus meis: hoc exemplum esse potest uersum singulari numero significare etiam plura carmina.

¶ Ad lesbiam.

¶ AD LESBIAM.

Q Vęris quot mihi basiationes.
Amatorie petit ab amica inumerabiles basiationes: ut multiplicium osculorum confusio incomprehensibilis contra fascinationes amantibus tutam securitatem prēstet. ¶ Sint satis superq̄. sufficiant mihi ¶ Quā magnus numerus libyssę harenę laserpiciferis iacet cyrenis. hoc dicit q̄; infinitus est numerus harenę libycę in mauritania apud amonis oraculum: tam infinita etiam est basiorum quę ex te opto multitudo: hinc silūd uirg. ait libyci uelit ęquoris idem dicere q̄; multę zephyro turbentur arenę. Martialis item basia da nobis diadumene pressa: quot inquis oceani fluctus me numerare iubes. ¶ Cyrenis laserpiciferis. Cyrenas condidit aristęus: qui battus ob linguę obligationem dictus fuit: urbem autem cyrenen uocauit a nomine puellę hisperi thessalię regis filię ab apolline in ea loca deportatę: atq̄ quattuor ibi ex apolline filios olim enixę legito plura apud iustinum. ¶ Cyrenis. & singulariter & pluraliter declinatur huius urbis nomen apud strabonem iustinū plinium. ¶ Laserpiciferis. in cyrenaico agro locus est stadiorum quattuor producens preciosissimę ac medicinis optimę herbę genus: laserpicium latini greci uero silphion uocant: sucus eius lasser foliū aūt maspetum dicitur: Suci duo genera alterum ex radice rhizias alterum ex caule caulias appellatum huius herbę folia apio maxime similia: plura legito apud plinium libro. xix. publicani ob uectigalium auariciam pro pecorum pascuis: id herbę genus depascendo perdiderunt: ut idem plinius scribit: strabo aūt a barbaris nomadibus ob inuidiā in id icursantibus penitus deletū sentit. ¶ Oraclū iouis iter ęstuosi. iouis Amonis tęplū apud garamātas a libero patre cōditū é i torrida libya: uel ab arenis: i q̄bus situ é uel ab amone pastore ut scribit hyginius ex hermippi auctoritate appellatū amonis iter septē mirabilia mūdi ędificia recēsęt. cuius excellētiā atq̄ oraculi pstātiā cū multi poetę tum psertim. Qu. curtius atq̄ lucanus elegantissime scripserunt: Sed accumulatissime curtius. Martialis de hoc dissimuletq̄ deum cornibus ara frequens. ¶ Iouis ęstuosi. iouis āmonis cuius templum est in medio arenarum ritu maris ęstuantium: Nam ut lucanus in nono eleganter scribit his in aridis locis arenę cumuli in modum marinorum fluctuum a uentis concitantur: hunc locum hammodem appellatum hyginius tradit. ¶ Iouis ęstuosi. id quod est loci ad personā transtulit. ¶ Batti. qui cyrenarum conditor fuit: hūc callimachus progenitorem suum fuisse scripsit: Inde a papinio & catullo battiades dictus est.

Quam magnus numerus libyssæ arenæ
Laserpiciferis iacet cyrenis
Oraclum iouis inter æstuosi:
Et batti ueteris sacrum sepulchrum:
Aut q̄ sydera multa cum tacet nox

Furtiuos hominum uident amores
Tam te basia multa basiare
Vesano satis: & super catullo est:
Quæ nec pernumerare curiosi
Possint nec mala fascinare lingua.

AD SEIPSVM LESBIAE REPVDIVM.

Miser catulle desinas ineptire
Et quod uides periisse: perditum ducas.
Fulsere quondam tibi candidi soles
Cum uentitabas quo puella ducebat
Amata nobis: quantum amabitur nulla:
Ibi illa multa tum iocosa fiebant
Quæ tu uolebas: nec puella nolebat
Fulsere uere candidi tibi soles:
Iam nunc illa non uult: tu quoq; impotēs es:
Nec quæ fugit sectare: nec miser uiue
Sed obstinata mente perfer: obdura:
Vale puella: iam catullus obdurat:
Nec te requiret: nec rogabit inuitam
At tu dolebis: cum rogaberis nulli
Scelesta te ne? quæ tibi manet uita?
Quis nunc te adibit? cui uideberis bella?
Quem nunc amabis? cuius esse diceris?
Quem basiabis? cui labella mordebis?
At tu catulle obstinatus obdura.

AD VERANNIVM.

Veranni omnibus e meis amicis
Antistes mihi milibus trecentis
Venisti ne domum ad tuos penates?
Fratresq; unanimes: tuamq; matrem
Venisti: o mihi nuncii beati:
Visam te incolumem audiamq; iberum

Furtiuos hominū uidēt amores. Iuuenalis hic illud: Sed luna uidet: sed sydera testes Intendunt oculos. Vesano malesano ob amoris impotentiā. possit nec mala fascinare lingua. nam (ut supra meminimus) cōstat ueneficia fascinationesq; tātum nocere his rebus: quaꝝ cognitionē ueneficus aut fascinator habeat: qđ & supiori tertio epigrāmate: & hic aptissime indicat poeta.

Repudium lesbię.

Miser Catulle desinas ineptire. Lesbię puellę suę repudium atq; ultimum uale mittens ei desolatę: atq; in miseria uicturę insultat: primum se ipsum ad deserendam puellam hortat: Deide repudiū Indicit: postremo amicę destitutę miseriis insultat: Miser. q amant miseri sūt. Vir. Sed misera ātē diem subit< q; accensa furore. Quod uides periisse. tempus ianem laborem inutile studium amoris: Quōdam. dū puella tua potiebaris. Candidi soles. soelices dies: qui lapillo albo notant: unde contra infoelices dies appellant atri: ut festus: seruius: uarro testantur. Quoq;. pariter. Impotens. impatiens & non tolerans puellę fastus & infinita tedia: Nec quę fugit. ordo est nec sectare illam: que te fugit: nec uiue miser: sed illam desere: ac uiue quietus & foelix sine amorū molestiis: Obdura. quod maius est q; perferre. At tu dolebis. insultat puellę miseriis: Bella. facilis aut pulchra: ut Martialis Bellus homo inflexos qui dirigit ordine crines.

Ad Verānium.

Veráni omnibus e meis amicis. uerānium familiarem suum Catullus humanissime alloquitur ac amicissime percontat de illius ex hispania reditu in patriam: optans & pūtiam & confabulationem amici: hic enim uerannius & fabullus cum. C. Pisone q̄store in hispaniā profecti fuerant: Vt latius dicet in epigrāmate pisonis comites cohors inanis: Omnibus e meis amicis mihi milibus trecentis. Ordo é uerani antistes e meis oibus amicis trecentis milibus: Nam si conuertas: casus mutabit Sequens sic antistes e trecentis milibus oium meoꝝ amicoꝝ: nec aliter recta latinitas posset procedere: unde illud i saeris litteris male cōgrueret duodecim milia signati: nisi p anastrophem prolatum itelligas: ut ordo sit signati duodecim milia: aliter icōgruū sit pro duodecim milia signatoꝝ scilicet hominū: Antistes. princeps laus amicitię ab excellētia & pricipatu beniuolētię: Venisti ne domū. scilicet ex hispania ubi fuisti cum pisone quęstore: atq; inde mihi sudaria setaba misisti: ut paulo infra dicet alio i epigrāmate: Vnanimes. nō solū ab amicitia sed etiā a fraterna pietate laudat uerānium: Nuntii. hic nūtius & hoc nuntiū dicit res quę nuntiat: ut paulopost probabimus in atynis fabula: Beati. ab effectu facientis me beatū. Iberum. fluuius hispanię é: iberes teste strabone sunt oriētis populi: unde uenerunt prisci hispanie icolę

q iberi dicti sunt & ide fluuius & prouintia dicuntur. Sed orientales tertię sunt declinationis: hispani uero secundę. ¶ Facta. tua scilicet. ¶ Nationes. triplex enim potissimum est hispanię natio: & triplex distinctio: alia enim pars taraconensis a taracone urbe: in qua parte sunt celtiberi: natio quidem gallica sed mixto nomine: alia betica a beti flumine: tertia lusitania a lusitanis natione sic dicta. ¶ Applicansq; collum. Terentius aliter hoc uerbum applico cum prepositione. Tum ille egens forte applicat primum ad chrysidis patrem.

Narrantem loca: facta: nationes:
Vt mos est tuus: applicansque collum
Iucundum os oculosque suauiabor:
O quantum est hominum beatiorum
Quid me lætius est: beatius uę?

¶ De Meretriculę impudentia.

VArrus me meus ad suos amores. uarri amici sui amores meretricios facete describens impudentem meretricum petitionem lepide ostendit: ait enim se a uarro amico e foro ad amicam uisendam deductum post multa uerba de bithynicis & locis & magistratibus habita insidiosis meretricis p̄cibus ac petitionibus pene deceptum: quum illa sub mutui nomine callide seruos a catullo petere non erubuerit. ¶ Varrus. ea ętate duos uarros fuisse multi nominis similitudine decepti crediderūt: scilicet quintilium uarrum poetam cremonensem oratii atq; uirgilii familiarem: sed hic uarius dictus est: qui postea uirgilii eneida emendandam mandante augusto suscepit: q̄q̄ apud eusebium corrupte legitur uarrus pro uarius: huius meminit porphyrio: uirgilius sed neq; iam uario uideor neq; dicere cinna digna. Alterum uero uarrum ducem ad quem uir. in bucolicis scribit sic uarre tuum nomen superet modo mantua nobis Cantantes sublime ferent ad sydera cygni: hinc seruius scribit: uarius poeta fuit de quo Ora. scriberis uario fortis & hostium uictor: uarrus autem fuit dux. ¶ Quid esset iam bithynnia quō se haberet. bithynniam asię prouintiam ab oriēte paphlagones: & mariandyni terminant populi a septentrione mare ponticum habet ab occidente propontis est: ad austrum misia & phrygia sunt confines: dicta bithynnia a thynnis & bithynnis thracia natione: qui ex thracia in eam quę prius bebricia dicebat trāsgressi regioni occupatę a se nomen dederunt siue a rege bithynno denominata est: bithynnia uero cōdita fuit a phenice: primū mariandyna uocabatur: hęc ex eusebio: solino atq; strabone auctoribus. ¶ Profuisset. scilicet bithynnia. Aere. stipendio memmii prętoris mei quo cū illuc profectus fueram. ¶ Cohorti. prętorię scilicet. ¶ Cur quisq; caput unctius referret. ideſt nullam nobis fuisse pecuniam ex qua lautius aut delicatius uiueremus: nam lauti: & delicati homines unguentis odoribusq; caput sibi colliniunt: unde oratius ungere si caules oleo meliore caputq; ceperis in pexa fedū porigine. Martialis si sapis assyrio semp tibi crinis amomo splendeat & cingāt florea serta caput. ¶ Irrumator. libere in romanorum prętorum mores inuehitur: qui clientes aut comites suos stuprarent: ac cinędis auari nihil tamē conferrent sic Neuolus de his apud Iuuenalem conqueritur. Quod tamen ulterius monstrum q̄; mollis auarus. ¶ Facerent pili. anastrophe est: nam pilifacio est paruifacio: & catulli sermo patrius gardē sis eni regio i qua omnia benaci oppida nos ueronenses recensemus sic loquūtur ut in frequenti sermone pilum usurpent: & dicant pro quaq; re minima: cuius rei ego his in locis plurimum uersatus certissimum affero testimonium pręsertim patris mei iisdem ex locis oriundi sermone mōitus: sic catullus alibi. Ludere hāc sinit ut lubet nec pili facit uni. ¶ Aere. pecunia quę apud romāos seruio tullio regnāte

¶ DE VARRO.

VArrus me meus ad suos amores
Visum duxerat e foro ocioſum
Scortillum: ut mihi tum repente uisum ē
Non sane illepidum: neque inuenustum:
Huc ut uenimus incidere nobis
Sermones uarii: in quibus quid esset
Iam bithynia: quomodo se haberet:
Et quonam mihi profuisset ære:
Respondi id quod erat mihi nec ipsis
Nec prætoribus esse: nec cohorti
Cur quisq̄ caput unctius referret:
Præsertim quibus esset irrumator
Prætor: non facerent pili cohortem:
At certe tamen inquiunt: quod illic
Natum dicitur ære comparasti
Ad lecticam hominis: ego ut puellæ

Vnum me facerem beatiorem:
Non inq̃ mihi tam fuit maligne
Vt puintia quæ male incidiſſet
Non poſſem octo homines parare rectos:
At mihi nullus erat nec hic neq; illic
Fractum qui ueteris pedem grabati
In collo ſibi collocare poſſet:
Hic illa ut decuit cinædiorem
Quæſo inquit mihi mi catulle paulum
Iſtos commoda: nam uolo ad ſerapin
Deferri: mane tum inquio puellæ.
Iſtud quod modo dixeram me habere
Fugit me ratio: meus ſodalis
Cinna eſt grauis. is ſibi parauit.
Verum utrum illius: an mei: quid ad me?
Vtor tam bene: q̃ mihi pararem:
Sed tu inſulſa mala & moleſta uiuis
Per quam non licet eſſe negligentem.

Aere ſignata eſt pecudis imagie ut ſcribit plinius. ¶ Beatiorem. ditiorem: ut Iuuenalis uetulę ueſica beatę: Oratius Queritur argento pueriſq; beata creandis uxor. ¶ Rectos. proceros: altos Iuuenalis quas recto uertice portat ſeruulus infelix. ¶ Octo homines. ad lecticam octophoron. ¶ Pedé fractũ. aſſerem lecticę: partem pro toto poſuit. ¶ Grabati. lecti uiliſſimi. ¶ Veteris. ad rei contemptum dixit: ut Terentius uetus uietus ueternoſus. ¶ Cinędiorem. molliorem impudiciorem. ¶ Quęſo inquit o mihi. Ordo ẽ: puella inquit mihi o mi catulle quęſo accõmoda iſtos mihi. ¶ Serapin. ęgyptiorum deus maximus aliis uocabulis appellatus oſiris Horus diuerſis ceremonius ſol apud illos ſignificatur: Legito macrobiũ libro primo: huius autem dei templũ & cęrimonias romani receperunt: Lucanus. In romana tuam nos templa recępimus iſim: Semideosq; canes: nam & ſarapidis ſimulacrum canino lupino atq; leonino capitibus figurabatur ad huius igiſ dei templũ romę ſe deferri uelle dicebat puella. ¶ Inquio. dico: alii legunt inquii pręteritum antiquum ab inquio ¶ Mane. expecta uerba catulli monentis puellam ne tam cito poetę uerba impudenter dicta capiat pro ueris & mane breui poſteriore dixit a tertia coniugatione: ut ipſe alibi caue a tertia breuem protulit Oramus caue deſpuas ocello. ¶ Cinna. cornelius cinna epigrãmatũ auctor de quo naſo inquit. Cina quoq; his comes eſt cinnaq; procatior anſer. ¶ Grauis. ęgrotus. ¶ Inſulſa. inſuauis inſipiẽs ſine ſale hoc ẽ ſine ſuauitate ac condimento ſapientię atq; leporis. ¶ Negligentem. ſcilicet in loquendo: nam inſulſa es & ſtulta quia non putas multa dici ac fingi ad iactationem: Sed tanq̃; uera dixerim a me ſeruos exigis: inſulſa es igitur.

AD FVRIVM ET AVRELIVM.

¶ Ad furium & Aurelium.

Furi & Aureli comites catulli
Siue in extremos penetrabit indos
Longe ubi littus reſonante eoa
Tunditur unda:
Siue in hircanos: arabaſq; molles:
Seu ſacas: ſagittiferoſq; parthos:

Furi & aureli comites catulli. per furium & aureliũ comites ac ſodales ſuos poeta diuortiũ puellę ſuę indicit. laudat prius arctiſſimam ſecum ſuorum ſodalium amicitiã ut eos minime pigeret comitari catullum ſuũ uſq; ad ultimas & periculoſiſſimas mundi regiones: uerſus autẽ ſaphicus notiſſimus habetur: hic eſt ille marcus furius cognõmẽto bibaculus inter iambicos auctores a quintiliano numeratus: cuius euſebius meminit ſcribens eum cremonę natum ſuiſſe: de hoc Oratius ait furius hybernas cana niue conſpuit alpes ¶ Penetrabit. catullus de ſe loquitur in tertia pſona ¶ Extremos. in ultimo oriente poſitos. ¶ Eoa unda. orientali oceano. ¶ Hircanos. hircania ab oriente ſeptentrionem uerſus extenditur. ¶ Arabs. arabia in meridiem extẽſa duplex fertur eudemon & petrea ideſt foelix & deſerta: plura legito apud ſolinum: mellam: alioſq; coſmographos. ¶ Molles. propter cęli temperiem nam (ut ait lucanus) Quicquid ad eoos tractus mundiq; tepores naſcit: emollit gentes clęmentia coeli. ¶ Aut molles. effoeminatos: uirg. molles ſua thura ſabęi. ¶ Sacas. ſcythę a caſpio mari incipientes magna ex parte Daę appellantur: qui orientaliores ſunt maſſagetę dicuntur & ſacę: Strabo hęc: plinius aũt ſcribit: ultra ſunt ſcythaę populi perſę illos ſacas uniuerſos appellauere: a proxima gente celeberrimi eoꝝ ſacę Maſſagetę: parthi uero ſcythis cõterminati iter ſeptẽtrionẽ: & orientẽ extenduntur a ſcythis oriundi: ac lingua ſcythica exules dicuntur parthi ut ſcribit iuſtinus.

Septẽgemius.tota una dictio:egy/ptum autem intelligit:quã nilus i septẽ alueos diuisus ꝓmeat.uir.et diuersa so nãs septẽ discurrit i ora:& uiridẽ ęgy/ptũ nigra fęcundat harena :Item in sexto & septemgemini turbant trepi/da hostia nili. Colorat. denigrat li/mo:quem plurimum uehere fertur:nã ideo nilus quasi νέα ἴλυσ:q̃q̃ diodo rus a nilo rege denominatum arbitra tur. Monumenta castrorum muni tiones:quas cõtra gallos sępissime re/bellantes extruxit:quaꝝ meminit ipse cęsar in cõmentariis & suetonius : aut monuméta idest trophęa & alia signa uictoriaꝝ cęsarianaꝝ : quę ipse cęsar extruxit. Rhenũ.rhenus fluuius ger mãias a gallia disterminat. Gallicũ. ad differentiam rheni fluminis : qui ꝑ bononiensem agrum fluit:de quo sil/lius i.viii.ait o cui prisca domus parui/q; bononia rheni:defertur autem i pa dum:plinius libro .xvi. nullus sagittis aptior calamus q̃ in rheno bononien/si amne. Britannias.insula britan/nia ut mella & plinius tradũt inter oc/cidentem & septentrionem porrigit :

Siue qua septemgeminus colorat
Aequora nilus:
Siue trans altas gradietur alpes
Cæsaris uisens monumenta magni
Gallicum rhenum:horribiles & ulti
Mosq; britannos:
Omnia hæc quæcunq; feret uoluntas
Cælitum tentare simul parati
Pauca nunciate meæ puellæ
Non bona dicta:
Cum suis uiuat:ualeatq; mœchis
Quos simul complexa tenet trecentos
Nullum amans uere:sed identidem omnium
Illia rumpens:
Nec meum spectet uelut ante amorem
Qui illius culpa cecidit:uelut prati
Vltimus flos:prætereunte postq̃
Tactus aratro est.

hęc insula nunc anglia dicitur:priscis temporibus olbion nominata. Horribiles.asperos icultos:nã britãnię populi sunt iculti omnes ac corpora iufecti:plurima de horum moribus mella tradit & cęsar quinto belli gallici cõmentario:Oratius uisam britannos hispitibus feros. Vltimosq; britannos.te/mesin fecit duos in uersus unam dictionem distinguens. Omnia hęc .supradicta loca. Cęlitum uo luntas.secundum stoicos:qui putant omnia dei prouidentia fieri. Trecentos.finitus numerus pro in finito. Trecentos complexa nullum amans uere. Nullum uero amore prosequẽs sed omnes fal sis blandiciis detinens:quod meretricum est. Rumpens illia.nam ut supra dictum coitus frequẽtia illium dolores contrahit. Culpa.lęsiõe. Velut prati ultius flos.flos positus in ultia prati margi ne:& est lepida similitudo ad demonstrandam sui amoris pulchritudinem extinctam:hinc illud u.rg. in nono ductum.purpureus ueluti quum flos succisus aratro languescit moriens.

Ad Marrucinum.

Marrucine asini mãu sinistra.Mar rucinũ asinii polliõis fratrem su dariorum furem monet:ni sibi reddat sudarium:quod ipsi in conuiuio abstu lit:se furta illius trecentoꝝ uersuũ cri/mination ulturum:quia nõ potest ni/si ualde ac necessario amare id sudari um sibi ab amicissimis donatũ. Mar rucine.marrucini populi sunt campa/nię iuxta pelignos & uestinos:ut str/bo & plinius tradiderunt:hic aũt mar rucinus fuit asinii pollionis oratoris at q; poetę frater. Asini.est uocatiuus

AD MARRVCINVM ASINIVM.

Marrucine asini manu sinistra
Non belle uteris:in ioco atq; uino
Tollis lintea negligentiorum:
Hoc falsum esse putas:fugit te inepte
Quamuis sordida res:& inuenusta est:
Non credis mihi:crede pollioni
Fratri:qui tua furta uel talento

cognominis:nam polliõis domus asinii dicti sunt. Non belle.male. In ioco atq; uino.in iocoso cõ uiuio:uinum pro conuiuio:Oratius.uino & lucernis medus acinacis immane quantum discrepet. Fu git te.scilicet ratio:hoc est insanis si putas me falsum dicere. Sordida res ẽ.scilicet furari litea. Pol lioni fratri.scilicet tuo cui multa furto abstulisti:de hoc asinio pollione Quintilianus sic scribit.Multa in asinio pollione inuenio summa elegantia:adeo ut quibusdam etiã nimia uideatur & cõsilii & animi

satis:a nitore & lucunditate ciceronis ita longe abest ut uideri possit secundo prior:hunc oratius tra/
goediarum scriptorem fuisse testatur:unde uirgilius pollio & ipse facit noua carmina:& alibi:Sola so
phocleo tua carmina digna cothurno. Mutari.posse redimi:mutari dixit ex antiqua consuetudine
nam temporibus primis omne mercimonium:emptio:uenditio rerum commutatione cõstabat:ut ser/
uius georgicorum tertio dixit:& insti/
tuta de emptione & uenditiõe: persius
Mercibus hic italis mutat sub sole re/
centi rugosum piper:Emere autem &
uendere instituit liber pater ut testatur
plinius. Est enim disertus pater le/
porum.pollionis eloquentiam laudat
Quintiliano astipulans. Endecasyl
labos.Versus phaleucius a phaleuco i
uentore:endecasyllabus a syllabarum
undecim numero dictus est:In hoc car
minis genere plurimum gratię ac ue/
nustatis habuit catullus. Verum est
mnemosynon mei sod. ΜΝΗΜΟΣΥΝΟΝ
dicitur Memoriale:Siue monumentũ:
munus enim a fabullo & ueranio da/
tum est catullo monumentum: & pi/
gnus amoris:uirg.accipe & hęc tibi q̃
manuum monumenta mearum sint puer & longum Anodomachę testentur amorem. Setaba.Suda
ria:siue lintea setabina:nam(ut strabo est auctor)setabis hispanię urbs est:in cuius agro campus est no
minatus spartarius a sparto lini genere:plinius autem scribit & hispania citerior habet splendorem li/
ni pręcipuum torrentis in quo politur natura:qui alluit taraconem. Iberis.iber hispanię populus:
Lucanus.si tibi durus iber:uel si tibi terga dedisse cantaber.

Mutari uelit : est enim leporum
Disertus pater:ac facetiarum:
Quare aut endecasyllabos trecentos
Expecta:aut mihi linteum remitte
Quod me non mouet æstimatione:
Verum est ΜΝΗΜΟΣΥΝΟΝ mei amoris:
Nam sudaria sethaba ex iberis
Miserunt mihi muneri fabullus
Et ueranniu:hoc amem necesse est
Et ueranniolum meum & fabullum.

AD FABVLLVM,

Cenabis bene mi fabulle apud me :
Paucis si tibi dii fauent diebus:
Si tecum attuleris bonam atq; magnam
Cœnam non sine candida puella.
Et uino:& sale:& omnibus cachinis:
Hæc si inq̃ attuleris uenuste noster
Cœnabis bene:nam tui catulli
Plenus sacculus est aranearum:
Sed contra accipies meos amores:
Seu quod suauius:elegantiusue est:
Nam unguentum dabo quod meæ puellæ
Donarunt ueneres cupidinesq;:
Quod tu cum olfacies deos rogabis
Totum ut te faciant fabulle nasum.

culus.promus ideſt promptuaria cella. Plenus eſt aranearum eleganter:& facete ab effectu:& con/
sequentibus pauperiem & egestatem suam expressit. Meos amores:beniuolum:& hilarem conuiua
toris animum:ut Ouidius:super omnia uultus accessere boni:Alii legunt. Meros amores.hoc est

Ad fabullum.

Cenabis bene mi fabulle apud
me.ad coenam fabullum sibi fa
miliarẽ iocose inuitans facete monet
secũ afferat cũ amica coenę opiparę
apparatũ si cõmode coenare desyde/
rat:simulq; poeta suę rei familiaris e
gestatem excusat:promittens suaue cõ
uiuii unguentũ ac gratiosi animi amo
rem atq; hilaritatem conuiuatoris.
Paucis diebus.breui tempore. Vi
no.quod mihi non est nisi uappa.
Sale.salibus facetis:singularis pro plu
rali. Non sine candida puella.pro
epicureo conuiuio:quod omnium uo/
luptatum generibus celebratur. Mar/
tialis ad liberum:& caleat blãdo mol
lis amore torus:Item de unguẽto:quo
discubituri perungebant capita: Si fa/
pis assyrio semper tibi crinis amomo
splendeat: & cingant florea serta ca/
put:& de optimo uino:Cãdida nigre/
scant uetulo cristalla phalerno. Sac

purum & non fictum animum conuiuatoris. Veneres.amores aut elegantię:nam & uenus elegantiam significat:ut diximus. Olfacies.odoraberis. Totum ut te faciant fabulle nasum.locose ac face te dictum.

Ad licinium caluum.

AIte plus oculis meis amarem.
Conqueritur de Inhumanitate calui:qui saturnalibus pro xeniis muneribus catullo flagiosissima quorundam maledicorum poetarum carmia miserat:minatur itaq; catullus separem caluo malis carminibus gratiā relaturum. Iucundissime calue.dum os ea ętate caluos nomine fuisse Cōperio:alterum licinium caluum poetā cuius meminit oratius nil pręter caluum & doctū cantare catullū:& ouidius par fuit exigui similisq; licētia calui:hic enim tenui carmine quintiliam amicam defleuit:proptius: hęc etiam docti confessa est pagina calui quum caneret miserę funera quintilię:de poeta hic intelligit catullus: alterum uero caluum fuisse oratorem apud quintilianum legimus:de quo plinius libro xxxiii.scribit uasa coquinaria ex argēto fieri caluus orator queritur:hic autem appellatus fuit cornelius licinius caluus:ut idē plinius scribit libro.vii.

Isto.cum contemptu dixit:ut uirgilius aut quid petis istis. Munere. saturnalicio scilicet odissem te. Odio uatiniano.odio quo dignus est uatinius.In uatinium enim quędam odiosa ac mordacissima est ciceronus oratio pro quo postea cicero depositis inimiciciis orauit:aut certe. Odio uatiniano.tali ac tam acerbo odio q̄li tota fere ciuitas romana uatinium insecuta est:uatinium enim populo odiosum fuisse testatur macrobius: scribēs eum a populo ludis gladiatoriis lapidatum fuisse:cicero in uatinium. Odio enim tui in quo & si omnes propter tuum in me scelus superare debeo:tamen ab omnibus pene uincor:sic sum incitatus.ut quum te non minus contemnerem q̄; odissem:tamen uexatum potius q̄; despectum uellem dimittere. Seneca ad nouatum.uatinium hominem natum & ad risum & ad odiū scurram fuisse & uenustum & dicacem memorię proditum est. Quid feci quidue sum locutus.nec facto nec dicto te lęsi. Malis poetis.sceleratis malorum poetarum scriptis. Isti clienti.tuo.s.nam iocosus cliens caluo ea carmia donauerat In saturnalibus: Caluus autem catullo misit. Tantum impiorum.tam flagitiosa carmina. Nouum.nuper factum ab ipso fortasse litteratore sillone. Ac repertum.inuentum ab ipso sillone. Ac.pro aut. Sillo.alii legunt sulla sed de sillone itelligo:ad quem alibi catullus scribit aut sodes mihi redde decem sestercia sillo:Sillus enim appellatur nasus sursum uersus & repandus:hic puto dictum sillonem & sillum propria nomina.Sillones autem dicti sunt superciliis seruientes significatione manifesta: ut ait No.Marcellus. Litterator.pro grammatico ponebatur ab antiquis. Initio enim litterati dicebantur Poetarum interpretes:qui a grecis grammatici nominantur. Messalla coruinus eosdem litteratores uocitatos ostendit:orbilius autem litteratum absolute doctum. Litte

AD CALVVM POETAM.

AIte plus oculis meis amarem
Iucundissime calue: munere isto
Odissem te odio uatiniano:
Nam quid feci ego: quid ue sum locutus
Cur me tot malis perderes poetis?
Isti dii mala multa dent clienti
Qui tantum tibi misit impiorum:
Quod si ut suspicor hoc nouum ac repertum
Munus dat tibi sillo litterator:
Non est mi male: sed bene ac beate
Quod non dispereunt tui labores:
Dii magni horribilem & sacrum libellum
Quem tu scilicet ad tuum catullum
Misti continuo: ut die periret
Saturnalibus optimo dierum.
Non nō hoc tibi false sic abibit:
Nam si luxerit ad librariorum
Curram scrinia: cæsios: aquinos
Suphenum: omnia colligam uenena:
Ac te his suppliciis remunerabor:
Vos hinc interea ualete: abite
Illuc: unde malum pedem attulistis
Sæcli incommoda pessimi poetæ.
Si qui forte mearum ineptiarum

ratorem uero mediocriter doctum diffiniuit. Mi:pro mihi. Non est mi male. non male tamen Sed bene me habeo:possum enim te tuo gladio iugulare his:& talibus donis remunerando. Sacrũ. execrandum. Misti.pro misisti. Periret.catullus. Saturnalibus die optimo dierum. Saturnalia mense decembri quinq; uel septem cõtinuis diebus festa celebrabãtur.legito plura apud macrobium: optimo autem die dixit:quoniam his diebus omnes omni cura laboribus uacui iocis & lusibus dediti genio inseruiebant:domini quoq; seruos imperio:ac ministerio seruili per id tempus liberatos conui/uio accipiebãt. Die optimo.aut opinionem eorum tangit:qui uno die saturnalia constare dixerunt: aut singularis pro plurali numero positus est. Non non. more greco duplex negatio magis negat: Sic abibit.sic impune feres ut falso speras. False.o decepte uana spe. Nam si luxerit. in uespera enim id munus acceperat. Ad librariorum.nã apud librarios:seu bibliopolas in tabernis poetę sua edebant::atq; publicabant carmina:aut pilis agglutinabant:ut publice legerẽtur:Oratius nulla taberna meos habeat:neq; pila libellos:& Martialis.contra cęsaris est forum taberna scriptis postibus hinc & inde totis omnes ut cito perlegas poetas. Scrinia.sunt capsę librorum receptacula:Martialis Scrinia da magnis me manus una capit:Oratius.ne me crispini scrinia lippi Compilasse putes: Cęsios. nomen proprium poetarum:Cęsius autem non lentiginosum:Sed glaucũ oculis significat:ut gellius testatur:est autem epitheton palladis ad oculorum qualitatem relatum. Aquinos. Cęsium & aquinum maledicos ac mordaces impudicorum carminum scriptores fuisse Catullus indicat. Suphenũ. hic fuit dicax:atq; insulsus poeta:ut infra poeta dicet:Suphenus iste uarre quem probe nosti. Venena.uenenosa.atq; mordacia carmina. Si quis forte mearum ineptiarum.suorum scriptorum modestam humanitatem ostendit:ut qui ea legerit nil sit moleste laturus. Mearum ineptiarum.poetarum est suorum scriptorum merita humili appellatione uerecunde attenuare.

Lectores eritis:manusque uestras
Non horrebitis admouere nobis.

¶ AD AVRELIVM.

QOmmendo tibi me ac meos amores
Aureli:ueniam peto pudentem
Vt si quicquam animo tuo cupisti
Quod castum expeteres:& integellum
Conserues puerum mihi pudice
Non dico a populo:nihil ueremur
Istos qui in platea modo huc:modo illuc
In re prætereunt sua occupati
Verum a te metuo:tuoque pene
Infesto pueris bonis:malisque
Quem tu qualibet ut libet moneto
Quantum uis:ubi erit foris paratum
Hunc unum excipio:ut puto pudenter:

¶ Ad Aurelium.

COmendo tibi me ac meos amores. Aurelio familiari puerum suum modeste:ac caste commendans locose mõe: ut Impudico pueri sui amore:ac malo cupidine abstineat: quod ni faciet Impudico homini stuprum:& raphanorum ultionem minitatur:

Me. animum meum:qui est in puero meo:Se pro ministro suo posuit p/sonam pro persona: Veniam pudẽtem.uerecundum beneficium:ueniam pro beneficio:Virg. orantes ueniam.

Quod castum & itegellum. Sensus est si unq; puerum quemq; castum: & integrum appetisti.peto meum ne appetas:Sed mihi conserues tua libidine intactum. Expeteres.pro appeteres nam expetimus tãtummodo bona:appetimus autẽ tam bona q; mala. Platea. uia publica lata. ἡ πλατεῖα grece dicitur:Sed detracto iota corripuit mediam: A te metuo.proprie locutus est.malũ quod metuimus per accusatiuum prolatum huic uerbo iungimus:res seu persona pro qua suscipit metus in datiuo profertur: ut metuo pamphili uitę:res autem unde malum ipẽdet ablatiuũ sibi postulat:ut metui a chrysside. Pene.penẽ a pendẽdo dictum dicebãt caudã nunc aũt in obscenis est:& significat uirile: mẽbrũ.Ideo caudã salacẽ appellauit oratius. Qualibet.pquoscũq; locos p quęcũq; hoium mẽbra.

Mala mens.prauum consilium: ma la cupiditas. Furor uecors.insani a/ moris diffinitio quia facit homines ue rordes. Culpā.pro crimine: ut huic uni forsan potui succumbere culpę:itē crimē pro culpa cicero ad curionem: ego te condemnabo eodem crimine.

Quod si te mala mens:furorque uecors
In tantā impulerit sceleste culpam:
Vt nostrum insidiis caput lacessas.
Ah tum te miserum:malique fati
Quem attractis pedibus patente porta
Percurrent raphanique mugilesque.

Caput. uitam. Ah.dolentis & exclamantis est. Mali fati.infoeli/cis:& malę fortunę: fatum enim pro fortuna sępissime legitur. Porta patente.quidam pro aperto podice accipiunt:ego uero portā pro domus ianua positam intelligo:nam extra ianuam aut ante ianuam apertam in maius Aurelii dedecus hoc se facturum minat:ut Iuuenalis duceris plāta uelut ictus ab hercule cacus:& ponere foris. Rhaphani.tangit rem Impudicam contra adulteros atq; puerorum sectatores hoc ultionis genus antiqui excogitarunt:deprehensos enim quadrupedes constituebant:ac uiolenter partibus posterioribus expilatis per podicem summo cum cruciatu grandiores rhaphanos aut mugiles immittebant: Inde apud grecos uerbum ῥαφανιδοῦν aristophanes protulit:rhaphani in germania ad infantum magnitudinē excrescunt:frigore gaudent simum oderunt:apud plinium plura legito. Mugiles.ad idem in impudicos supplicium pisce mugile plerumq; utebantur:Iuuenalis Quosdam moechos & mugilis itrat:mugilum natura ridetur in metu capite absconditO totos se occultari credētium:& mugil & mugilis utraq; terminatiōe dici apud strabonē:& plinii inuenit:hunc piscem nūc uocari cephalū pleriq; arbitrāt.

Ad aurelium & furium.

AD AVRELIVM:

Paedicabo ego uos & irruma/bo. Aurelio & furio bibaculo familiaribus male de catullo ob lasciua scripta suspicantibus poeta stuprū locose minatur: excusatq; simul lasciuam mollium uerborum licentiam: quia liceat etiam honestis poetis ob/scoenis uti uerbis. Pathice. pathici & cinędi atq; Catamyti & Concubini iidē fere sunt:Irrumare a rumi idest a mama dicitur nam rumis apud pri/scos dicebatur mama. Molliculi libidinosi: ut Iuuenalis Magna inter molles concordia. Nam castum eē decet pium poetam ipsum.hinc Martialis Innocuos censura potest permittere lusus:Lasciua est nobis pagina: uita proba est. Salem condimentū suauitatem.saporem uoluptatis. Incitare possint.commouere possint i sensu corporeo aliquid.quod pruritū uenereum faciat non iunioribus: qui facillime arrigunt:Sed senioribus:qui arrigere desierunt. Pilosis.barbatis senioribus. Duros.aridos non molles:.atq; immobiles ob sanguinis defectum. Lumbos.in quibus consistit obscęnus ueneris humor: Male.parum uel nō marem:male pro parum aut non:posuit etiam Lucanus o male concordes nimiaq; cupidine cęci:Inde malesanus ideſt non sanus.

Paedicabo ego uos:& irrumabo
Aureli pathice:& cinæde furi
Qui me ex uersiculis meis putastis
Quod sunt molliculi:parum pudicum:
Nam castum esse decet pium poetam
Ipsum:uersiculos nihil necesse est:
Qui tum denique habeant salem ac leporem
Si sint molliculi:ac parum pudici
Et quod pruriat incitare possunt:
Non dico pueris:sed his pilosis
Qui duros nequeunt mouere lumbos:
Vos qui milia multa basiorum
Legistis:male me marem putastis
Pædicabo ego uos:&irrumabo:

AD COLONIAM.

O Colonia quem cupis ponte lædere longo
Et ſalire: paratum habes: ſed uereris inepta
Crura ponticuli: ac ſub his totus irrediuiuus
Ne ſupinus eat: cauaq; in palude recumbat:
Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat:
In quo uel ſalii uel ſubſalii ſacra ſuſcipiant:
Munus hoc mihi maximi da colonia riſus:
Quendam municipem meum de tuo uolo ponte
Ire præcipitem in lutum per caputq; pedeſq; :
Verum totius ut lacus putidæq; paludis
Liuidiſſima maximeq; eſt profunda uorago
Inſulſiſſimus eſt homo: nec ſapit pueri inſtar
Bimuli tremula patris dormientis in ulna :
Cui ſit iocus uiridiſſimo nupta flore puella:
Vt puella tenellulo delicatior hedo
Aſſeruanda nigerrimis diligentius uuis:
Ludere hanc ſinit: ut lubet: nec pili facit uni:
Nec ſe ſubleuat ex ſua parte: ſed uelut alnus
In foſſa liguri iacet ſeparata ſecuri:
Tantundem omnia ſentiens: q̄ ſi nulla ſit uſq̄:
Talis iſte meus ſtupor nil uidet: nihil audit :
Ipſe qui ſit utrum ſit: an non ſit id quoq; neſcit:
Nunc eum uolo de tuo ponte mittere pronum
Si poteſt oblidum repente excitare ueternum:
Et ſupinum animū in graui derelinquere cœno
Ferream ut ſoleam tenaci in uoragine mula.

Ad Coloniam.

O Colonia quem cupis ponte lęde/re longo. Carmen quod angeli/cum dicitur a nuntii celeritate denomi natum a ſteſichoro repertū ac ex duo bus diuerſorum uerſuum cōmatibus compoſitum a numero pedum hepta/metrum dictum: cōſtat enim duobus trocheis duobus iambis trocheo: da/ctylo: trocheo: admittit tamen in prio & ultimo ſpondeum: coloniam quon dam locum nobis incognitum impen/ſe precatur: ut quendam ſtolidum ho/minem ſibi inimicum de ponte quodā in foſſas cęnoſas pręcipitem excutiat: quoniā homo ſit ſtolidus ac nullius p̄/tii: Colonię & municipii proprietatē legito apud. A. gellium: incognitū aūt eſt qua de colonia poeta loquat. O colonia. ordo & ſenſus ē o colonia ha bes hominem paratū: quem cupis lę/dere & de tuo ponte ſalire: Sed times ſtulta ne pontis columnę corruāt age tamen precipita eū quia inſulſiſſimus ac ſtolidiſſimus eſt. Crura. colum/nas ligneas. Irrediuiuus. irreparabi/lis non inſtaurabilis: rediuiuus eſt ex uetuſto nouatus. Sic. utinam aduer/bium optantis bonum alicui: Oratius ſic te diua potēs cypri. Tibullus ſic um broſa tibi cōtingant tecta priape. Li bidine. uoluntate: Saluſtius ea uero cū ętas res ex libidine moderat. In quo uel ſalii uel ſubſalii ſacra ſuſcipiant. Hunc uerſum & corruptiſſimum eſſe & minime probabiliter exponi poſſe tum uerba a ſententia carminis alienа tum mu'tarum ſyllabarum deprava/tio ac pedum confuſio demonſtrat: Igitur de hoc ualde querendum arbitror: poſſumus tamen ex his uerbis deprauatis hunc ſenſum afferre: utinam hic tuus pons ſic bonus fiat & inſtauretur tuo arbitrio ut ſit ſolidus ac fortis ad ſaliorum ſacerdotum graues ſaltus ſuſtinendos: Salii ſacerdotes martis a ſal tu dicti a numa pomp. inſtituti martis ancylia per urbem diſcurrentes humeris uſq; ad defatigatiōnē geſtabant. Subſalii. ſaliorum miniſtri poſſunt interpretari: ſed hoc uocabulum quod memineri nuſq̄ legimus: igitur puto deprauatum: facile enim eſt falſum cognoſcere: ſed uerum inuēire difficillimū

Suſcipiant. ſyllabarum & pedum ratio hoc uerbum a poeta non fuiſſe ſcriptum indicat: alii legūt ſupinant ideſt reſupinādo extollunt. Sacra. ancylia. Municipem meum. ex meo municipio ori/undum ideſt ueronenſem. Verum totius ut lacus. Senſus eſt: ſed hic ſine hominum damno merito pręcipitabitur: quia inſulſiſſimus ita ac ſtolidiſſimus ē ſicut totius lacus & paludis ſordiſſima eſt uora/go. Vorago lacus & paludis. In quam ex ponte tuo eum pręcipitari peto. Liuidiſſima. ſordidiſſi ma eſt: & ideo bene conuen et inſulſo homini. Inſtar pueri. pro ifante puerę dixit & ē faceta ac lepi/da ſimilitudo. Cui ſit iocus puella. maximū ſtoliditatis indiciū: quū paruifaciat ſuā delicatiſſimā ſpō ſam. Flore. pulchritudie & p̄ſtātia. Terētius anni quot ſexdeci: flos ipſe. Nigerrimis. maturiſſimis quę magno i aeris diſcrimine ſūt: urg. Maturiſq; nimis metuēdus iuppiter uuis. Nec pilifacit. nullius p̄tii facit: Cōtēnit: pilifacere paruifacere ē: ut ſupra dictū ē. Vni. pro unius genitiuus ātiquus: paru/facit āt qa nuptiarę dulcedies nō pcipit. Nec ſe ſubleuat. nihil prouidet nihilq; cōſulit ſibi cōiugii one ribus oppſſo. Ex ſua pte. q̄tū i ipō ē. Alnus. arbor ſub aqs diutiſſime p̄durās: & ideo apd quoſdā a/

(pta nauigūs: cōmo/

da Comparatio: nam quemadmodum alnus ſũmerſa nunq̃ emergit: Ita hic ſtolidus atq; ſegnis ſe matrimonio preſſum non ſubleuat. Separata. ſciſſa aut a radicibus diuulſa alii pro naui alnũ poſi/tam accipiũt. In foſſa liguri: liguria italię pars contigua: quo in tractu ieunenſis ager habetur: hic & hęc ligur uel ligus dicitur duplici terminatione ut ait priſcianus. Tantundem. pro tantũ. Quã. pro quantum. Nulla ſit uſq̃. ſcilicet ſua puella. Stupor. ſtupidus homo. Meus. ironicos: nam meũ dicimus de familiari homine & amico atq; beniuolo. Ipſe qui ſit utrum ſit an non. neſcit an ipſe ſit uiuus an mortuus: ut in prouerbio cõtra ignauos ac ſomnolentos dicitur. Olidum. foetidum. Veternum. morbum intercutem: grecę dicitur hydropiſis & hydrops. Oratius. creſcit Indulgens ſibi dirus hydrops & in epiſtolis cur me funeſto properent arcere ueterno: uirg. nec torpere graui paſſus ſua regna ueterno: pro ſegnicie dixit: In quo ſenſu hic poſſumus accipere ueternum: nam multi ignaui in periculo ſegniciem exuunt. Supinum. Iacentem: iacens otioſum notat otioſus ſegnem & Inertem: ſupinum ergo ſegnem ut ſit metalepſis. Graui. ponderoſo. Ferream ſoleam. mulę calciamentũ ferreũ: apta & lepida ſimilitudo.

In Aurelium famelicum.

AVreli pater eſuritionum. Scribit in aurelium pauperrimũ ac maxime famelicũ: q in ſumma fame oblitus egeſtatis ſuę ac libidinis nefandę uitio cęcus catulli puero ſtuprum Intendebat: minatur itaq; poeta perfido aurelio Irrumationem niſi deſinat ſuo infidiari puero: hic totum effictum eſt illud martialis epigrãma: ſępe mihi queritur non ſiccis cęſtus ocellis Tangi ſe digito mãnuriane tuo. Meos amores. meum puerũ delicias meas. Experiris. alii Codices ex antiqua lectiõe hñt experibis: ſed minime placet. Si faceres ſatur. nam eſſet aliqua tuę libidinis excuſatio i ſaturitatis cauſa: nũc autem quum ſis famelicus ac ſine cere re & libero frigeat uenus: nulla eſt tui flagitii cauſa excuſabilis: ideo irrumationis ſupplicio dignus es. Atqui. certe equidem. Nę. certe: alii legunt nemeus ut ſit pueri nomen proprium: Pudico. tibi meis ſtupris intacto. Dum licet. dum iniuriis tuis ego non irritatus te nondum ſtupro ulciſcor. Facias finem. ſcilicet meis Iniuriis.

AD AVRELIVM:

AVreli pater eſuritionum
Non harum modo: ſed quot aut fuerunt
Aut ſunt: aut aliis erunt in annis
Pedicare cupiſ meos amores:
Nec dam: nam ſimul & iocaris una
Hærens ad latus omnia experiris
Fruſtra: nam inſidias mihi inſtruentem
Tangam te prius irrumatione
Atqui ſi faceres ſatur tacerem:
Nunc ipſum id doleo: q̃ eſurire
Næ meus puer: & ſitire diſcet.
Quare deſine dum licet pudico
Nec finem facias: ſed irrumatus.

Versus ſcazon Ad uarrum.

SVphenus iſte uarre quẽ probe noſti. Varrum alloquẽs uanam & falſam ſupheni poetę inſulſi auctoritatem demonſtrat: Nã ſuphenus uerborum oſtentatione dicax & urbanus atq; doctiſſimus uidebatur: pręſertim quum inſulſorum uerſuum ſuorum lꝛoros Magnifica impenſa ornatos oſtentaret: Sed in carminum illorum lectione maximam inſulſamq; ignorantiam homines compręhẽdebant: Quod & ſi maximũ eſt uani hominis uitium: tamen aliquid excuſationis meretur: quia nemo eſt adeo peritus: qui aliqua in re non appareat uanus & ineptus: Sed ſuum errorem quiſq; minime uidet. Suphenus. de quo ſupra: ſuphenos omnia colligam uenena: alii legunt ruffenum. Venuſtus. elegans. Dicax. garrulus mordax in dicendo: aut certe dicax ſermonis riſu aliquos inceſſens: uenuſtus autem eſt qui cum gratia quadã ex uẽere dictus apparet: urbanus uero dicit̃ q in ſermone rebus & uerbis ſono & uſu quendã guſtũ urbis: & ſuptam ex conuerſatione doctorum tacitam eruditionem pręſe fert: Sic & urbãitas uenuſtas dicacitaſq; Inter ſe differunt teſte fabio quintiliano. Puto. coniecto ex eius oſtentatione. Decem milia. ſcilicet uerſuum. Nec relata in palimpſeſto. Scilicet puto illa: ſed in regia charta membrana.

AD VARRVM.

SVffenus iſte uarre quem probe noſti
Homo eſt uenuſtus: & dicax: & urbanus
Henque longe plurimos facit uerſus
Puto eſſe ego illi milia: aut decem: aut plura

Perſcripta nec(ſicut fit)in palimpſeſto
Relata :chartæ regiæ :noui libri :
Noui umbilici:lora rubra:menbranæ
Deſecta plumbo & pumice omnia æquata .
Hæc cum legas tum bellus ille & urbanus
Suffenus unus caprimulgus: aut foſſor
Rurſus uidetur tantum abhoret:ac mutat.
Hoc quid putemus eſſe? qui modo ſcurra
Aut ſi quid hac re triſtius uidebatur :
Idem infaceto eſt infacetior rure
Simul poemata attigit:neque idem unquam
Aeque eſt beatus:ac poema cum ſcribit
Tam gaudet in ſe:tanque ſe ipſe miratur
Nimirum idem omnes fallimur:neque eſt quiſq̃
Quem non in aliqua re uidere ſuffenum
Poſſis: ſuus cuique attributus eſt error :
Sed non uidemus manticæ quod in tergo eſt :

Palipſeſto. palimpſeſtō uilior charta eſt iterum delita & iterum reſcripta deraſis prioribus litteris. πάλιν rurſū dicitur ψάω delino tergeo: palimpſeſton igitur charta iterū delita & deraſis prioribus litteris reſcripta palipſeſton a iuriſconſultis interpretari chartam deliticiam legimus. Sicut fit. apud paupes ſcilicet. Chartę regię. ſcilicet ſunt: regię pro regalibus dixit ſumptu regali comparatę. Vmbilici. ſigna ſunt quędam: quibus librorū fines cōcludebant ātiqui. Ideo porphirio ſupra id oratianum ad umbilicum ad finem interpretatur. Martialis i eodem ſignificato poſuit iam puenimus uſq; ad umbilicum. Alii umbilicos proclauis: quibus librorum anguli ornantur accipiunt. Lora rubra. qbus elegantię res libri ueſtiuntur. Membranę. ſ. chartę ſunt. Membrana charta primum inuēta fuit pergami in de pgamea dicta fuit teſtante uarrone ac plinio referente: de hac martialis ſcribit: Eſſe puta cęras licet hęc mębrana uocetur: delebis quotiens ſcripta nouare uoles. deſecta plumbo. ordo & ſenſus omnia ſunt plumbeis lineis quadrata: & pumice ęquata: hoc eſt deraſa. Hęc. ſcripta ſupheni : bellus uenuſtus nobis uiſus. Caprimulgus. caprimulgus hic ępolum ſignificat. Caprimulgus item auis eſt de qua plinius hęc tradit Caprimulgi appellantur grandiores: merulę aſpectu fures nocturni. Interdiu enim uiſu carent intrant paſtorum ſtabula caprarum uberibus aduolant ſuctum propter lactis qua iniuria uber emoritur: Caprisq; cęcitas quas ita mulſere oboritur. Abhorret. ſcilicet a iactationis ſuę ueritate. Mutat. quū ſcribit aliquid. Qui modo ſcurra. ordo eſt idem qui modo ſcurra uidebatur: aut qui uidebatur id ſi aliquod nomen eſt triſtius ſcurra eſt infacetior rure: & omni ruſticitate. Triſtius. peius q̃ ſit ſcurra : ut paraſitus morio leno. Neq; idem unq̃ ęque eſt beatus. ideſt neq; unq̃ uidetur ſibi tam beatus q̃ quum poemata facit. Eſt. pro uidetur. Gaudet in ſe. ſibi placet: quod uitium eſt ſtulticię. Se miratur. ſe extollit ac ſuperbe uaneq; laudat: quod eſt uitium inſanię. Simul. poſtq̃. Aeque. tam. Ac. q̃. Idem nimirum. deeſt ob ut ſit ob idem ideſt propter idem proprii amoris uitium. Poſſis uidere ſuphenum. ideſt quaſi ſuphenum: & ſimilem ſupheni ſtolidi ac iepti: nemo enim eſt: qui aliqua ex parte animi auriculas non habeat. Suus cuiq; attributus eſt error. Oratius nam uitiis nemo ſine naſcitur: optimus ille qui minimis urgetur. Sed non uidemus manticę quod in tergo eſt. ęſopi fabula tradit unū quenq; hominem duas habere manticas: unam ante ſe ad ſinum: alteram retro a tergo: in anteriorem: quę facillime uiſui ſubeſt aliena uitia mittimus: in poſteriore Quę minime cerni a nobis poſſit noſtra peccata abſcondimus ſic Oratius deſpicere ignoto diſcat pendentia tergo : perſius ſed prędcedenti ſpectatur mantica tergo. Quod eſt in tergo manticę. ideſt non Conſyderamus neq; uidemus errores noſtros: quos poſt terga reiicimus.

AD FVRIVM.

Furi cui neq; ſeruus eſt neq; arca
Nec cimex; neq; araneus; neq; ignis;

Ad Furium.

Furi cui neq; ſeruus eſt, nec arca. Miſerrimam egeſtatem furio iocoſe obiiciens facete Contendit eum i pauperie multis cōmodis inſtructum eſſe: ideo monet ne a catullo multa ſeſtertia p̃cibus expoſcat. Furi cui neq;. ordo eſt furi ẽ tibi; pulchre cū tuo parēte : ideſt pulchre uales cū parētibus tuis. Cui neq; ſeruus ẽ nec arca: q caret ſeruo pauplẽ: at cui nihil domi ſit egenus ẽ. Arca. loculus pecuniaꝝ. Iuuenalis poſita ſed ludit arca. Itē alibi Interdūq; aliēa ſumit arca. Mar. callidus effracta nūmos fur auferet arca. Cimex. lectus cōtētū pro cōtīneti. Sic mar. i. x. Nec toga nec focus ẽ nec tritus cimice lectus: nec tibi de bibula ſarta palude teges: & alibi: Sed ſi nec focus ẽ nec uilis ſponda grabati.

¶ Quorum dentes comesse possunt silicem. hyperbole ad summã famẽ demonstrandam: Lignea. arida quale lignum est. Pulchre cõcoquitis. quia parum comeditis citissime digeritis cibũ: nimius enim cibus est idigestionis causa: ut Iuuenalis & crudum pauonem in balnea portas. Nihil timetis. quia nihil boni amittere potestis: nam uobis nihil domi est: Facta impia. ueneficia cognatorum aut affinium: impias ob hęreditatem insidias: Siccioria cornu. ob famem atq; perpetuam iediam: ordo est habetis corpora cornu sicciora ob frigus solem & esuritionem. Sudor saliua muccus. hęc omnia ex ciborũ superfluitate proueniũt: Nec toto decies cacas in anno. unum sequitur ex reliquo nam qui nõ comedit nec cacat quidẽ. Culus purior saliuo. hinc Martialis: nec enim é culus qui non cacat olim. Desine. subaudi iterum precari.

Verum est & pater: & nouerca quorum
Dentes uel silicem comesse possunt:
Est pulchre tibi cum tuo parente.
Et cum coniuge lignea parentis:
Nimirum bene nam ualetis omnes.
Pulchre concoquitis: nihil timetis:
Non incendia: non graues ruinas:
Non facta impia: non dolos ueneni:
Non casus alios periculorum:
At qui corpora sicciora cornu
(Aut si quid magis aridum est) habetis:
Sole & frigore: & esuritione:
Quare non tibi sit bene ac beate?
A te sudor abest: abest saliua:
Muccusque: & mala pituita nasi
Hanc ad mundiciem: adde mundiorem:
Quod culus tibi purior salillo est:
Nec toto decies cacas in anno
Atque id durius est faba & lapillis:
Quod tu si manibus teras fricesque
Non unquam digitum inquinare posses:
Hæc tu commoda tam beata furi
Noli spernere: nec putare parui:
Et sestertia quæ soles precari
Centum desine: nam sat es beatus:

¶ Ad Iuuencium.

O Qui flosculus es iuuenciorum. Iuuencium puerum alloquitur Increpans eum q̃ furio pauperculo amoris delicias dederit: o admirantis est interiectio. qui. qualis. Flosculus. pulchritudo: Iuuenciorum. iuuencii nobilis romę familia fuit. cuius liuius & plinius meminerunt: ad eundum infra scribit sic mellitos oculos tuos iuuenci: si q̃s me sinat usq; basiare: Arca. pecuniaq; loculus: Delicias. amorum suauitates puto amplexus & oscula: nam deo/dem alibi dicit si quis me sinat usq; basiare usq; ad millia basiem trecenta: Bellus. pulcher: Martialis. bellus homo inflexos qui dirigit ordine crines: hoc: scilicet q̃ bellus homo sit. Obice. mihi te reprehẽdenti oppone ad tuam excusatiõem: aliter legitur abiice idest contemne & deprime: unde abiectus dicitur uilis contẽptus: uel Hoc. s. qđ dico neq; est huic seruus neq; arca aut parui facias aut magni facias ut lubet ñ curo: Eleua. uerbis extolle: pro tua defensione: Tamen. q̃uis bellus sit tamẽ pauperrimus est.

¶ AD AMICVM IVVENCIVM.

O Qui flosculus es iuuenciorum
Non horum modo: sed quot aut fuerunt
Aut posthac aliis erunt in annis
Mallem delicias mihi dedisses
Quam isti: cui neque seruus est neque arca:
Quam sic te sineres ab isto amari
Qui non est homo: bellus inquies est.
Sed bello huic neque seruus est neque arca:
Hoc tu q̃lubet abiice: eleuaque:
Nec seruum tamen ille habet: neque arcam.

Ad Thallum Cinedum.

Septenarius est uersus: qui fit quum iambico trimetro additur pes amphibrachus.

Cinede thalle mollior cuniculi capillo. thallum impudicum adolescentem monet: ut sibi catullo remittat pallium & sudarium: quę furto subtracta pro suis usurpat: atq; ostentat: quę nisi reddat: poeta flagra thallo minitatur. Mollior. tenerior: hinc Virgilius in obsceno carmine sumpsit: Quidam mollior anseris medulla. Capillo. pilo: Sic persius lã liber & bicolor positis membrana capillis.

AD THALLVM.

Cinæde thalle mollior cuniculi capillo:
Vel āseris medullula uel hinula mollicella:
Vel pene languido senis: situque araneoso:
Idemque thalle turbida rapacior procella:
Quum diua mulier aues ostendit oscitantes:
Remitte palium mihi meum quod inuolasti:
Sudariumque sæthabum catagraphonq; linon:
Inepte quæ palam soles habere: tanquam auita
Quæ nũc tuis abũguibus reglutina: & remitte:
Ne laneum latusculum: manusque mollicellas
Inusta turpiter tibi flagella conscribillent
Et insolenter æstues: uelut minuta magno
Deprhensa nauis in mari uæsaniente uento:

Hinnula. pelle hinnuli: Qui ut varro: & plinius tradunt ex equo & asina nascitur: Sed ut solinus scribit hinnulus ẽ cerui pullus: quod melius cũ Catulli uerbis facit. Igit' Hinnula. idest pelle hinnuli pulli ceruini: inula itẽ herba est: quę datur stomachis fastidiosis: Oratius atq; acidas mauult innulas. Mollicella. mollis facit diminutiua molliculus & inde mollicellus.

Situ araneoso. deest mollior & tenerior situ & lanugine aranearũ. Rapacior. furacior: & maior raptor. Turbida. tempestuosa. Quum diua mulier aues ostendit oscitantes. rapacior q̃ turbida procella sit: quum Tethys diua hoc est mare tempestatem facit: nam tunc rapax procella pronunciat a quibusdam auibus: quas alii alcyões Intelligunt: hę enim aues ut scribit plinius in uergiliarum occasu qui cũ ędis tempestuosus est apparent: fętificãt autem bruma: qui dies Alcyonides uocantur: faciunt septem ante brumam diebus nidos: & totidẽ sequẽtibus pariunt: Quibus omnibus maris tranquillitas est. Vt indicat hic Theocriti uersus χἀλκύονες ϛορεσεῦνΤι τὰ κύμαΤα τὴν δὲ ϑάλασσαν partis autem & iam hiantibus pullis statim insequitur uehemens maris procella. Ergo q̃tum ad hasce alcyones exponatur. Quum mulier dia. idest alcyon: quę fuit mulier dia idest generosa: ut dia camilla: & homerus δῖοσ ἀχιλλεύσ idest generosus achilles. Ostendit. demostrauit: nam septem post brumam diebus partis pullis discedunt: & Continuo sequitur procella rapax. Aues. pullos suos. Oscitantes. proprium est pullorum escam appetẽtium: dicitur autem oscito: & oscitor in eodem significato: ego uero potius sentirem hoc dictũ de fulicis: quę ut scribit plinius clangore suo qui sine oscitatione non fit uentum prænuntiant: & tũc dicatur Dia mulier: Tethys. Aues oscitantes. fulicas oscitatione clangorem edentes. Inuolasti. furatus es a uola manus parte: alibi inuolare est inruere: inuadere: Conuolare in aliquem a uolãdo dictũ Plautus in amphytrione Cum clamore inuolant impetu alacri. Setabum. hispanum a setabi urbe ut dictum est superius. Catagraphonq; linum. idest linteum uariis filis inscriptũ: ut iuuenalis inscriptaq; lintea uenit: κἀΤαγράφω est inscribo. Reglutina. gluten latine græce chola: inde glutino: coniugo: reglutino: Separo: disiungo. Inusta. inflicta. Conscribillent. uibicibus insigniant & depingant aut lacerent: ut uersa puluis inscribitur hasta: plautus Corpus tuum uirgis ulmeis inscribam: & catullus alibi frontem tabernę scipionibus scribam. Veluti. amat catullus in carminum conclusionibus similitudines: & comparationes facere. Minuta. parua: ut Cymba. Insolenter. inusitate pręter Solitum. Aestues. commouearis ut maris æstus:

AD FVRIVM.

Furi uillula uestra non ad austri
Flatus oppositа est: nec ad fauoni

Ad Furium.

Furi uillula uestra non ad austri. ad furiũ bibaculum poetam scribit sensus aũt est furi uestra uilla non solo uento ut cęterorum hominũ uilę agitantur perturbatur: Sed quindecim millibus & ducentis uentis uexat: Austri flatus. tãgit qũor cardiales uẽtos. Fauõi. zephyri: Lucre. & reserata diu gẽitalibus aura fauõi.

Boreę.latine aq̃lo dicit᷑ flat iter ex ortū ęstiuū:& ſeptētrionem:ut Pli.& gel.tradūt. Apheliotę.ſubſolanus latine dictus flat ab exortu ęq̃noctiali.

Quideci mi.ſ.uętoꝝ nūerus finitus pro infinito:Loca i quę undiq; uēti cōflāt ꝓflages dr̄. Hor.horrēdū aſperū terribilē. Peſtilētē.augumētū malicię nā nullus uētus peior peſtilēti ē:alius tñ ſenſus elici pōt hoc mō:ut locās dicat quū alię uillę aliquo uēto ifeſtē ᷑ ūra uilla ñ ob aliquē uētū icōmoda ē ueꝝ quū ab urbe diſtet q̃ndeci milia & ducētos paſſus hoc icōmodū lōgi q̃tatis hēt᷑ tā q̃ horribilis:& peſtilēs uētus:Q uētū hor.at.peſt.totū hoc ioco ſe dictū ē i icōmodā uillę lō ginq̃tatē q̃ defatigabā᷑ illuc ex urbe ſecedētes.

Nec ſæui boreæ:aut apheliotæ:
Verum ad milia quindecim:& ducentos
O uentum horribilem:atque peſtulentem.

AD PINCERNAM SVVM.

Miniſter uetuli puer falerni
Inger mi calices amariores:
Vt lex poſthumiæ iubet magiſtræ
Ebrioſa acina ebrioſioris.
At uos quo lubet hinc abite lymphæ
Vini pernicies:& ad ſeueros
Migrate:hic merus eſt thyonianus.

Ad Miniſtrum ſuum.

Miniſter ue.puer pha.Miniſtrū ſuū hortat᷑ ut ſibi tēperet atq; porrigat capaciora pocula:ipatq; ut a mēſis ſuis aquas maximū hoibus nocumētū excludat. Phalerni.nigrū ē uinū a Cāpanię agro dictū:Martialis cādida nigreſcāt uetulo criſtalla phalerno. Inger.porrige:Inger pro igere legat᷑ ꝑ Apocopen ut uerſus ſtet phaleucius. Mi.pro mihi. Amariores.fumoſiores ipſius uini auſteritate:aut aſperiores hauſtu ꝓp āplā capacitatē. Poſthumię.hęc illis tēporibus fuit mulier uinoſiſſima & maxie bibula:q̃ Cōpotricibus:ac ꝯpotoribus ſuis lege bibēdi a ſe lata tā grādia īdicebat pocula:ut amaꝝ ac difficile cuiq; foret illa uno hauſtu ebibere. Ebrioſa ac.ebrio.hic uerſus corrupte:ac ꝑ q̃; uitioſe legit᷑ i oibus fere codicibus:ſed elegātiſſima.A.gellii enarratiōe emēdet᷑ in hāc formulā:ut ebrioſa acina genere fęminino caſu ablto legat᷑ q̃q̃; alias acinū neutro genere proferē᷑:acinū.n.totū uini plenū ē.Lymphę.aquę. Seueros.graues auſteros:atq; abſtemios. Thyonianus.bacchicus.i.merū uinum:quale bacchus thyoneus iuenit:Bacchus fert᷑ ioue patre cōcedente matrē ſemelē ab inferis eduxiſſe:& imortalitate donatam thyonē a ſacris quę illi attribuit denōinaſſe:nam θύω ſacra facio dicitur:inde ipſe liber ex materno nomine thyoneus appellatus eſt ut ſcribit Diodorus.

Ad Verānium & Fabullum.

Piſonis co.co.ina.Ad uerániū & fabullū piſōis hiſpanię q̃ſtoris cōitantes:ſeu cōmilitōes ſcribēs eos interrogat de lucro q̃d a piſōe auariſſimo ſit conſecuti:ac ſimul iuehit᷑ i flagicioſā romanoꝝ libidinē:q; comites ac militēs ſuos magrātū officii cā ſecutos nefario cōcubitu cōtaminabā᷑. Piſonis.hic piſo a ſaluſtio ſic deſcribit᷑:Caius piſo adoleſcēs nobilis ſūmę audacię egēs factioſus i citeriorē hiſpaniā q̃ſtor proptore miſſus ē adnitente Craſſo:q; eū ifeſtū inimicū q;.Cn.Pō.

AD VERANNIVM ET FABVLLVM.

Piſonis comites cohors inanis
Aptis ſarcinulis & expeditis
Veranni optime: tuque mi fabulle:
Quid rerum geritis? ſatis ne cum iſto
Vappa:frigoraque & famem tuliſtis:
Ecquidnam in tabulis patet lucelli:
Expenſum? ut mihi qui meum ſecutus
Prætorem refero datum lucello

cognouerat:neq; tūc ſenatus iuitus prouiciā dederat q̃ppe foedū hoiem a rep.procul eē uolebat:& infra:ſed is piſo i prouiciā ab eq̃tibus hiſpanis:quos i exercitu ductabat iter faciēs occiſus ē. Cohors.milites i cohorte ptoria. Inanis.ianiter nulitās nulla utilitate uobis parata. Aptis ſar.& exp.hoc ioco ſe i tēuitatē eoꝝ q erāt pauprimi ſine ſarcinulaꝝ ipedimētis. Cū iſto uap.cū piſone hoie uili ac ſordido qualis ē uappa uinū corruptū:uappa pro uiliſſimo:ac ſordido hoie poſuit:& pſius uappa lippus et in tenui farragine mēdax.de uappa legito pli.li.xiiii.ca.xx. In tab.i q̃bus lucri & ipēſaꝝ cōputatiōes ſcribitis. Ecq̃d lu.an aliq̃d lucri:ac ſtipendii uobis dati. Patet exp.manifeſtat᷑ uobis dinumeratū:nā expēdere ē dare & ſoluere pecuniā alicui:antiq.n.oēs pecunias pēdebāt:uñ ipendere:& ipēſa:atq; expēſa. Vt mihi.ſ.patet q nihil a meo ptore memio ex bithynnia rettuli. Meū pt.C.memiū bithynię prętorē cū quo fuit catullus ut ſupius dixit:huius.C.memii aſperrimis orationibus ſępe proſciſſus cęſar ad cyathū & uinū ſtetiſſe diffamatus poſtea memio adeo hūane Indulſit:ut in petitione conſulatus ſe illi ſuffragatorē prętiterit. Memio item cuidam ſuum opus inſcripſit Lucretius. Item.fuit Caius Memius tribunūs.pl. Infeſtus nobilitati cuius meminit Saluſtius in Iugurtha. Datum lucello.ideſt re-

O memi bene me ac diu ſupinum
Tota iſta trabe lentus irrumaſti:
Sed quantum uideo pari fuiſtis
Caſu: iam nihilo minore uerpa
Farti eſtis. pete nobiles amicos:
At uobis mala multa dii: deæque
Dent opprobria: romuli: remique.

fero ſtupꝛ mihi datũ lucro: alii legũt refero lucellũ mihi datũ. Tota iſta trabe. mẽtula tua lõga quãta ẽ trabs: ut Mar. tãta eſt quę tityo colũna pendet. Fuiſti pari caſu. i. pari cõditiõe ac ſorte mecũ: nã nullo accepto lucro ſtuprati fuiſtis. Verpa. mentula: uerpus aũt iudęus circunciſus: lũue. Quę ſitum ad fontem ſolos deducere uerpos. Nihilo minore. q̃ ſim fartus ego. Pete nobiles amicos. prohibi

tio artificioſa: & uehemens facta per ironicam conceſſionem. Pete nobiles amicos. quia ſtuprabe/ris ab illis: pete autem pro appete per apheresin: ſic igitur ſatyrico morſu: ac felle flagicioſos romanoꝝ nobiliũ mores aſpſit. Dii deę. & ſuperi & inferi. Dent uo. q talia ĩ amicos flagicia cõmittitis. Mul/ta mala opprobria. qualia & uos in familiares facitis. Romuli remiq̃. uobis o romani uocatiuus eſt: romulus pro romano: ut perſius bellum eſt an romule ceues.

IN. C. CAESAREM.

Q Vis hoc poteſt uidere: quis poteſt pati?
Niſi impudicus: & uorax & aleo:
Mammurram habere: quod comata gallia
Habebat cuncta & ultima britãnia:
Cinæde romule hæc uidebis & feres?
Et ille nunc ſuperbus: & ſuperfluens
Perambulauit omnium cubilia:
Vt albulus columbus: aut dioneus.
Cinæde romule hæc uidebis: & feres?
Es impudicus: & uorax: & aleo?
Eo ne nomine imperator unice
Fuiſti in ultima occidentis inſula?
Vt iſta ueſtra diffututa mentula
Ducenties comeſſet: aut trecenties:
Quid eſt? alit ſiniſtra liberalitas?

In. C. Cęſarem.

Q Vis hoc põt ui. qs põt pati. iãbi/co trimetro exclamat ĩ prodigã Caii cęſaris largitionẽ: q mamurram phormianũ quo cũ ſtupri mutui com mertiũ hẽbat adeo locupletauerat: ut is opũ elegãtia totius gallię: ac britan nię diuitias exuparet. Quis hoc põt uidere. pcõtatio eſt: & talis ſenſus. Ne mo niſi impudicus atq; ſceleratus poſ ſet ferre: ac pati mamurrã pathicũ hẽ re totius gallię atq; britãnię diuitias.

Niſi ipu. obliq; i cęſarẽ dixit. Ma murrã. Cornelius nepos tradit primũ romę parietes cruſta marmoris opuiſ ſe totius domus i cęlio mõte mamur/rã phormiis natũ eqtẽ romanũ prę/ſectum fabrorum Caii cęſaris in gallia Hic nãq; eſt mamurra Catulli Vero nẽſis carminibus proſciſſus: quem ut res eſt: domus ipſius Clarius q̃; Catul lus dixit habere quicq̃d habuiſſet co/mata gallia: hęc Plinius. Comata gallia. gallia tranſalpina a cęſare do/mita. Cinęde romule. impudice cę/ſar: uehemens fama fuit. C. Cęſarem quum eſſet adoleſcens apud nicome/dem bithynię regem pudicitiam de/poſuiſſe: unde poſtea in eius triumphis tale carmẽ a militibus & ciuibus iactatum eſt: gallias cęſar ſub/egit nicomedes cęſarem: in hunc eundem cęſarem atq; mamurram infra ẽ illud epigramma: pulchre conuenit improbis cinędis Mamurrę pathicoq; cęſariq;. Romule. pro romano ut ſupra: romuli re miq;. Superfluens. diuitiis ſuperabundans. Omnium cubilia. quia męchus eſt temerarius: & ſu/perbus prę pecuniis. Dioneus. uenereus a dione uenere Cui dicatę ſunt columbę: Dione ucne/ris mater fuit: a qua & filia denominata eſt. Eo ne nomine. ſenſus eſt ea ne de cauſa bellis es deprędatus britanniam ut mẽtula & libido mamurrę tot ſeſtertia illa a te data conſumeret. Eo nomine ea cauſa: ut Cicero q̃q̃; me nomine negligentię ſuſpectum tibi eſſe doleo. Vnice. ſingula/ris. Vltima inſula. britanniam dicit: quam cęſar bis aggreſſus ſubegit ut ipſe in commẽtariis ſuis la te ſcribit. Occidentis. britannia tamen ut mella: & plinius tradunt inter ſeptentrionem: & occiden/tem porrigitur. Iſta ueſtra mentula. Mamurrę ſcilicet. Diffututa. coitu exhauſta: ut ſupius cur nõ tam latera effututa pandas. Siniſtra liberalitas. diffinitio prodigalitatis: hac de liberalitate cęſaris legito Ciceronem primo officiorum. Siniſtra. noxia uitioſa. Liberalitas. Cęſaris ſcilicet.

Alit.mamurrę libidinẽ. Parũ ex patrauit.parũ ne libidine perdidit:& absumpsit. Est helluatus:diglutiuit: cõsumpsit helluones dicũtur imoderate bona sua Cõsumẽtes ab helluẽdo quod aspiratur:ut auiditas magis exprobret:helluari é bona sua gulose:ac imoderate absumere. Paterna patris ipsius mamurrę. Lancinata.lacerata: lancinare est dilacerare: plinius tot sinus peloponensem oram lancinant. Secunda prẹda pontica. quã cęsar ex profligato pharnace mitridatis filio cępit:& mamurrę tradidit Pontica.nã pharnaces ponti rex fuit. Tertia ibera.hispania:prẹdam dicit:qua potitus est cęsar quũ hispaniã prouinciã bellis ciuilibus pompeio ademit patreo:& affranio pompeii ducibus apud lerdam pdomitis:ut in quarto lucanus elegãter scribit: Tagus hispanię fluuius aureis aquis diuulgatus.

Parum expatrauit:an parum heluatus
Paterna primum lancinata sunt bona:
Secunda prẹda pontica:inde tertia
Ibera quam scit amnis aurifer tagus:
Hunc galliæ timet terra & britanniæ
Quid hunc malum fouetis:aut quid hic potest:
Nisi cuncta deuorare patrimonia?
Eo ne nomine urbis opulentissima
Socer generque perdidistis omnia?

Hunc.mamurrã. Timet.qa tantã rapiendi licentiã habeat a cęsare. Malum.in malã rem aduerbium é per parenthesim:& exclamationẽ:ut sępe apud terẽtiũ. Vrbis.romę. Eo noie.ea causa: ut mamurra a uobis locupletatus oia libidinibus absumeret. Perdidistis oia.opes:& Imperiũ romanũ: quod occupasse cęsar uidetur:ut mamurrę libidinibus opes suppeditaret.

Ad alphenum iurisconsultum.

AD ALPHENVM:

Alphene immemor atq; unanimis falsę sodalibus.alphenũ iurisconsultũ fallaciẹ:ac pfidię arguit monẽs eũ deos hominũ fraudibus:& piuriis iratos esse. Alphenus uarrus Cremonensis abiecta sutrina:quam i municipio suo exercuerat romã petiit:magistroq; usus sulpitio iurisconsulto ad tãtum puenit:ut & consulatũ gereret:et publico funere efferret:huius alpheni gellius & porphyrio meminerũt:oratius de hoc ut alphenus uafer omni abiecto instrumẽto artis:clausaq; taberna.Sutor erat sapiẽs operis. Falsę.fallax. Vnanimis. datiuus pluralis ẽ. Amiculi.mei catulli. Fallacũ. legẽdum .n.est fallacũ p syncopen ut stet uersus:hoc enim epigrãma habet

Alphene immemor:atq; ũanimis falsę sodalib;
Iam te nil miseret dure tui dulcis amiculi.
Iam me prodere iam non dubitas perfide:
Nec facta impia fallaciũ hominũ cœlicolis placẽt
Quæ tu negligis ac me miserum deseris in malis:
Heu qd faciant dico homines:cui ue habeãt fidẽ:
Certe tu te iubebas animam tradere inique
Inducens in amorem quasi tuta omnia mi forẽt
Idẽ nunc retrahis te:ac tua dicta omnia factaq;
Ventos irrita ferre:ac nebulas aereas sinis.
Si tu oblitus es:at dii meminerunt memini:t fides
Que te ũt pœniteat post modo facti faciet tui.

metrum Coriambicũ quod dicitur phaleuciũ hexdecasyllabũ:Coriambicum appellatur a pede:nã cõstat ex spondẹo tribus coriambis:& pyrrichio:phaleucium autẽ ab auctore:qui eo plurimũ usus fuit: hexdecasyllabũ a syllabarũ numero: Cõstat eni ex sexdecim syllabis ad differentiã phaleucii endecasyllabi. Deseris.bene deseris:nã Deserere est rem quam quispiã tueri debeat destituere: unde Virgi. desertorem asię dixit de ẹnea:alphenus ut coniectare licet Catulli causam deseruerat. Cui habeant fidem.si iurisconsultus pfidus est. Ventos irrita ferre sinus.inuanũ & incassum dicta fuisse facis:nam quę nullum effectum consequuntur a uentis & nubibus abripi dicuntur: Ouidius irrita uentosq; rapiebant cuncta procellę:& alibi Et iubet ẹolios irrita ferre notos.

Ad Syrmionem patriam.

AD SIRMIONEM INSVLAM:

Peninsulaq; syrmio Insularumq;. poeta ex bithynnia in patriam syrmionẽ reuersus:summo gaudio eã sibi omnium rerum charissimã iusit: omniq; hilaritate salutat: uersus autẽ est scazon lambicus:syrmio est peninsula benaci:quem nunc gardę lacum uocamus in agro ueronensi putat a multis catulli nostri patria:quũ tñ eũ nõ Syrmione:sed ucronę natum esse scribat Eusebius:

Peninsularum sirmio:insularumque
Ocelle: quascũque in liquentibus stagnis

Marique uaſto fert uterque neptunus
Quam te libenter quanque lætus inuiſo:
Vix mi ipſe credēs thynniam atque bithynos
Liquiſſe campos: & uidere te in tuto
O quid ſolutis eſt beatius curis?
Quom mens onus reponit: ac peregrino
Labore feſſi uenimus larem ad noſtrum:
Deſideratoque acquieſcimus lecto:
Hoc eſt quod unum eſt pro laboribus tantis.
Salue o uenuſta ſirmio: atque hero gaude:
Gaudete uoſque lydiæ lacus undæ:
Ridete quicquid eſt domi cachinorum.

nūc q̄dē ē anguſtū cū theatri latericii reliquiis oppidum: olim aūt urbs nec exigua nec obſcura a pannonicis ſiue ungaris aliqñ inſtaurata: ut ego i quodam eleganti atq; antiquo grāmatici cuiuſdā epigrámate C̄operi: ſyrmiū Ité oppidū dalmatię & ibi ſyrmiēſiū ciuitas ut ſcribit Pli. Peninſula. pe ninſula Dicitur terra in mare lacūue lōge porrecta: quaſi inſula ex uno tā/ tum ſed anguſto latere inhęrēs C̄onti nenti grece dicitur cherſoneſus quaſi χέρσος terra cōtinēs & νῆσος inſu/ la. Ocelle. res chariſſima: nā rē cha ram nobis ſolemus appellare oculū noſtrū. Inſularū. Inſula terra eſt to ta undiq; aquis circundata. Vterq; neptunus. i. utriuſq; & maris & lacū numē: nā neptunus duplicē habet ptātē. ſ. in mari & lacubus dominat: uterq;. n. dixit ad utrāq; neptuni numē ſignificādū ut Mar. de diana expta ē numen moriēs utriuſq; dianę: iuiſo ad uidēdū uenio: Virg. urbis ne iuiſere cęſar: terrarū q; uelis curā. Thynniā atq; bythynnos. thynnia: & bithynnia eadē ē de qua ſupius dicta ſūt multa ex Strabone ſolino plinio auctoribus: Pli. tū bithynię icolas duas i partes diſtribuiſſe uidet: quū ſcribat tenēt orā oēm thynni iteriora bithynni. O q̄d ſo. é be. cu. tedio iutiliū negotioq; pegre affectus laudat q̄tū domi otiū: hic Ora. o rus qñ te aſpiciā qñq; licebit: nunc uetęq; li/ bris nūc ſomno & iertibus horis ducere ſollicitę iucūda obliuia uitę. Curis ſo. curis ſtudioq; & muſa rū q̄ ſūt ab oi negotio ſolutę. Hoc ē q̄ unū ē pro lab. tāt. ſenſus: hoc quietū otiū ē q̄d p̄ tātos uitę ñrę labores quęrimus nā oēs mortales ſuas oēs curas labores negotia ad hūc dirigūt finē ut partis diuitiis & honoribus beato fruāt otio: Ora. hac mēte laborē ſe ſe ferre: ſenes ut i otia tuta recedāt. Hero. me dño tuo. Lydię lacus uñ. bęnacū lydiā undā appellat: nā lydi thuſci ſunt: thuſcoq; aūt reges metro/ polin habuerūt Mātuā q̄ plinio auctore thuſcorū trāſpadū ſola reliqua ſub thuſcoq; iure bęnaci acco/ le fuerūt: quos maro thuſco tarconte duce ad ęneę auxiliū cōtra mezētium profectos deſcribit Virg. Mātua diues auis ſed nō genus oībus unū: gens illi triplex populi ſub gēte quaterni ipſa caput popu/ lis: thuſco de ſanguine uires: hinc quoq; q̄ngētos i ſe mezētius armat: Quos patre bęnaco uelatus arū dine glauca Mincius infeſta ducebat i ęquora pinu. Lydię. thuſcę ſub iure thuſco: aut uſq; Mātuam thuſcā minciū influētes: itē eodē plinio auctore rhetoq; & euganeoq; uerona ē rheti a thuſcis oriūdi: be nacus aūt ueronę ē. thuſcus igit. i. lydius benacus ē: thuſci. n. habuerūt originem a lydis qui ex meonia quę poſtea lydia dicta eſt Tyrreno lydi fratre duce in eam Italię partem profecti ſunt.

AD IPSITILLAM.

Amabo mea dulcis ipſitilla
Meæ delitiæ: mei lepores.
Iube ad te ueniam meridiatum:
Et ſi iuſſeris illud adiuuato:
Neu quis liminis obſeret tabellam:
Neu tibi libeat foras abire:
Sed domi maneas: pareſque nobis
Nouem continuas fututiones:
Verum ſi quid ages ſtatim iubeto:
Nam pranſus iaceo: & ſatur ſupinus
Pertundo tunicamque paliumque

Ad Ipſitillam Puellam.

Amabo mea du. ipſi. cibo potuq; ſatur atq; repletus & tētigine cō motus ipſitillā amicā rogat: ut domi maneat multipliceſq; coitus Cat. ppa ret. Amabo. blādiētis ē aduerbium Iube. uelis: ut Terē. Iubeo chremetē ſaluere. Meridiatū. ad meridiē agē dū: dicit meridio & meridior utraq; terminatiōe teſte priſciano: & idē ē q̄ meridiē ago ſeu tracto uñ meredia tiones apud Cice. i lib. de diuinatiōe legi/ mus. Tabellā. ianuā poſtes pars pro toto: aut materia pro re denotatio.

Nouē cō. fu. nouē diuerſa cōcubitus genera ſcdm elephantidis poetę libel los itelligit: quoq; cōcubituū meminit naſo i fine artis: & Vir. i obſcęno car

mine. obſcęnas rigido deo tabellas ducēs ex elephātidis libellis dat donū lalage rogatq; tētes ſi pictas opus edat ad figuras. Pranſus. hic locus me monet ut ego mirer Cur ſeruius ſcripſerit: apud priſcos in uſu nō fuiſſe prādia: quod falſum eſſe cōſtat. Pertundo. perforo inguine tenſo & ſaliente.

In Vibennios.

O Furũ optie balneariorꝝ. In uibẽ/nios patrẽ & filiũ Inuehit alteri furta alteri ſtupra nefãda obiiciẽs mo nẽſtꝝ ut ab hoium cõſpectu diffugiãt: Furũ balneariorꝝ. maxie furũ q ſu/rãtur i balneis ueſtes hoium ſe lauan/tiũ. Vibeni pater. itelligit ét filiũ eo dẽ noie fuiſſe appellatũ. In oras ma. regiões ifoelices: ubi pereatis. Quã doqdẽ. pro ſiqdẽ. i. qa. Nõ po. aſſe uen. i. nates tuas piloſas a pilorꝝ ſylua liberare nõ potes totius tuę pecũię ipẽ ſa. Aſſe. tota pecũia: nã tota & inte gra ſũma cuiuſq; pecũię as dicit: & i duodeci uncias diuidit ut Priſ. & uar. ſcribũt legit & uenditare. i. uenũdare ut ſit frequẽtatiuũ a uẽdo & tũc aſſem pro numo accipias: ut ſit ſenſus. Abite Roma: ubi am plius uiuere nõ poteſtis quoniã patris furta detecta ſũt: & Tu o fili piloſas nates oibus moleſtas & inui ſas aſſe uno uendere nõ potes.

ADVIBENIVM.

O Furum optime balneariorum
Vibenni pater: & cinæde fili
Nam dextra pater inquinatiore
Culo filius eſt uoratiore
Cur non exilium: malaſque in oras
Itis quandoquidem patris rapinæ
Notæ ſunt populo: & nates piloſas
Fili non potes aſſe uendicare.

Seculare Carmen ſiue Hymnus.

d Ianę ſũ. i ſi. p. Puellę in tẽplo dia nę ſeculare hymnũ celeberrime cõcinũt petẽtes a dea mẽſiũ tẽporis et anni duce foelices oium frugũ & fru/ctuũ prouẽtus: ac romane gẽtis ſoſpi tatẽ. In fide. i. tutela: ut Ter. in eunu cho tuę me cõmẽdo ac cõmitto fidei: alii legũt ẽde. i. templo: utra lectio ſit probabilior: uerſus deprauatus ſylla/baꝝ q̃ſtitate non diſcernit: nã tres pri mi uerſus nullã certã: nec ſecũ: nec cũ ſequentibus uerſibus dimenſionẽ ha bent: poſt. n. tres primos: reliqui fere oẽs ſũt glyconici ex ſpõdeo & duobus dactylis: alii uero ſũt dime tri trochaici ex duobus trocheis & duobus iãbis alii ex duobus iãbis & duobus trocheis icerta uerſuũ oium diſtributione ſequenti. Integri. incorrupti omni libidine intacti pudici. Puellę Canamus. hic uerſus ut puto deprauatus eſt: nam una ſyllaba breuior eſt ſuperioribus. Puellę canamus. nam quamuis pueri etiam his hymnis intereſſent ſolę tamen puellę dianę laudes decantabant: pueri uero apollini pęanes celebrabant: unde Oratius dianã tenerę dicite uirgines: intonſum pueri dicite cynthiũ aliquando uero pueri & puellę ſimul ſęculare Carmen canebant: ut apud Oratium phębe ſyluarum que potens diana lucidum coeli decus o Colendi. Quam mater prope deliam depoſuit oliuam. In ęgeo pelago Delos inſula ẽminet & illi circunſtantes cyclades habẽt urbem in plano poſitam & apol/linis atq; latonę templum: Cynthus autem mons ſublimis & aſper incumbit: urbi hanc inſulam priſci ortygiam nominarunt: fabulę autem tradunt latonam hoc in loco pariendi ſoluiſſe dolores apolline ſimul & diana in lucem editis: Delos autem uocata fuit quoniam ut ſcribit Ariſtoteles repente appa/ruit nata: nam δῆλος manifeſtus dicitur: uel ut ſentit Macrobius quia ortus ẽ quaſi partus luminum omnia facit δῆλα ideſt aperta clareſcere. Mater. latona: quam phyſici terram uideri uolunt: legi/to Macrobium in libro primo: hanc fabulam latiſſime interpretantem. Depoſuit. in lucem edidit Prope oliuam deliam. utrum Catullus an ſtrabo errauerit me latet: nam ſtrabo libro decimo de/lon deſcribens & latonę partum de hac oliua nullum uerbum protulit: ſed libro. xiiii. In ionię deſcri/ptione poſt epheſi mentionem ait: paulo ſupra mare eſt ortygia lucus omnis generis materię pulcher/rimus preſertim Cypariſſo per eum Cenchrius amnis fluit: in quo dicunt latonam ex partu lotam: nã hoc in loco fabulantur: et partum eius & nutricem & aditum in quo peperit: & proximam oleam ad quam tradunt eam primo poſt partum quieuiſſe: ex his ſtrabonis uerbis planum eſt ortygiam eſſe lucum ionię in quo latona poſt partum oliuę incubuerit: Catullus autem clare ait latonam apud deliam oliuam partum depoſuiſſe: Vtrum igitur olea illa Cui inhęſit latona Sit ut ſcri/bit Catullus In delo quę & ortygia dicitur an magis Sit olea ortigia ionię luco: Vterue horum auctorum nominis Similitudine errauerit aliorum ſit iudicium: mihi ſatis fuerit opinionum diuer ſitatem oſtendiſſe. Montium domia ut fores. nam diana uenationũ: quę ut plurimũ i mõtibus &

CARMEN DIANAE.

d Ianæ ſumus in æde
Puellæ: & pueri integri
Puellæque canamus:
O latonia maximi
Magna progenies iouis:
Quam mater prope deliam:
Depoſuit oliuam
Montium domina ut fores

Syluarumque uirentium:
Saltuumque reconditorum:
Amniumque ſonantium:
Tu lucina dolentibus:
Iuno dicta puerperis:
Tu potens triuia: & notho es
Dicta lumine luna:
Tu curſu dea menſtrua
Metiens iter annuum:
Ruſtica agricolæ bonis
Tecta frugibus expleas:
Sis quocunque tibi placet
Sancta nomine: romulique
Antiquam/ut ſolita es: bona
Soſpites ope gentem.

ſyluis fiũt dea ẽ: Or. mõtiũ cuſtos ne/morũq; uirgo: quę laborãtes utero puellas ter uocata audis adimiſq; lęto dua triformis. Saltuũq; recõditoꝝ. uerſus hic ẽ hypermeter abiicitq; ultimã Syllabã colliſione inſequẽtis uerſus. Tu lucina dolentibus. apud diuerſos auctores lucina mõ iuno mõ luna & diana legitur & recte qdem: nã ut ſcribit macrobius maiores noſtri lunam ac iunonẽ eandẽ putauerũt: legito macrobiũ libro primo. Lucina ut ſentit plinius a luco romę nominat̃: uel ut aſſerit uarro iuno lucina dicta eſt qꝛ e terra ut phyſici dicũt lucet: uel ab luce eius: q̃ qſq; ꝛceptus ẽ Oui. faſtis utq; tetigit gratia lucię dit tibi noia lucus uel qa pricipiũ tu dea lucis habes: iuno aeris arbitra ẽ. Triuia. luna: triuia dicit̃ ut uarrõi placet qꝛ i triuio ponit̃ fere i oppidis grecis uel qꝛ luna dicit̃ eẽ: q̃ i cęlo tribus uiis mouet̃ i altitudinẽ latitudinẽ & lõgitudinẽ. Notho. nõ naturali neq; legitio: ut filii ñ lehitimi dicũt̃ nothi priora ſyllaba breui & ſic legẽdũ ẽ: ut ſtet uerſus: luna eni ſuũ naturale lumẽ ñ hẽt: nã ut ſcribit macrobius qa ſola ipa ſub ſole ẽ & caducoꝝ iã regiõi luce ſua caręti proxia lucẽ niſi deſup poſito ſole cui reſplẽdet hẽre nõ potuit. A lumie. qđ a ſole mutuat̃. Luna. uarro tñ aliud ſentire uidetur ſcribẽs luna dicit̃ qꝛ ſola lucet noctu: itaq; & dicta noctiluca i palatio: nã ibi noctu lucet. Mẽſtrua. a mẽ ſe: quẽ curſu ſuo diebus uigitiocto fere abſoluto ꝛficit: nã ut macrobius tradit maiores noſtri menſiũ initiũ ab exortu lunę ſeruauerũt iõ iunoni calẽdas oẽs addixerũt lunã ac iunonẽ eãdẽ appellãtes. Expleas ipleas. Agricolę. ſingularis pro plurali numero. Soſpites. ſoſpitẽ facias: nã ut macrobius perite docet uitã noſtrã pcipue ſolet lũa modera ri ſtrabo aũt libro. xiiii. ſic ſcribit artemis luna dicit̃ eo qꝛ integros faciat ſol quoq; & luna cauſa ſunt tẽperiei aeris & peſtes & ſpõtaneę his mortes applicãt̃. bona ope. bono auxilio ſalubri aeris influentia.

AD CECILIVM

Oetæ tenero meo ſodali
Velim cæcilio papire dicas
Veronam ueniat noui relinquens
Comi mœnia: lariumque littus:
Nam quaſdam uolõ cogitationes
Amici accipiat ſui: meique
Quare ſi ſapiet uiam uorabit
Quamuis candida milies puella
Euntem reuocet: manuſque collo
Ambas iniciens roget morari
Quæ nunc ſi mihi uera nunciantur

Ad Cęcilium.

Oetę tenero meo ſodali. Chartã ſuã alloquẽs iubet moneat cęcilium ſodalẽ ſuũ comi morãtẽ nt como atq; lario lacu relictis ſtati ueronã ad catullũ ſe cõferat: quoniã quędã cõſilia cuiuſdã amici hẽt poeta cũ cęcilio ꝛmunicãda: ſignificatq; neq; puellę dilectę amoribus neq; alio impediméto cęciliũ morari debere: q̃uis a blandiſſima puella fuerit detentus. Cęcilio. catulli fuit tẽporibus: fuit itẽ ſtatius cecilius mediolanẽſis Ennii cõtubernalis ſe cũdi belli pũici tpribus de quo hic nullo mõ põt itelligi. Papyre. o charta mea: alii qđ mihi nõ placet itelligũt eẽ propriũ nũtii nomẽ. noui comi. comũ ciuitas gallię ciſalpię a gallis duce breao ꝛdita: ut ſentit iuſtius: de hac ſtrabo ſcribit comũ mediocris erat Colonia ceteꝝ põpeius ſtrabo põpeii magni pater colonos i cã reſtituit: q̃ icũbẽtes rheti uaſtauerãt: ide. C. ſcipio tria hoium milia iſup adiecit. poſtmodũ diuus cęſar qnq; iqliorꝝ milia ad hitãdũ ꝺduxit: e qbus qngẽti Illuſtriſſimi fuere grẽci: hos ẽt ciuitate dõatos i hitatoꝝ numero deſcripſit haud tñ ibidẽ domiciliũ habuere: ſed oppido nomẽ reliquẽtes & nouũ comũ appellãtes nouocomẽſes oppidãos uocauere: huic loco finitimus lacus larius eſt. Littus. pro rippa poſuit: nam littus maris tantum eſt: ripa uero fluuiorũ & lacuum: De lario uirgili. Inquit An ne lacus tantos te lari maxime teq; fluctibus & fremitu aſſurgens bẽnace marino. Vorabit. cito conficiet. Quę. puella cęcilii amica.

Illum deperit impotente amore :!
Nam quo tempore legit entheatam
Dindymi dominam: ex eo miſellæ
Ignes interiorem edunt medullam
Ignoſco tibi ſaphica puella
Muſa doctior: eſt enim uenuſte
Magna cæcilii incohata mater.

Impotente.impatiente. Legit.elegit cęcilius. Entheatā.diuino ſpiritu plenā:alii indotatā Legūt:ſed male. Didymi dominā.aut dindymenē aut cybelē appellatā quo noīe deoꝝ mater dindymi phrygii mōtis domia uocabaſ:unde dindymene diciť. Ignes amores:ut uirg.& cęco carpiť igni. Miſerę.ſ.puellę cęcilii amicę. Edūt medullā.nā uehemēs amor medullas iferiores calefacit atq; cōſumit uirg. ē mollis flāma medullas Ignoſco.ordo & ſenſus o puella doctior muſa ſaphica ignoſcendum eſt tibi Si cęcilii uxorem ducentis amore carperis: Et eni tāta ē cęcilii ſapientia ut eius uxor ex eo grauida iam magna mater uocetur:quo noīe deorū mater appellabatur. Doctior ſapphica muſa.poetica mulier mytilenęa phaonē mercatorem indoctū adamauit:hęc cęcilii amica prudentius facit:quę cęciliū pdoctū:ac genero ſū iuuenē depit. Inuocata magna mater.propter ſponſi ſui ſapientiam. Inuocata. appellata:alii legunt. Inchoata magna mater cęcilii.i.iam facta pgnans incepta ē mater infantis cęcilii a patre nominandi.

Ad Amicam Ipſitillam.

a Nnales uoluſi cacata charta./ipſitilla ueronēſis puella catulli amięa uouerat:Si catullus ſibi foret reſtitutus:ueneri atq; cupidini Se fore consecrematurā uoluſii iſulſi poetę ſcripta & ānales:quos uoluſius ābitioſus poeta pro gratia cōſequēda puellę donauerat:nūc aūt catullus i patriā ueronā reuerſus exultat atq; a puella ueneri & cupidini uotū ſolui debere uoluſii nugatorius chartis inſultās proclamat. Annales.qd interſit inter hiſtorias & annales ſeruius atq; gellius contraria fere tradentes exponunť. Voluſii. poeta fuit patauinus:unde alibi catullus ut uoluſi annales pataui moriētur ad urbem & laxas ſcombris ſępe dabunt tunicas. Pro mea puella.ipſitilla de qua ſuperius amabo mea dulcis ipſitilla. Reſtitutus eſſem.ſ.ueronę:unde abfūi aliquā diu in bithynnia & romę moratus. Dediſſe ipſi puellę. Iambos.meos iambicos uerſus. Vibrare.Celeriter imittere in uoluſium:alluſit autē ad deriuationem & uelocitatem iambici:nam iambus ut ſcribit diomedes dicťideſt a crebiter torquendo. Truces aſperos. Tardipedi.uulcanus tardipes dicitur:quia e cęlo a iunone p̄cipitatus:aut ut ſcribit flaccus in argonauticon.iiii.a ioue quia iunonem matrem a ſuſpendio liberauit e cęlo deiectus in lemnon cadens crus infregit: Columella quin & tardipedi ſacris iam rite ſolutis

Vſtulanda.inurenda:nam uſtulare eſt inurere uirgilius in obſcęno carmie feruenti caput uſtulare ferro. Infęlicibus lignis.infęlicium arborū lignis:priſci eni arborum alias fęlices alias infelices dixerunt nam ut macrobius tradit ueranius de pontificalibus uerbis ait:fęlices arbores putanť eſſe quercus eſculus ilex fagus corylus ſorbus ficus alba pirus malus uitis prunus cornus lotus:Tarquinus aūt priſcus in oſtentario arborario ſic ait:arbores quędq; inferū deorū auertentiūq; in tutela ſūt:easi fęlices nominātficus nigra inter infęlices recēſeť. Nūc o ceruleo creata pōto.uenus ex maris ſpuma cęli teſtibus agitata nō procul a cytheris iſulis creata diciť:ide aphrodite & aphrogenia a gręcis uocaťideſt a ſpuma:a cytheris cytherea inde i cypron inſulā propinquā quū tranſiiſſet cypris & cyprogenia denominata ē:hęc heſiodus in theogonia. Sāctū idaliū.idaliū & idalia cypri nemus ē in quo oppidū breue ē:ut ſcribit ſeruius:uirg.idalię lucos:itē idalicūq; nemus:plinius aūt idaliū cypri oppidū ponit. Vrioſq; aptos.urię urbis icolas ē aūt uria urbs appulię i appia uia nō lōge a uenuſia diſtās:ubi cultā uenerē dicit Catullus:hic uenus appias ab ouidio dicta uideť quoniā i appia uia ad uriā celebri tēplo ſolēniter colebať:ē itē uria lacus i ętolia. Aptos.patētes:i loco patēti ſitos:aut mēnibus diſiectis ñ clauſos.

AD ANNALES VOLVSII.

a Nnales uoluſii cacata charta
Votum ſoluite pro mea puella:
Nam ſanctæ ueneri: cupidinique
Vouit ſi ſibi reſtitutus eſſem:
Dediſſemque truces uibrare iambos
Electiſſima peſſimi poetæ
Scripta tardipedi deo daturam
Infelicibus uſtulanda lignis:
Et hoc peſſima ſe puella uidit
Iocoſe lepide uouere diuis
Nunc o ceruleo creata ponto
Quæ ſanctum idalium: urioſque apertos:

Quæque ancona: cnidumque arundinosam
Colis quæque amathunta quæque colchos:
Quæque dyrachium adriæ tabernam:
Acceptum face: redditumque uotum
Si non illepidum: neque inuenustum est:
At uos interea uenite in ignem
Pleni thuris & infacetiarum
Annales uolusi cacata charta.

Ancona. in agro piceno ancon ci/ uitas est a syracusanis condita diony/ sii tyrannidem fugientibus: Sita est in promontorio inclusum complectẽte pontum dum a d septentriones circũ flectit: uini aũt ac frugum uberrima hęc ex strabone: habebat item ancon ueneris templum cuius meminit sic iu uenalis. ante domum ueneris quã do/ rica sustinet ancon. Gnidonq; arũ dinosam. in carię asiaticę partis frõte insula est: quę septem stadiorum ambi tum habet theatralis & alta & aggeri bus iuncta continenti faciens gnydon quo dammodo biurbem: nã maxima eius pars insulam habitat.

Arundinosam. gnydos arundinibus abundat & piscibus. Ouidius piscosamq; gnydõ: ibi colitur ue nus; ut testis est oratius o uenus regina gnydi paphiq;. gnydon nobilitauit uenus praxitelis opus in toto terrarũ orbe celeberrimũ: quã ut uiderent multi gnydon nauigarũt ut scribit plinius. Amathũta. ama thus ciuitas est cypri: unde cyprii amathusii sunt dicti: amathus ẽt urbs est laconię ut strabo scribit: item amathus fluuius arcadię idem parnisus appellatus: ętate uero strabõis mamaus dicebatur hic poeta de cypri urbe intellexit Amathunta item in iudęa scribit Iosephus. Colchos. apud colchos cultã eẽ ueneré testis ẽ. v. flaccus i argonautis. Dyrachiũ adrię tabernã. Dyrachiũ epiri urbs olii epidãnos dicta. Rõani nomẽ mutauere qa uelut i damnũ ituris id nomẽ uisũ ẽ. auctores mella: & plinius: Sed plius neutro ge nere protulit: Mella & lucãus feminino: Lucãus ilyris ionias uergens epidãnus i undas. Tabernã. hospi tiũ. Adrię. maris adriatici: huc eni ẽ fuga nautarũ quũ totas adria uires mouit & i nubes abiere ceraunia. Pleni thuris. nã ex uilioribus chartis fiũt rerũ uẽaliũ uolucra: ut plius ait Nec scõbros metuẽtia carmia nec thus: & Martialis & thuris piperisq; sis Cucullus de libello suo iquit. Infacetiarũ. rerũ inelegantiũ & sordidarum.

AD CONTVBERNALES.

Ad Riuales suos.

Salax taberna: uosque contubernales:
A pileatis nona fratribus pila
Solis putatis esse mentulas uobis:
Solis licere quicquid est puellarum
Confutuere: & putare cæteros hircos:
An continenter quod sedetis insulsi
Centum an ducenti non putatis ausurum
Me una ducentos irrumare sessores?

Salax taberna. Scazone Trime/ tro insectat quosdã sotios in ea dẽ officina seu taberna cõtubernales: Qui detinebant puellã quę a Catullo fugerat & apud hos cõtubernales eam dem subagitãtes delitescebat: itaq; il/ lis poeta & stuprũ & uerbera in suarũ iniuriarũ ultionẽ minat. Salax. libidi nosa: nã salire ẽ coire: & fęminã inire: ouidius sitq; salax aries: alibi nec mius erucas aptũ ẽ uitare salaces: Oratius te stes Caudãq; salacẽ demeterẽt ferro. Taberna. forẽsis officina: a tabulis ex qbus cõstat dicta uulgo dicimus apothecã. Cõtubernales. sotii sub eodẽ Cõtubernio habitãtes: Cõtu berniũ dicit cõtubernaliũ hitatio: Cõtubernales dicũt a tabernis: q̃ fiebãt ex tabulis: uũ & tabernacula sũt dicta: licet ex tẽtoriis & pellibus fiãt. Nona pila. appositio ẽ. Pila. officina ad pilã nonã structa: sic expssit locũ certũ: quẽ intelligat: nã pilę in romão foro erãt quędã tãq; colũnę ad quas rerũ uenalium tabernę habebãt. Mar. Nulla catenatis pcincta ẽ pila lagenis: ad has pilas i aptissimo sitas ãbitiosi poe tę carmia sua ut uulgo legerẽt apponere solebãt: Oratius nulla taberna meos hẽat neq; pila libellos. A pileatis fratribus. i. a fratribus libertis oli seruis pileatis: hoc ẽ q̃ es pila nona i ordie post pileatoꝝ fra trũ stationẽ. Serui quũ manumittebãt a dñis pilea capitibus iponebãt: uñ libertini dicũt pileati. Persius hęc mera libertas hãc nobis pilea dõat: plautus ut sumo hoc bñficio hodie capiã pileũ. Putatis. qa soli meã puellã subagitare uultis. Hircos. riualiũ cõtẽptores hircus. n. solus ex oibus aialibus riualẽ suis fęmis nõ odit aut cauet: alia ãt fere oia aialia de uenere cũ rivalibus certãt: hic ẽ q̃ hominẽ uxori suę riuales & adulteros ñ cauẽtẽ hircũ seu caprũ uulgo appellãus. Cõtinẽter. ɔtinuato sedẽdi ordie sine ullo iteruallo iuxta sedeatis. cõtinẽter ɔtinuate sine iteruallo cicero i q̃rto rhetoricoꝝ & si ñ utemur ɔtinẽter similiter cadẽtibus: itẽ in eodẽ Repetitio ẽ quũ cõtinẽter ab uno & eodẽ uerbo in rebus similibus ac diuersis pri cipia sumunt. Insulsi. demẽtes sine ingenii sale uerbũ ẽ Catullo familiarissimiũ. Ducẽtes. uos cum contubernalibus uestris. Sessores. sedentes frequentissime. Oratius in uacuo lętus sessor plausorq; theatro. Vna. Simul. se salacissimum ostendit poeta in riualium suoꝝ indignationẽ. Atqui. certe.

Atqui putate: nanque totius uobis
Frontem tabernæ ſcipionibus ſcribam:
Puella nam modo quæ meo ſinu fugit
Amata tantum quantum amabitur nulla
Pro qua ſunt mihi magna bella pugnata
Conſedit iſtic: hanc boni beatique
Omnes amatis: & quidem, quod indignum eſt,
Omnes puſilli: & ſemitarii mœchi.

Nãq; totius uobis frõtẽ tabernę ſcipionibus ſcribã. i. oium ueſtrũ frõtem ita ſoporifera uirga pcutiã ut oẽs i ſoporẽ ſolutos facillime poſſim irruma re. Virgulti gẽus q̃dã ẽ cuius uirga ſi cuipiã tẽpora tãgant ille ſtati i profũdũ ſoporẽ reſoluit de quo uirgulto ſi liuis in. x. loquẽs de ſõno iquit oculiſq; quietẽ irrorat tãgẽs lethęa tẽpora uirga ideo apud uirgiliũ ſõnus fingit ramo lethęis aqs madido palinuro tempora pcuſſiſſe atq; i altiſſimũ ſoporẽ reſoluiſſe. Puella. icertũ ẽ an de leſbia: an de ipſitilla: an de alia loq̃tur puella. Iſtic. apud uos. Boni. Ironicos. Beati. ut uidemini uobis iudiciſſe dixit. Puſilli: contemptibiles & uiles: Iuuenalis. nec unq̃ Sanguine cauſidici maduerunt roſtra puſilli: alias puſillus paruus dicitur. Martialis puſillum pro puſillanimẽ poſuit. Semitarii. uulgares & i ſemitis ad uulgaria & uilia ſcorta uerſãtes: nã uiliores homines i ſemitis & ãgiportis ad uiles mulierculas iſpectãdas captãdaſq; uerſantur.

Ad Egnatium.

AD EGNATIVM.

t Vpręter oẽs une de capillatis. i uehitur i egnatiũ natiõe hiſpanũ qui nulla locoꝝ: rerũ: tẽporũ rõne habita ieptiſſime ridebat i aduerſis hominũ rebus i lętis aũt iſulſiſſimos cachinos effũdebat: ridẽdi eni atq; cachinãdi morbo laborabat: icertũ habeo an hic ſit lutius egnatius eques romanus quẽ cicero i. xiii. epiſtolaꝝ ſibi familiariſſimũ fuiſſe aſſeuerat uerſus diſſimiles ſunt nã primi ſũt ſcazones interdũ iterpõitur hendecaſyllabus: non nulli uero deprauati ut opinor ac corrupti dimẽſione carẽt. Pręter oẽs. ſupra oẽs. Vnc. pcipue uir. Tum ſenior nautes unũ tritonia pallas quẽ docuit. Celtiberię. hiſpanię pars ẽ taraconenſis i qua celtiberi ɔtinẽtur populi: ex celtis gallis i eam iberię partẽ delati: & inde miſto nomie nũcupati. Lucanus. Galloꝝ celtę miſcentes nomẽ iberis. Cuniculoſę. cauernoſę: & plurimis effodiẽdoꝝ metalloꝝ cauernis & cuniculis eſt pleniſſima: ibi. n. pręter cęteras regiões aurũ: & argentum effoditur copioſe. De capillatis une. ideſt pręcipue de oibus capillatis nam hiſpani longas nutriunt comas: Martialis hiſpanis ego contumax capillis. Egnati. fortaſſe denominatus ab egna quam ſtrabo inter hiſpanas urbes recenſet. Et item egnatia urbs apulię in uia quę per daunios ſamniteſq; uſq; beneuentum tendit. Opaca. denſa & obſcura. Facit bonum. probum eſſe oſtendit. Et dens ibera. hiſpani adeo ſordidis moribus uiuunt ut ex urina diu inter cloacas colecta ſibi lauacra faciant ſtrabo de his ſcribit: hiſpani nulla educatione inſtituti: ſed neceſſitatis magis & brutorum animantium affectione & deprauatis moribus uitam agunt niſi quiſpiam ad educationem bonam eos uitam degere exiſtimet: qui ex lotio diutius inter cloacas ſeruato lauacra ſibi conficiant qui q; ſibi ſuiſq; uxoribus intritis purgamentis dentes obſtergeant quemadmodum cantabros confineſq; illis factitare fama eſt. Male eſt tuo catullo. ideſt ego tuus catullus male me habeo. hic poetę in egnatiũ iracundia excandeſcit: qui quum eſſet in luctu ac mẽrore egnatius ad ipſum accedens cõſolandi gratia riſus & cachinos effudit. hic igitur merito poeta conqueritur. Carnifici. ſe cruciant. Quem. me catullum. Qua. quali? percontatio quaſi dicat quã iportuniſſima me ſalutaſti allocutione meis erũnis minime conuenienti. Meos amores. quos perditos mẽrore proſequebar. Sic meos amores. ſ. ſolatus es? ſic. tam inepte ridendo quum potius flere deberes: nam ut pręcipit Quintilianus in. xi. nec iocis lachrymas ubi opus erit ſed miſeratiõe ſiccabimus. Paululũ quodlibet allocutiõis męſtius lachrymis ſimonideis. hic locus mãcus ac maxime deprauatus nullam accipit interpẽtationẽ uerſuum. n. circiter trium oratio & ſẽſus deeſt. Lachrymis ſimõideis. i. lachrymabili ɔmiſeratiõe tali ẽles ſimõides defũctos

t Vpræter omnes une de capillatis
Cuniculoſæ celtiberiæ fili
Egnati opaca quem bonum facit barba
Et dens ibera defricatus urina
Male eſt carnifici tuo catullo
Male eſt me hercule & laborioſe
Et magis ac magis indies & horas:
Quem tu, quod minimum facillimumque eſt,
Qua ſolatus es allocutione?
Iraſcor tibi, ſic meos amores?
Paululum quod lubet allocutionis
Mœſtius lachrymis ſimonideis
Egnatiuſque candidos habet dentes

Renidet uſquequaque ſeu ad rei uentum eſt
Subſellium cum excitat orator fletum:
Renidet ille: ſeu ad pii rogum filii
Lugetur: orba quom flet unicum mater:
Renidet ille quicquid eſt: ubicunque eſt
Quodquunque agit renidet: hũc habet morbum
Neque elegantem (ut arbitror) neque urbanum:
Quare monendus es mihi bone egnati:
Si urbanus eſſes aut ſabinus aut tyburs
Aut parcus umber: aut obeſus hetruſcus
Aut lauinius acer atque dentatus:
Aut tranſpadanus ut meos quoque attingam/
Aut quilibet qui puriter lauit dentes
Tamen renidere uſquequaq; te nollem
Nam riſu inepto res ineptior nulla eſt:
Nunc celtiber celtiberia in terra
Quod quiſque mixt hoc ſol & ſibi mane
Dentem atq; rufam defricare gingiuam.
Vt quo iſte ueſter expolitior dens eſt
Hoc te amplius bibiſſe prædicet lotus:

uita deflẽs cõſcripſit. Simõides ex inſula coea oriũdus lyricus poeta iſignis ac bacchilidę lyrici patruus cõdẽdoq; carminum auctor egregius θρήνους idẽ lamentationes quas alii ἐπιτάφια dixerũt. i. funebres orõnes optie oĩum cõſcripſit. Nã teſte fabio p̃cipua eius ẽ uirtus i cõmẽdãda miſeratiõe: hic iter cęteras funebres laudatiões ſingulari carminũ cõmiſeratione pſecutus fuit Cõuiuas ſuos apud ſcopan theſſalum coenaculi ruina colliſos unde ẽt artificioſę memorię obſeruationẽ repiſſe traditũ. Simonideis. i. talibus & tam moeſtis q̃libus ſimõides defũctos dfle uit Or. de Simonidis orõne flebili: cęę retractes mũera Nemię. Rei. reus dicitur nõ ſolũ noxius & accuſatus ſed ẽt q̃cũq; cuius cã i iudicio agitũ. auctor cicero. Ridet ãt cõtra naturę legẽ Nã ut ait iuue. plorare ergo iubet cãm lugentis amici ſq̃lorẽq; rei. Ad pii rogũ filii Iuue. naturę impio te mius cũ funus adultę uirgis occurrat uel terra claudit ifãs & mior igne rogi. Subſelliũ tribũal iudicii. Subſellia ut aſconius expõit ſũt ingbus triũuiri Tribũi. plę. q̃ ſtores: & alii miores magiſtratus ius dicebãt. Vrbanus. urbis & ciuitatis moribus iſtitutus. Aut ſabinus. Nã ſabini graues & Rigidi fuerũt Ora. uel gabiis uel cũ rigidis ę̃ta ſabinis. Tyburs. Tiburtiu s. Tibur oppidũ Argeo poſitũ colono i latio dicatũ herculi. Vmber. ũbria pars thuſcię: plinius: umbroq; gens Antiqſſima italię exiſtimabitur. ut quos umbros a grę̃cis dictos putẽt: q; inundatiõe terrarũ ibribus ſupfuiſſent: Hetruſcus itẽ hetruria thuſcię pars latio finitima interdũ pro tota thuſcia ponitũ. Obeſus. p̃pinguis: alias obeſus gracilẽtũ ſignat. ut ſcribit Gellius. Acer. fortis. Trãſpadãus. regio trãſpadana a pado appellatũ tota ẽ mediterrãea ultra padũ uſq; ad ɔfinia protẽditũ uenetię: quã plinius a trãſpadana regiõe ſepat: Sed catullus uenetiã i qua ẽ uerõa i trãſpadãis itelligit: quũ dicit ut meos quoq; attigã. Renidere. ridẽdo abbládiri. Riſu iepto. difinitio cachini. Ruffã. rubrã. epithetõ gigiuę: Vt quo iſte ueſter expolitior dens ẽ. ſenſus ẽ. adeo q̃ſq; matutia ſui urina lauat gingiuã & dentẽ ut quãto terſior & expolitior ẽ dens ueſter: tãto plus urinę uos bibiſſe ſignificet. Quo. quãto. Hoc. tãto. Lotus. dens ueſter. Prędicet. publice ſignificet: legitũ &. Amplius lotii. i plus urinę: lotiũ. n. urina ẽ.

AD RAVDVM:

q Væ nam te mala mens miſelle raude
Agit præcipitem in meos iambos?
Qui deus tibi non bene aduocatus
Vecordem parat excitare rixam?
An ne ut peruenias in ora uulgi?
Quid uis qualibet eſſe notus optas?
Eris quandoquidem meos amores
Cum longa uoluiſti amare pœna:

In raudum riualem.

q Vę nã te mala mẽs miſelle raude. excãdeſcit i raudũ riualẽ ſuũ: q poetę amicã aut amabat aut abduxerat: miratũ itaq; illi catullus rabioſã iambicoq; uerſuũ ultionẽ: quoniã Raudus nulla alia rõne i uulgi ora deuenire potuiſſe uidetũ. Mala mẽs. malũ cõſiliũ. Raude. alii legũt rauide: ſed ñ ſtat uerſus, niſi forte p ſyncopẽ proferatũ Raudus uel raudũ dicebatũ ęs ab antiqs ut uarro & feſtus ſcribũt. In meos iãbos. i meã iracũdiã & rabioſũ odiũ ab effectu cãm itelligi uoluit. Nõ bñ. male. Excitare. mecũ cõtrahere. An ut ꝓuenias in ora uulgi. qñquidẽ laudibus i hominũ notitiã atq; cognitionẽ deuenire nõ põt: meis famoſis uerſibus cupis cũ tuo dedecore dignoſci. Meos amores. meã puellã. Cũ pęna. cũ infamia. Lõga. lõgo tẽpore i carminibus meis duratura. Qualibet. per quãlibet rationẽ & uiam uel per famam uel per infamiam.

a Cme an illa puella defututa . catullus acmes meretriculę blanditiis ac deliciis pellectus illi (ut amantes solent)promiserat p codicillos decem milia nummum puella uero credens sibi rem factam allatis codicillis iure promissionis a Catullo decem milia popoſcit poeta Itaq; in Iracondiam exit exclamans Illa ne agme totiens fututa poſcit a me tota illa decem milia reddat mihi meos codicillos. Acme nomen meretriculę puto legendum esse per .c. nam ἡ ἀκμὴ Vigor dicitur & flos ętatis quod nomen conuenit puellę: Acmen iulię Augusti filię ancillam cęsaris iussu iteremptā scribit iosephus. An illa puella. interrogatiue & cum percō/ tatione legitur. Legitur & ancilla pro an illa quod non placet. Defututa cum uehemente iracundia dixit quasi sit ratio cur tam impudicę mulieri nullum seruetur promissum: aut nihil illi omnino credatur. Tota. integra.

Decem milia. s. nummorum. Ista turpiculo. hę omnes uituperatiōes cū ingenti felle dicuntur tāq; rationes & argumenta contra fidem meretriculę ut omnino nihil illi sit credendum: nā tam deformi mulieri quicq; tam grande serio promitti non est uerisimile.

Decoctoris. decoctor is dicitur qui grandi ęre alieno oppressus credito/ res fallēs aufugit: formiani: utrum mamuram formianum an alium intelli/ gat Vide. Propinqui quibus ē puel. cu. hęc dicit ut eius petitioni fidem deroget quasi non ratione sed insania moueatur ad poscendum. Qualis sit. an insana: an ęgrota: an phręneti/ ca: an cerita. Imaginosum. laruaꝝ imaginationes. Solet. s. uidere. Medicos. ut mediam pertundant ue/ nam furētis. Iocum me putat. idest ridiculum me habet: aut quia me decipit: aut quia p pugillaria petit ea quę minime debeat. Pugillaria. meas tabellas in quibus amatoria promissa continentur. Myrmicę. tarde gradu formicino nam . ἡ μύρμηξ formica dicit. Ac modeste. gradu matronali: & bene incedere dixit quod ē proprie grauium personarum: Alii legunt moleste sed non conuenit cū prę cedentibus uerbis. Ore. rictu. Nō facis. non ęstimas uno asse: aut lupanaris quęstum minorem uno asse facis tā ullem tui corporis prostitutiōem auara facis. Olidum. epitheton lupanaris: Oratius. Contra alius nullam nisi oléti i fornice stanté. Et iuuenalis. Fumoq; lucernę fęda lupanaris tulit ad puluinar odoré. Ruborē. uerecūdiā pudorē: q oris subito rubore demonstrat. Ferreo. duro. Canis. rabidi

Ratio. oratio: aut consiliū.

DE ACME PVELLA.

Acme an illa puella defututa:
Tota milia me decem popoſcit?
Iſta turpiculo puella naſo
Decoctoris amica formiani:
Propinqui quibus eſt puella curæ:
Amicos medicoſque conuocate.
Non eſt ſana puella: nec rogate
Qualis ſit: ſolet hæc imaginoſum.
Adeſte ændecaſyllabi quot eſtis
Omnes undique quo quot eſtis omnes.
Iocum me putat eſſe mœcha turpis:
Et negat mihi ueſtra reddituram
Pugillaria ſi pati poteſtis:
Perſequamur eam & reflagitemus:
Quæ ſit quæritis illa quam uidetis
Turpe incedere myrmice ac moleſte
Ridentem catuli ore gallicani
Circumſiſtite eam: & reflagitate
Mœcha putida redde codicillos
Redde putida mœcha codicillos.
Non aſſis facis olidum lupanar:
Aut ſi perditius poteſt quid eſſe
Sed non eſt tamen hoc ſatis putandum:
Quod ſi non aliud poteſt ruborem
Ferreo canis exprimamus ore:
Conclamate iterum altiore uoce:
Mœcha putida redde codicillos:
Redde putida mœcha codicillos:
Sed nil proficimus nihil mouetur:
Mutanda eſt ratio moduſque nobis
Si quid proficere amplius poteſtis:
Pudica & proba redde codicillos.

DE AMICA FORMIANI:

In Acmen Puellam:

Alue nec minimo puella naso
Nec bello pede: nec nigris ocellis
Nec longis digitis: nec ore sicco
Nec sane nimis elegante lingua:
Decoctoris amica formiani
Ten prouincia narrat esse bellam?
Tecum lesbia nostra comparatur?
O sæclum insi piens & infacetum.

Alue nec minimo puella naso. insectat & exagitat eandē acmen omnē fere puellarē deformitatē obii/ciens illi: quę & bella eē dicebat. & cū lesbia inepte atq; iniuste compabat.

Nec mi. maxio: nasi magnitudo cū i uiris sit deformis i muliere deformior hēt. Nec bel. pe. aut tortuoso: et claudo aut nimis lōgo. pedis. n. longitudo i puella laxioris naturę suspicionē facit: uñ. Oui. i. iii. amor de puellari uēustate loquēs ait Pes erat exiguus: pedis ē aptissima forma. Nec ni. oc. oculor & supcilior nigricies i muliebri uēustate quērit: nā q̄ mulieres natura nigra nō hēbant supcilia denigrabāt arte: quod tetigit Iuuenalis scribēs ille superciliū madida fuligine tinctū obliqua producit acu pingitq; tremētes attollēs oculos. Nec longis di. nec ore si. quę oia insignē deformitatē faciūt: Iuuenalis sicco uenit altera naso & Iam grauis es nobis & sępe emungeris. Lingua. oratione quę plurimum potest ad amorem & gratiam comparandam.

AD FVNDVM.

Versus Scazon de Agro suo.

O Funde noster: seu sabine seu tyburs?
Nam te esse tyburtē autumāt qbus nō est
Cordi catullum lædere: at quibus cordi est:
Quouis sabinum pignore esse contendunt:
Sed seu sabine siue uerius tyburs:
Fui libenter in tua suburbana
Villa alia qui tam pectore expulsus sum
Non immerenti q̄ mihi meretur mens:
Dum sumptuosas appeto dedit cœnas:
Nam sextianus dum uolo esse conuiua
Orationem munacii petitorum
Plenam ueneni & pestulenti legi:
Hic me grauedo frigida & frequens tussis
Quassauit usquedum in tuum sinum fugi
Et me recuraui ocioque & urtica.
Quare refectus maximas tibi grates
Ago: meo quod non es ulta peccatum:
Nec deprecor iam si nefaria scripta
Sentire cepso: quin grauedinem & tussim
Non mihi sed illi sextio ferat frigus:
Qui tunc uocat me cum malum librum legit.

Agro suo tyburtino seu sabino gratulatur agit q̄ maximas grās: q̄ ab eo sit cōmodissime hospitatus ac libētissime i eius uilla p aliquot dies moratus: quū a Sextii cōuuio incōmodissimo euasisset. Sabini latii populi tyburtinis cōfines unde dissensio erat utrū Catulli prędiū iter Sabinos an magis i tyburtinis recēseret. Plini. Sabini ut qdā existimauere a religione & deor cultu seuini appellati sunt: Aulus Gellius ex. M. Var. snia refert Sabellos & saunites a grēcis appellari eos q alatinis Samnites dr̄ qui a sabinis orti fuerunt. Autumāt. opinātur: cēsent existimant. Nō est cordi. nō placet. Lędere Catullū. qui fundū suū Tyburtē appellari uult. Alia q tam pectore expulsus sim. sensus ē. qui ego Catul. ex alia uilla sextiana sum ob eius incōmoda expulsus tā merito pectore q̄ mihi mea mens & aius malo consilio illac ductus meret. Alia. ex alia uilla sextii. Pectore nō imerēti. mei pectoris meriti tussim & exagitationem grauedinosā aer. n. ibi grauedinosus est. Dedit uilla sextii. Sextianus. i. Sextii pro quo egregio ciue romano Tullius orauit extatq; adhuc Ciceronis pro Sextio Oratio. Munatii. Munatius plancus orator non incelebris fuit Ciceronis temporibus. ac ut quibusdam placet Ciceronis discipulus. Petitor. ordo est oratione petitor Munacii. i. petitione ipsius munacii. Veneni. rabiei uenenosę criminatiōis. Pestilētię. pestiferor scelerr ac cōuicior: scelerata. n. cōuicia uenenū appellat: ut supius suphenū oia colligā uenena. Otio. qeta trāqlla & otiosa. Vrtica. aut pro quacū q; uilli herba aut qa urtica medet tussi ut scri. Pli. de urticę medicinis. legas Pli. li. xxii. ē Item urtica marinus piscis q a grēcis dicit. ἡ ἀκαλήφη Deprecor. recuso. Virgilius. Eqdē merui nec deprecor inquit de huius uerbi significatis plura differit Gellius. Cepso. icepero siue icipiā futur ātiquū imitatiōe grēca Sentire. audire uix auribus admittere. Grauedinē. catharrū. Non mihi sed sextio. urbane dictū.

De Septimii Amoribus.

a Cmen ſeptimius ſuos amores. ſeptimii & puellę acmes amãtium amores ſęliciſſimos auſpicatiſſimoſq; deſcribit: quorum arctiſſima uincula amatoria deliciaſq; uenereas ab amoris deo confirmatas oſtendit. Perdite. miſere ac uehementiſſime: In libya. ibi. n. & i india pręcipui & magnitudine & feritate naſcuntur leones.

Ceſio. ceſiorum oculorum: Ceſius. n. dicit oculorum color ceruleus ſeu glaucus quales oculos habere dicitur pallas: Vnde ceſia dicta eſt grece auté γλαυκόπις appellatur quia habeat oculos noctuę ſimiles ideſt glaucos:

Siniſtra. a ſiniſtra parte dicẽtis: quę dei amoris dextera eſt: Nam quę nobis ſiniſtra ſũt deo & cęlitibus dextra dicuntur unde Virgilius itonuit leuũ. Nam auguria & ſigna quę a ſuperis ueniunt ſi a ſiniſtra ueniunt proſpera habentur. Sternuit. Innuit unde frequentatiuum ſternuto. Huic domino. amori cuius ſtatuam habemus a ſiniſtris. Ignis. igneus amor. Syrias britanniaſq; . plurales pro ſingularibus numeris: & pro quibuſcunq; pro uinciis. Vnam. precipuã & ſolam. Auſpicatiorem. fęliciorem ab auſpiciis feliciter captis omnium rerum initia ſumebant antiqui. Legito liuium libro primo ab urbe cõdita: & Ciceronem ſecundo de diuinatione.

DE SEPTIMIO.

a Cmen ſeptimius ſuos amores
Tenens in gremio: mea inquit acme
Ni te perdite amo: atq; amare porro
Omnes ſum aſſidue paratus annos:
Quantum qui pote plurimum perire
Solus in libya indiaq; toſta
Cæſio ueniam obuius leoni.
Hoc ut dixit amor ſiniſtra ut ante
Dextra ſternuit approbatione:
At acme leuiter caput reflectens:
Et dulcis pueri ebrios ocellos
Illo purpureo ore ſuauiata
Sic inquit: mea uita ſeptimille
Huic uni domino uſq; ſeruiamus:
Vt multo mihi maior acriorq;
Ignis mollibus ardet in medullis:
Hoc ut dixit amor ſiniſtra ut ante
Dextra ſternuit approbatione:
Nunc ab auſpicio bono profecti
Mutuis animis amant amantur:
Vnam ſeptimius miſellus acmen
Mauult q̃ ſyrias britanniaſq;.
Vno in ſeptimio fidelis acme
Facit delicias libidineſq;.
Quis uſſos homines beatiores
Vidit? quis uenerem auſpicatiorem?

Ad ſeIpſum:

i Am uer egelidos refert tepores: ſe ipſum hortatur ut tepido uere incipiente e phrygia tranſeat in maiorem aſiam ſimul comitibus ſuis ſecum in bythyniam phrygiamq; profectis uale ultimum renunciat. Ver. uernum tempus nam in phrygia hyemauerat poeta. Refert. reducit. Tepores. tepidiores dies. Egelidos. parum gelidos e prępoſitio iminuit. huius uerbi gelidi ſignificatum: iterdum uero egelidus nimiũ gelidũ ſignificat Vir. in. viii: ut procul egelido ſecretũ flumine uidit. Furor inſanus & ſurens uentoꝝ impetus Eurus eni ſiue ſubſolanus uſq; in uernũ tẽpus furit: ingreſſo autẽ uere ſileſcit ſpirante eius cõtrario Zephyro. Cęli equi. ab ęquoctiali ortu flat eurus: qui latine nauticus & ſubſolanus dicit̃ grece apheliotes ut ſentit gellius. Plinius. aũt ab ęquoctiali ortu flare aphelioten q̃ & ſubſolanus dicitur ſcribit: Eurum autem & alium uentum eſſe & alia ex cęli regione uenire aſſerit.

AD SE IPSVM.

i Am uer egelidos refert tepores:
Iam cœli furor æquinoctialis
Iucundis zephyri ſileſcit auris:

Linquantur phrygii catulle campi:
Niceæque ager ruber æstuosæ:
Ad claras asiæ uolemus urbes.
Iam mens prætrepidans auet uagari:
Iam læti studio pedes uigescunt.
O dulces comitum ualete cœtus:
Longe quos simul a domo profectos
Diuersæ et uariæ uiæ reportant.

Phrygii cãpi. phrygię cõtermina ẽ bithynnia cuius metropolis fuit Niçea iuxta lacũ ascaniũ: ibi cãpus ingẽs & ualde sęlix circũstat: sed ęstate non admodũ salubris: ideo Cat. ait Niceę qꝫ ager ruber ęstuosę. Niceã primus cõdidit Antigonus philippi filius: & Antigoniã noiauit: Postea lysimacus quã ab uxoris filię Antipatri noie Niceã appellauit: urbis ambitus ẽ stadiorũ sexdecim: Niceа prius oluia & prusias dicta fuit ut scribit plinius: ltẽ altera fuit sub hippio monte. Læti. festini: ut uella dabant læti. Trepidãs. festinans. Diuersę. ex diuersis locis porrectę. Varię. dissimiles. Reportant. in patrias suas aut a patria in phrygiam.

AD PORTIVM ET SOCR.

In Portium & Socrationẽ:

Orti: & socration: duæ sinistræ
Pisonis scabies famesque mẽmii
Vos ueraniolo meo & fabullo
Verpus præposuit priapus ille.
Vos conuiuia lauta sumptuose
De die facitis: mei sodales
Quærunt in triuio uocationes.

p Orti & socration duę sinistrę. in portiũ & socrationẽ Impudicos adolescẽtes scribit notãs eos magna infamia: q stupri meritis a pisone ꝓtore ꝓpositi sint aliis duobus adolescentulis. s. ueránio & fabullo. Aptissime poeta idicat portiũ & socrationẽ fuisse Pisonis hispanię ꝓtoris quos ꝓtor ueránio & fabullo contemptis prępo suit: hoc itaq; moleste ferẽs catullus ihos Cinędos exclamat o porti & Socration. Sinistrę. noxię infelices pessime. Scabies. pestes scabiosę ac pestiferę libidines. Aut scabies. foeditates & hoc totum oio amarulẽte dictũ ẽ. Fames. famelici cõcubini aut. Fames. auaritia. Mẽmii. Mẽmiũ prętorẽ ait de quo supra o Mẽmi bene me ac diu supinũ. Priapus ille. Pisonis mentula. i. Piso ꝓtor mentulatus pars pro toto. Verpus. circũcisus recutitus: nã Romani siue quicũq; alii gẽtiles in iudeorum sectã transeuntes genitalia primũ circuncidere cogebantur: ut scribit Tacitus nõ igitur mirum si a Catullo romanus Piso per satyricam derisionem perinde ac iudeus circuncisus notetur. Verpus. proprie dicitur iudeus circuncisus. Martialis. Dilapsa est misero fibula uerpus erat. Pręposuit. pręstantiores elegit: & illis anteposuit contemptis meis sodalibus. Vos de die facitis. ex magna apud pisonẽ auctoritate uestra. Sumptuose. prodige. Mei sodales. ueránius & fabullus: qui hoc idem olim potuerũt apud pisonem quod nunc uos potestis. Lauta. ad delicias: sumptuosa ad Copiam & magnificentiam refert: hęc duo faciunt omne conuiuium esse probandum. Quęruut. quia mendicare quasi coguntꝫ. Vocationes. inuitationes: ut ab aliquo ad conuiuium inuocentur. Inde qui iuitabant uocatores dicebantꝫ. Martialis iam dices mihi uapulet uocator. Quęrunt. quia egent conuiuio: quum uos tam sumptuose conuiuia faciatis.

AD IVVENCIVM.

Ad Iuuencium adolescentem.

Ellitos oculos tuos iuuenci
Si quis me sinat usque basiare:
Vsque ad milia basiem trecenta

m Ellitos oculos tuos iuuenci. facete atque amatorie scribit se nulla osculorum iuuẽci uenustissimi pueri Copia saturari posse: hic est ille iuuẽcius de quo supra. o Qui flosculus es iuuenciorum: & alibi Circa operis finem. Surripui tibi dum ludis mellite iuuẽci suauiolũ dulci dulcius ambrosia. Vsq; ad milia basiem trecenta. ardentem pii animi affectum intimumq; amorem penitus expressit: Nam ut Plinius libro .xi. Inquit: oculos quum osculamur animum ipsum uidemur attingere.

Mellitos.dulci amore plenos. Vſq; ſepe. Seges.denſitas. Virgilius: Telog; ſeges.& iaculis icreuit acutis.

Ad Ciceronem.

d Iſertiſſime Romuli nepotum.Ciceroni patrono ſuo maximas agit gratias:ac modeſtiſſime Carnunũ ſuorum merita deprimit.

Ad Licinium Caluum.

h Eſterno licini die otioſi.Ad licinium caluum poetam ſcribit ſe neq; Cibum neq; ſomnum capere potuiſſe:poſtea q̃; eius preſentia iucũdiſſima priuatus fuerit. Mutua.ſcilicet carmina. Per iocum atq; uinũ. per iocoſum conuiuium:ſic ſupra:nõ belle uteris in loco atq; uino. Poema.carmen. Hunc.dolorem meũ: Audax.temerarius improbus. Caueas.eutes. Oramus caue deſpuas ocello.caue breui ſcda protulit a tertia coniugatiõe.Sic Or.Vade uale cave ne titubes mãdataq; frãgas:Prop. Tu caue noſtra tuo contemnas carmina faſtu.Deſpuas.contemnas:perſius Deſpue quod nõ es Tollat ſua munera cerdo:Nemeſis dea ẽ ut ſcribit Macrobius que colitur cõtra ſuperbiam ſuperboſq; perſequitur:Nemeſeos ſimulacrum ab agoracrito ſtatuario factum coluit Rhamnus atticę pagus: huius Item deę ſtatua Romę in capitolio erat q̃us latinum nomen non ſit: ut ſcribit Plinius libro.xxviii.

De Leſbia

i Lle mi par eſſe deo uidetur. uenuſtatem atq; ſuauiſſimum Leſbię amorem laudat ſignificans ſe potium quod eſt omnium fere amoꝝ & malorũ cauſa:uenuſto leſbię amore captum eſſe. Dulce. dulcem riſum: quod qui dulcis riſus. Ois eripit ſenſus mihi.me facit attonitum & exanimatum. Nihil eſt ſuper mi. ideſt poſtea q̃ te aſpexi adeo ſio attonitus & pene amẽs:ut nullum mihi ſuper ſit uerbum quod ego amẽs loqui poſſim :*hic deeſt in omnibus fere codicibus uerſus adonius: Sed ex ſuperioribus atque ſequentibus uer/

Nec unquam ſaturum inde cor futurum ẽſt:
Non ſi denſior aridis ariſtis
Sit noſtræ ſeges oſculationis.

AD M· TVLLIVM CICERONEM.

d Iſertiſſime romuli nepotum:
Quot ſunt:quotque fuere marce tulli:
Quotque poſt aliis erunt in annis:
Gratias tibi maximas catullus
Agit peſſimus omnium poeta:
Tanto peſſimus omnium pœta:
Quanto tu optimus omnium patronus:

SD LICINIVM CALCVM.

h Eſterno licini die ocioſi
Multum luſimus in meis tabellis:
Vt conuenerat eſſe delicatos
Scribens uerſiculos uterque noſtrum:
Ludebat numero modo hoc modo illoc:
Reddens mutua per iocum atque uinum:
Atque illinc abii tuo lepore
Incenſus licini:facetiiſque:
Vt nec me miſerum cibus iuuaret:
Nec ſomnus tegeret quiete ocellos:
Sed toto indomitus furore lecto
Verſaret cupiens uidere lucem:
Vt tecum loquerer ſimulque & eſſem:
At defeſſa labore membra poſtquam
Semimortua lectulo iacebant:
Hoc iocunde tibi poema feci
Ex quo perſpiceres meum dolorem:
Hunc audax caueas:preceſque noſtras
Oramus caue deſpuas ocello:
Ne pœnas menſis repoſcat a te:
Eſt uæhemens dea lædere hanc caueto.

AD LESBIAM.

i Lle mi par eſſe deo uidetur
Ille ſi fas eſt ſuperare diuos:
Qui ſedẽs aduerſus idẽtidem te
Spectat:& audit
Dulce ridentem:miſero quod omnis
Eripit ſenſus mihi:nam ſimul te
Leſbia aſpexi nihil eſt ſuper mi

Quod loquar amens:
Lingua sed torpet: tenuis sub artus
Flamma demanat: sonitu suopte
Tintinnant aures: gemina teguntur
Lumina nocte.
Ocium catulle tibi molestum est:
Ocio exultas: nimiumque gestis:
Ocium reges: prius & beatas
Perdidit urbes.

bis sic suppleri potest: Quod loquar amens lingua sed torpet. Flamma. amor Virg. est mollis flamma medullas. Demanat. subintrat decurrit.

Tintinant. Tinnitum faciunt quod proprium est attonitorum: & exanimatorum: Est autem tintino uerbū factícium. Gemina. duplici: Martialis Namq; grauem gemino Cornu sic extulit ursum. Nocte. obtenebratione: propter mentem meam tuo aspectu stupentem. Reges. ut sardanapalum troianos. Beatas urbes. Troiam: athenas: Tarētū & multas alias.

INNONIVM Strumam:

Vid est catulle? quid moraris emori?
Sella in curuli struma nonius sedet:
Per consulatum peierat uatinius:
Quid est catulle? quid moraris emori?

In Nonium & Vatinium.

q Vid ē Catulle qd moraris emori. Trimetro iambico ad mortis usq; destinationē indignatur ac disrūpitur: Nonio pessimo homini Curruli magistratum: ac uatinio spurcissimo consulatū contigisse: huius Nonii strumę de opalo gēma scribēs plinius sic meminit ab Antonio proscriptus Nonius senator est filius strumę Nonii quem Catullus poeta in sella Curruli uisum indigne tulit: legito amplius plinium: De uatinii cōsulatu q p paucos dies durauit loquit' Macrobius i tractatu de risibus: in hunc uatinium Ciceroīs extat oratio in qua Cicero quęsturam puteolanam deinde hispanensem legationem ac Tribunatum plebis sordide ac iniquissime gessisse uatinium ostendit: Nonius autē legat' non nouius quod uersus indicat De sella uero curruli Romam translata diuersa senserunt Liuius Macrobius Plinius apud latinos greci uero strabo & dionysius halycarnaseus.

Namq; fluentisono. Digressio poetica: Ecbasis apparationis seu ornatus causa: talis habetur in tapetibus fabula depicta quemadmodū theseus in cretam profectus cum septem uirginibus & sex maribus pro tributo ānuo Minoi persoluendo parta de Minotauro uictoria Ariadnā Minois filiam suo amore captā abstulit eāq; in insula dia q̄ Naxos dicit reliqt: bacchus ab indis reuertēs ac puellā i littore insulę cōquerentē inuenies illā amplexu cōsolatus sibi uxorē cōiugauit. Dię. Naxi insulę: quę prius dia dicebat: ut Plinius strabo Diodorus scribunt Plinius lib. iiii. naxus a delo. xviiii. mil. passuū cū oppido quā strongylē: deinde diana mox dionysiada a uineaꝝ fertilitate: alii sicilią minorē aut calliopolin appelarūt patet circuitu septuagita mil. passuū dimidioq; maior est q̄; paros: scribit aūt Diodorus quū theseus i cretā nauigasset ariadne minois filia eius specie ac decore capta consiliū opāq; dedit minotauri occidēdi et labyrithi egressum edocuit: deide quū Ariadne noctu clam recedens in insulam appulit aliquādo dian: nūc uero naxon uocitatā: eo tēpore Dionysiū ferunt pulchritudine Ariadnes captū: quū a theseo uirginē abstuliſſet eam uxorē duxisse plura legito apud Diodorū libro. iiii. Tuetur. intuit' aspicit. Furores. furibundos amores. Nec dū etiam sesq; sui tum credidit esse. sensus est: quia uix a somno excitata est: quū iam theseus abiret nō adhuc credebat se ipsam esse suā hoc est ignorabat se ipsam quę nā esset adeo attonita erat. Irrita uentosę linquens promissa procellę. sic uerba nullum effectū habētia dicūtur a uentis discipari Naso irrita uētosę rapiebant cuncta procellę: & alibi & iubet ęolios irrita ferre notos: Tibullus irrita p uētos & freta sūma uehant. Minois. Ariadna filia minois: qui filius fuit asterii regis cretēsis & europes a ioue olim raptę auctor eusebius. Saxea ut effigies. ordo est: minois ut saxea effigies ęuę bacchātis prospice procul ex alga mestis ocellis. Aeuę. bacchę thyadis ab uoce bacchantium aut ab euāte Bacchi cognomine εὐοῖ εὐ Subtilem mitrā. aut pro muliebris capitis ornamento posuit: aut certe mitram dicit qua regū filię utūtur Virgilius non mitram sed coronā appellauit libro primo: & duplicem gēmis auroq; coronam. an mitram pro tiara posuit: est aūt mitra ut scribit Seruius barbaraꝝ gentiū incuruus pileus de quo pendet bucchaꝝ tegimen hoc phrygii maxime utuntur. quod hiarbas in ęneam exprobrauit Meonia mentū mitra crinēq; madentem subnixus. Strophio. strophion ut catullus plane indicat fascia est pectoralis ad puellares māmas deuinciendas: Marcellus sic strophion fascia breuis quę uirginearum papillarū errorē coercet: Hęc a Martiale fascia pectoralis lemmate appellat' cuius distichon est: fascia crescentes dñę cōpesce papillas ut sit qđ capiat nostra tegatq; manus στρόφιον aūt greci ut ait suidas accipiūt pro uolubili quodā & torque: est itē strophiō ut festus scribit insigne quoddā latine stropus qđ pro insigni ponebat' incapitibus sacerdotū: alii id coronā esse dicūt de quo plinius libro. xxi. de coronis tractās hęc scribit Tenuuioribus coronis utebant' antiq strophia appellātes: unde nata strophiola. Quin & uocabulū ipm tarde inde est cōmunicatū inter sacra tantū & bellicos honores coronis nomē suū uendicātibus. Alludebāt. cōmouebant' agitabant' Terētius in adelphis sinito hunc congrū in aqua ludere pauliſp. Vicem. fortē: oratius uicesq; superbę te maneant ipsum. Ericina. uenus ab erice Siculo monte in quo ęneas matri templum posuit: ut ait Virgilius. Ericino in uertice sedes fundabat ueneri idalię: erat item ueneris ericinę templum Romę apud portam collinam ut strabo in sexto testatur cuius etiam: Naso in fastis meminit sic Templa frequentari collinę proxima portę: Nunc decet a Siculo nomina colle tenet: Erat prę terea ueneris ericine ędes in Capitolio ab atilio fabio: ut scribit Liuius Libro Vigesimo tertio.

Nanque fluentisono prospectans littore diæ
Thesea cedentem celeri cum classe tuetur:
Indomitos in corde gerens ariadna furores
Nec dum etiam sesque sui tum credidit esse
Vtpote fallaci quæ tum primum excita somno
Desertam in sola miseram se cernit harena
Immemor at iuuenis fugiens pellit uada remis
Irrita uentosæ linquens promissa procellæ:
Quem procul ex alga mœstis minois ocellis
Saxea ut effigies bacchantis prospicit euæ:
Prospicit & magnis curarū fluctuat undis:
Non flauo retinēs subtilem uertice mitram:
Non cōtecta leui uelatum pectus amictu:
Non tereti strophio lactētis uincta papillas:
Omnia quæ toto delapsa e corpore passim
Ipsius ante pedes fluctus salis alludebant:
Sed neq; tū mitræ neq; tum fluitantis amictus
Illa uicē curans toto ex te pectore theseu
Toto animo tota pendebat perdita mente:

Externauit. exterruit exanimauit a mente alienauit: Marcellus aũt exponens hunc locum ait externauit pro cõsternauit dementẽ fecit. Spinosas. noxias molestas. Serẽs. inserens pro seminans. Illa tẽpestate ferox. ordine poetico eleganter utitur. cuius lex est historias tractandas nõ a primo exordio sed rerũ medio incipere & postmodũ tandẽ ad primum rei principiũ reuerti: hanc enim thesei & ariadnes historiã, superius exorsus erat a miserrima Ariadnes destitutione: Nũc ad rei principiũ ideſt ad thesei historiã reuertitur. Pireĩ. pirẽus & munichia duo celeberimi athenarũ portus naualibus aptissimi fuere. Et pirẽus trissyllabum est secunda p̃ ae dipthongũ grẽce scribitur. πειραιὸς καὶ πειρᾶεὺς εως: Propertius: inde ubi pireĩ capient me littora portus. Cortinia. cretensia a cortina urbe cretẽ. Templa. pars pro toto nam principũ regũ q̃ idem erant ét sacerdotes domus templũ aliquod habebant: alibi tamẽ nõ tẽpla sed tecta legitur quẽ rectior mihi uidetur lectio. Electos iuuenes. septem mares: & totidẽ puellẽ inuptẽ tributo Minoi singulis annis soluebantur ab athenienſibus Notissima est historia: Virgilius in foribus lẽtum androgeo tum pendere penas cecropidẽ iussi, miserum septena quotannis copora natorum stat ductis sortibus urna: duos fuisse Minoas legito apud diodorum libro quarto: Nã primus parata classe maris imperio potitus est Plinius in septimo: Classe princeps depugnauit Minos. Quis. pro q̃bus. Augusta. sancta palladi sacrata. Ipse theseus. isocrates & plutarchus atq; eos secutus cicero theseũ Neptuni filiũ fuisse testantur q̃bus & Hyginius astipulat. Diodorus aũt modo tradit Theseum ex ẽthra pictei filia & neptuno natum esse: modo plane subdit thesei patrem fuisse ẽgeum theseaq; nutritum in Troezene penes pictheum maternũ auũ Legito Amplius Diodorum. Alii uero quos Ouidius & Catullus prẽsertim sequũtur Theseũ ẽgei ẽgeũ uero Neptunii filium fuisse scribunt: unde illud Iuuenalis: Perq; tuum pater ẽgei neptune Tridentem. Pro charis Athenis. quas ipse ex duodecim uicis primus muro cinxit cecrops enim primum multitudinem in ciuitates. xii. habitandas digessit: Theseus uero postea illas duodeci in hãc unã cõgregasse ciuitatem denuo memorat plura q̃ uolet legat apud strabonẽ libro nono. Cecropiẽ. athenaq; a cecrope q̃ ex noie suo unã de duodecim tribũ seu ciuitatẽ nuncupauit. Supbas. nobiles aut crudeles ob impium tributũ. Cupido lumine. Tibullus si nescis oculi sunt in amores. Virgo regia. Ariadne. Costus. inter odoq; genera costus habet p̃cipua cuius sic meminit plinius libro. xii. cap. xii. Radix & foliũ indis ẽ maximo p̃cio radix costi gustu feruens odore eximio frutice alias inutili. Quales. apta compatio pro puellari uenustate mõstrãda: mirtus arbor littoralis calidis locis gaudẽs: Ideo ueneri sacrata. de huius generibus plura supius dixi. Tu eurotẽ. Eurotas fluuius laconicẽ regionis. In corde miti. i corde puellari q̃d mite hũanũq; solet esse. Aura uer. zephyrus uerno tẽpe spirãs. Flãmã. flãmeũ & igneũ amorẽ: usitatissima pro amore trãslatio. Sãctẽ. diuinẽ hũana stultitia cõsacratẽ. Quiq; re. col. uẽus cũ filio cupidie apd colchos supsticiosissime colit ut flaccus i argonauticis plenẽq; tãgit & poeta noster supra testat de uenere scribẽs: Queq; ancona cnidũq; arũdinasam colis queq; amathũta queq; colchos idaliũ cypri Nemus de quo supius satis dictũ est.

Ah miseram assiduis quam luctibus externauit
Spinosas ericina serens in pectore curas:
Illa tempestate ferox: & tempore theseus
Egressus curuis e littoribus pyræi
Attigit iniusti regis cortinia tecta:
Nam perhibent olim crudeli peste coactam
Androgeaneæ pœnas exoluere cædis:
Electos iuuenes simul & decus innuptarum:
Cecropiam solitam esse dapem dare minotauro:
Quis augusta malis quum mœnia uexarentur:
Ipse suum theseus pro charis corpus athenis
Proiicere optauit: potius q̃ talia cretam
Funera cecropiæ: nec funera portarentur:
Atq; ita naue leui nitens ac lenibus auris
Magnanimũ ad minoa uenit: sedesq; superbas:
Hunc simulac cupido cõspexit lumine uirgo
Regia quam suauis expirans costus odores
Lectulus in molli complexu matris alebat:
Quales eurotæ pergignunt flumina myrtos:
Auraue distinctos educit uerna colores.
Non prius ex illo flagrantia declinauit
Lumina: q̃ cuncto concæpit corpore flammam
Funditus atque imis exarsit tota medullis.
Heu miseræ exagitans inmiti corde furores
Sancte puer curis hominum qui gaudia misces:
Quiq; regis colchos: quiq; idalium frondosum:
Qualibus incensam iactasti mente puellam

Flauo hoſpite.flauus i amãtibus color gratiſſimus hẽc ut pote uiuidior atq; calidior:& iõ ueneri gratior Ora.pmiſit exptus fidelẽ iuppiter i ganymede flauo. Timores.amor ſẽp i Timore uerſat ut apd Oui.Penolope:Res ẽ ſolliciti plena timoris amor. Sęuũ mõ.Minotauꝛ. Promittẽs.Ariadna pro theſeo:cuius amore iã cępit flagrare. Nã ue.aptiſſima ſimilitudo ad uacillãtẽ ſe titubãtẽ amãtis animũ demõſtrãdũ. Tauꝛ.taurus mõs Aſię uariis noibus pro regionũ q̃s tãgit uarietate appellatus.ut ſolinus:& Mella:atq; Pli.Scribũt. Sudãti cor.pi.pius cortex reſinã exudat Pli.ãt ſcribit Pinus fert minimũ reſinę iterdũ ex nucibus ip̃is de q̃ bus dictũ ẽ:uixq; ut aſcribatur generi Pinaſter nihil aliud eſt q̃ pinus ſylueſtris mira altitudie:& a medio ramoſa ſicut pinus i uertice copioſiorẽ dat hęc reſinã. Sęuũ.crudelẽ Minotauꝛũ. Inde.a minotauro mortuo. Regẽs ue:ut eũ Ariadna docuerat Virg. in.vi.Dędalus ipſe dolos tecti ambagesq; reſoluit:cęca regẽs filo ueſtigia: Higinius uero i tractatu de coꝛõa.Aliter Theſeũ euaſiſſe labyrinthũ ſcribit legito eũ. Fruſtraret.decipet & falleret theſeum. Labyrintheis.labyrinthos portẽtiſſimũ hũani ingenii opus quattuor fuiſſe ſcribit Pli.Prius fuit i egypto factus añ annos tria milia ſex cẽtos a peteſucho rege:ſiue tithoe hic utiq; ſũpſiſſe dędalũ exẽplar eius labyrinthi quẽ fecit in creta nõ ẽ dubiũ ſed centeſimã tãtũ portionẽ eius imitatũ :tertius fuit i lemno:quartus i Italia:quẽ fecit ſibi porſena rex hetrurię ſepulchri cã ſimul & ut externoꝛ uanitas quoq; ab Italis ſuparet. In obſcr.error qui ẽt obſeruãdo euitari nõ poſſit:Vir.hoc igenioſe imitatus iqt. Hic labor ille domus & inextricabilis error. Ego a pri.dig.car.i.a pricipali carmis mei propoſita narratione:q̃ ſic procedere a pricipio cępit:q; theſeus ad Minoem uenit:Ariadne uero eũ cõſpectum adamare cępit:ſęqtur itaq; p ordinẽ ſic ariadne igit filia genitorẽ & cõſãguineę cõplexũ ; matrẽ deniq; theſei amoribus poſtponẽs illũ ſecuuta ẽ relicta patria aut p̃ occupationẽ talis ẽ ſenſus ſed nõ opus ẽ ut ego a Pelei nuptiis digreſſus:qđ pricipale & primũ ẽ mihi carmẽ plura cõmemorẽ de ariadne:& tñ dicit uerborũ iteriectiõe plura. Cõſanguineę. phedrę q̃ filia fuit Deucaliõis Ariadnes friſ:eã.n.ut filiã amauit Ariadna.

Matris.paſiphaes q̃ ſolis & Cretę nymphę fuit filia. Quę dep:oppreſſa exanimata paſiphae. Luctu miſero natę.miſeris lachrymis pro abſenti nata fuſis. Cõiũx.theſeus:qui cõiugium perpetuum Iureiurando puellę promiſerat. Aciẽ.uiſum oculoꝛ. Cõſcẽdere.pro cõſcẽdiſſe. Tollẽtẽ.eleuãtẽ. Tegmina.tunicas:quę ẽt Suras tegũt. Mollia.tenuia. Aeſtus.fluctus ęſtuoſos.

Fluctibus in flauo ſæpe hoſpite ſuſpirantem:
Quantos illa tulit languenti corde timores:
Quanto ſæpe magis fulgore expaluit auri.
Quom ſæuum cupiens cõtra cõtẽdere mõſtrum
Aut mortẽ oppeteret theſeus aut præmia laudis.
Non ingrata tamen fruſtra munuſcula diuis
Promittens;tacito ſuſpendit uota labello:
Nam uelut in ſummo quatientem brachia tauro
Quercum :aut cornigerã ſudanti cortice pinum:
Indomitus turbo cõtorquens flamine robur
Eruit:illa procul radicibus exturbata
Prona cadit:late quæ cõminus omnia frangit:
Sic domito ſæuum proſtrauit corpore theſeus
Nequicquam uanis iactantem cornua ẽtis
Inde pedem ſoſpes multa cum laude reflexit
Errabunda regens tenui ueſtigia filo:
Ne labyrintheis e flexibus egredientem
Tecti fruſtraretur inobſeruabilis error.
Sed quid ego primo digreſſus carmine plura
Cõmemorẽ:ut linquens genitoris filia uultum
Vt cõſanguineæ complexum:ut deniq; matris
Quæ miſero gnatæ fleret deperdita luctu:
Omnibus his theſei dulcem præferret amorem
Aut ut uecta ratis ſpumoſa ad littora diæ
Aut ut eam dulci deuictam lumina ſomno:
Liquerit immemori diſcedens pectore coniunx.
Sæpe illam perhibent ardenti corde furentem:
Clariſonas imo fudiſſe e pectore uoces
Actum præruptos triſtẽ conſcendere montes:
Vnde aciem in pelagi uaſtos protenderet æſtus:
Tum tremuli ſalis aduerſas procurrere in undas
Mollia nudatæ tollentem tegmina ſuræ:
Atque hæc extremis mœſtam dixiſſe querelis:
Frigidulos udo ſingultus ore cientem:

Siccine me patriis. omnis oratio pathetica abruptum initium habet: ut me ne incepto desistere uicta: Nec tantum tale habet initium: sed etiam omnis oratio pathetica breuibus sententiis est Crebris figurarum mutationibus uelut inter æstus Iracundiæ fluctuare debet: ut hæc tota Ariadnes conquestio formata ē. Siccine. iter cæteras talis orationis figuras creberrie fit iterrogatio: seu percōtatio perbreuis: Has aūt oēs querelas imitatus pene ad uerbū Ouidius in epistola Ariadnes ad Theseū.

Siccine me patriis abductā perfide ab oris
Perfide deserto liquisti in littore theseu:
Siccine discedens neglecto numine diuum
Immemor ah deuota domum periuria portas:
Nullane res potuit crudelis flectere mentis
Consilium: tibi nulla fuit clementia præsto:
Immite ut nostri uellet miserescere pectus:
At non hæc quondam blanda promissa dedisti
Voce mihi: non hoc miseram sperare iubebas:
Sed connubia læta: sed optatos hymenæos:
Quæ cuncta aerii discerpunt irrita uenti:
Tum iam nulla uiro iuranti fœmina credat:
Nulla uiri speret sermones esse fideles:
Qui dū aliquid cupiens animus prægestit apisci
Nil metuunt iurare: nihil promittere parcunt.
Sed simulac cupidæ mentis satiata libido est:
Dicta nihil metuere: nihil periuria curant.
Certe ego te in medio uersantem turbine lati
Eripui & potius germanum amittere creui:
Quā tibi fallaci supremo in tempore deessem.
Pro quo dilaceranda feris dabor: alitibusque
Præda: neque iniecta tumulabor mortua terra.
Quæ nam te genuit sola sub rupe leæna:
Quod mare cōceptū spumātibus expuit undis:
Quæ syrtis q̄ scylla uorax quæ uasta charybdis:
Talia qui reddis pro dulci præmia uita:
Si tibi non cordi fuerant connubia nostra:
Sæuaque abhorrebas prisci præcepta parentis:
Attamen in uestras potuisti ducere sedes:
Quæ tibi iucundo famularer serua labore:
Candida permulcens liquidis uestigia lymphis:
Purpureaue tuum consternensueste cubile:
Sed quid ego ignaris nequicquā cōquerar auris
Extenuata malo: quæ nullis sensibus auctæ:
Nec missas audire queunt: nec reddere uoces:
Ille autem prope iam mediis uersatur in undis:
Nec quisquam apparet uacua mortalis in alga:
Sic nimis insultans extremo tempore sæua
Fors etiam nostris inuidit questibus auras.

Perfide. qui fidem mihi iureiurādo a te datam frangis. Numine diuum. per quos iurasti mihi fidem. Deuota periuria. execrationibus meis ad infortunium destinata. Apisci. adipisci: Lucillius ut ego hinc fugiam quod ego te imprimis Cupere apisci intelligo. Nil metuunt iurare. Naso i arte: Iuppiter ex alto periuria ridet amātū: & iubet æolios irrita ferre notos. Germanum. Minotaurum fratrem meū.

Dilaceranda dabor feris. hic in littore deserto relicta a feris sum deuorāda. Alitibus. quū periero ab alitibus deuoranda. Neq; tumulabor. quia nemo hic in insula adest. Injecta terra. quod sepulturę genus habetur Virgilius: aut tu mihi terram inice: Oratius: at tu nauta uagę ne parce malignus arenę ossibus & Capiti ihumato particulam dare. Quod mare. aut dicit hoc quia Theseus Neptuni filius dictus est: aut certe ut Scribit Gellius poetę ferociſſimos & imanes & alienos ab humanitate tanq̄ e mari genitos Neptuni filios dixerunt: ut cyclopa cerciona lestrigones. Quę syrtis quę scylla uorax quę uasta charybdis. hic Virgi. pene aduerbum. Quid syrtes aut scylla mihi qd uasta charybdis profuit? Homerus in. xvi. οὐ ἄρα σοί γε ἦν ἱππόβοτα πτολεύς οὐλε φέτις μήτηρ γλαυκὴ δὲ σε τέκε φάλα σσα πέτρα τε τὴ λιβάτη ὅτι τοι νόος ἔξιν ἀπτοίνῃσι. Quę leæna. ut Virgilius duris genuit te cautibus horrens caucasus hyrcanęq; admorunt ubera tigres. Ouidius: te lapis & montes innataq; rupibus altis robora te sę uę progenuere ferę: aut mare quale uides. Sęua fors. Crudelis fortuna.

Prisci parentis. ueteris ęgei. Invidit. inuidendo abstulit aut uetuit: Vt Liber pampineas inuidit collibus umbras. Nostris questibus inuidit auras. meis querelis negauit auras ne ad hominum aures deferrentur.

Iuppiter omnipotens. hos uersus Maro diligenter ęmulatus est: & ad uerbum pene transtulit: foelix heu nimium fęlix si littora tantum nunq; dardanię tetigissent nostra carinę. Cnosia. Cretęsia: Cnossos cretę urbs a Curetibus corybantibusq; Condita: ut scribit Eusebius. Cecropię. athenienses. Indomito: qui ante Thesei aduentum indomitus fuerat. Stipendia. ad historię ueritatem rettulit: Nam quatuordecim athenienses nobilitatis liberi Minotauro in stipendium singulis annis dabantur: philochorus teste Eusebio scribit Taurum Minois magistrũ fuisse inhumanum atq; crudelem: & quia Minos super mortem Androgei agõem statuerat p̃mii nomine pueros atticos largiẽs: & ille in agone fortissimus uniuersos superabat: tandem factum est: ut a Theseo i palestra superaret. Religasset. soluisset cretã uersus. Crudelia. crudelitates. Dulci. blãda. Cõsilium. s. euadendi labyrinthi: Nam ut Diodorus scribit Ariadna Thesei specie ac pulchritudine capta: & consilii operamq; dedit minotauri occidẽdi: & labyrinthi egressum edocuit. Nã quo me referam. alia conquestio miseranda a loco desolatissimo. Idmeneos ne petam montes. sunt qui exponant montes idmeneos ideśt cretenses ab idomeneo rege cretensi sed inepta quidem est expositio cum q̃ talis syncopa incognita est in propriis & priorum nominum deriuatis: tum uero q̃ post Ariadnen per multos ãnos fuit idomeneus. Ego autem puto locũ esse uetustate deprauatum. Non esset absurdum si legeretur ideos ne petã mõtes ab ida cretenśi. An patris auxiliũ. a causa quia cogit̃ nihil ex patre sperare. Languescẽt lu. morte. bono usus ẽ ordine: Nã ut tãgit Pli. oculi lucis usu uitã distingunt a morte primũ ergo mortis signũ in oculis ẽ deide reliquoꝝ sensuũ amissio sequit̃. Mulctã. suppliciũ pęnã & est uocabulum oscũ. Nullo littus sola insu. te. iterũ a loco misericordiã cõmouet: Quare facta uirũ mulctãtes uindice pęna Eumenides. iracũdia & muliebris imprecatio: obseruatũ aũt est in oratiõe pathetica indignationẽ cõmouẽte: ut ad extremum orationis finem maledicta ira indignationem euomente diffundantur. Deę. Eumenides furię o dirę aspirate meis uotis. Inuito numine contraria dicere uidetur: q̃ annuerit: & inuitus fecerit: quod dei non est: Sed ãnuit Iuppiter iustę ultiõis ipprecationibus: iuitus autẽ fecit motus Thesei & ęgei misericordia: & q̃ diuinitas promptior ad pietatem q̃ ad ultionem esse consueuit: Sed Ariadnę proditę honeste negare non potuit iustę ultionis uotum. Quo. numine.

Iuppiter omnipotens utinam nec tẽpore primo
Cnosia cecropiæ tetigissent littora puppes:
Indomito nec dira ferens stipendia tauro
Perfidus in cretam religasset nauita funem:
Nec malus hic celans dulci crudelia forma
Consilium nostris quæsisset sedibus hospes:
Nam quo me referam? quali spe perdita nitor?
Idmeneos ne petam mõtes? a gurgite lato
Discernẽs pontũ truculentũ ubi diuidit æquor?
An patris auxiliũ sperem quẽ ne ipsa reliqui
Respersum iuuenem fraterna cæde secutam?
Cõiugis an fido consoler memet amore?
Quiue fugit lẽtos incuruans gurgite remos:
Præterea nullo littus sola insula tecto:
Nec patet egressus pelagi cingentibus undis:
Nulla fugæ ratio: nulla spes: omnia muta:
Omnia sunt deserta: ostẽtant omnia lœtum:
Non tamen ante mihi languescẽt lumina morte
Nec prius a fesso secedent corpore sensus
Quã iustam a diuis exposcam prodita mulctam
Cælestumque fidem postrema comprecer hora
Quare facta uirum mulctantes uindice pœna
Eumenides: quibus anguineo redimita capillo
Frons expirantis præportat pectoris iras:
Huc huc aduentate: meas audite querelas
Quas ego nũc misera: extremis pferre medullis
Cogor inops ardens: amenti cæca furore:
Quæ quoniam uere nascuntur pectore abimo:
Vos nolite pati nostrum uanescere luctum.
Sed quali solam theseus me mente reliquit
Tali mente deæ funestet seque suosque.
Has postq̃ mœsto profudit pectore uoces
Supplicium sæuis exposcens anxia factis:
Annuit inuito cælestum numine rector:
Quo tunc & tellus: atq; horrida contremuerunt:

Tunc tellus atq; horrida cõtremuerũt equora. hęc ẽ dei maiestas & infinita potestas Quã & Apollo Mulesius de Iudeoꝝ numine cõsultus sic expressit ἦλε θεὸν γασιλῆα καὶ βεννὴν Τήρα πρὸ πάντων ὃν τρέμεται γαῖα καὶ οὐρανὸς ἦλε θάλασσα Ταρτάρεοί τε μύχοι καὶ δαίμονες ἀποφρίτουçι. Et Ora. reges in ipsos imperiũ ẽ Iouis clari giganteo triũpho cũcta supcilio mouẽtis: sic Virg. Annuit & Totũ nutu tremefecit olympũ. Mũdus. cęlũ. Nã pli. ait Mundum & hoc quod noie alio cęlũ appellari libuit. Cõcussitq; micantia sydera. Sic Homerus. μέγαν δὲλέλιξαν ὄλυμπον. Signa. uela cãdida in signũ salutis conseruatę. Dulcia pa. quę procul uisa iucunditatẽ ęgeo parẽti Thesei dedissent. Calligine. obliuiõe quę ẽ mentis tenebrosa calligo. Diuę. palladis. Vnde appellatę sunt athenę ἀπὸ τῆς ἀθηνῆς. i. a pallade ut Naso cõfirmat scribẽs dictas a pallade terras. Redite. restituite mihi in extrema senecta Nam ut scribit Diodorus: Theseus ut Herculis gesta imitaret: mare igressus adiecit aium ad ea certamina: quę laudẽ & gloriã sibi essent allatura: E primũ Corinetũ deinde schinõ scyronẽ Certiona procusten pnicioſos hoies subſtulit qbus rebus gestis Athenas in patris regnũ puenit: ut & Catul. nunc Tangit dicẽs reddite i extrema nuper mihi fine senectę hęc oia. Legas apud Ouidiũ. li. vii. Metamorphoseos: postaũt athenaꝝ ingressum Minotauri expeditionem susceperit. De Thesei gestis plura legito apud Diodoꝝ & plutar, chũ. Virtus feruida. fortitudinis diffinitio. Cui. mihi. Lãguida lu. oculi seniles lã annis languẽtes. Canitiẽ terra atq; infuso puluere sędans. hoc i sũmis doloribus atq; supremis calamitatibus factitabãt Antiq: ut Homerus de Achille patrocli necem lugentę demõstrat: & Vir. de latio atq; allete pallãtis nutricio scribit: sic ęgeus filiũ incertũ Minotauri periculũ mittens męroré suũ capitis sędatiõe testat. Dicet. demõstret Nã & Indico indicis dicitur: sed principiũ est indicere. i. dicẽdo mandare et denunciare. Ferrugine hibera. ferrugo ut scribit seruius est purpura nigrior hispana: ut Virgilius Et ferrugine clarus hibera. Et Tum Caput obscura nitidũ ferrugine texit: Itẽ idem alibi scribit ferrugo coloris genus est: q uicinus ẽ purpurę sũbnigrę: & hibera: nõ hispana: sed põtica hec seruius cuius expositionẽ miror quũ hibe ram modo hispanam exponat modo neget hispanã esse. Marcellus autem tradit ferrugineum coloré ferro similem esse uolunt: ueꝝ ferrugineus ceruleus est Vir. & ferrugineos hyacinthos. Coccũ item ut asserit duobus in locis plinius gramen seu granũ rubẽs est galatię oppidi hispani eius usus est in conchilii colore: ferrugo igitur hibera ut oppinor coccineus conchylio minus Color est: hic autem Catullus ferrugineum non coccineum: sed subnigrum Ceruleo admistum intellexit: ut Virgilius: & ferrugineas subuectat corpora Cymba: Et Tum caput obscura nitidum ferrugine texit. Quod tibi si sancti concesserit incola ithyni. ithynon templũ mineruę poliadis athenis uetustum in saxo surgit in quo lucis in extinctę lychnus est: & uirginũ domus ab ithyno conditore ithynon appellata: & a Plinio uerbo greco parthenonia dicta in qua ẽ palladiũ siue Mineruę ex ebore Phydię opus pfectũ: Est pręterea ithon mons thessalię palladis tẽplo celeberrimus uñ ithonia pallas dicit festo & strabone authoribus & apd pausaniam elegans extat epigramma quo a pyrrho celtaꝝ spolia palladi ithonię dicata fuisse ostẽdit.

Aequora concussitque micantia sydera mundus.
Ipse autem cæca mentis caligine theseus
Conscius oblito dimisit pectore cuncta:
Quæ mandata prius constanti mente tenebat
Dulcia nec mœsto sustollens signa parenti
Sospitem & ereptum se ostendit uisere portum.
Nanque ferunt olim classi cum mœnia diuæ
Linquẽtẽ gnatum uentis cum crederet ægeus
Talia cõplexus iuueni mandata dedisse:
Gnate mihi lõga iucundior unice uita:
Gnate ego quẽ in dubios cogor dimittere casus:
Reddite in extrema nuper mihi fine senectæ:
Quãdoqdẽ fortuna mea: ac tua feruida uirtus
Eripit inuito mihi te: cui languida nondum
Lumina sunt gnati chara saturata figura:
Non ego te gaudens lætanti pectore mittam:
Nec te ferre sinam fortunæ signa secundæ:
Sed primum multas expromã mente querelas
Canitiẽ terra: atq; infuso puluere fœdans:
Inde infecta uago suspendam lintea malo:
Nostros ut luctus nostræq; incendia mentis
Carbasus obscura dicet ferrugine ibera.

Incola.habitatrix. Sancti Ithyni.ſacratę parthenonię ab ithyno cõditę.Depranata eſt apud ſtra/bonis interpretẽ dictio ictinus pro ithynus. Annuit.cõcedit. Quę noſtrũ genus.Nã athenarũ tute la Minerua ẽ. Tauri.Minotauri. Funeſtã ueſtẽ.nigra uela:qbus Antenna & malus ueſtiunt. Noſtros Colles.E montibus Atticis maxime hi ſũt nobiles hymetus Brileſſus lycabetus:parnes:& corydalus. Lumina.oculi tui. Niuei mõtis.pro Niuoſi. Vt.ſicut:uel qñ.proſpectũ ad proſpiciẽdũ. Minoidi.Ariadnę. Quę.ariadna. Aſpectãs.procul aſpiciẽs.theſea ad ſe accipiẽdã reuertẽtẽ. Pater iachus.liber pater bacchus. Nã quum Theſeus in Dia permanẽs p ſomnum Dionyſũ ſibi niſi ariadnam dimiſiſſet minitãtem timore pculſus muliere dimiſſa ex inſula diſceſſit Dionyſus noctu ſumptã ariadnã in mõtẽ tulit:q appellat Drios:& hic primũ euanuit ut deus. Tũc quoq; Ariadne nõ amplius uiſa ẽ. Cũ thyaſo.Thyaſus bacchica ſaltatio dicitur. Satyrorũ.ſatyri panes:ſilenus fauni Syluani dii Agreſtes. bacchi comites ſunt ultra theon meridionalẽ mõtẽ panas & ſatyros aialia incolere Mella nõ fabuloſũ eẽ ſcribit.

Sileneis.ſilenus nutritor ſiue pedagogus bacchi fuit:de quo Ora.An cuſtos famuluſq; dei ſilenus alũni:ide ſileneus a Cat.formatũ nomẽ. Niſigenas autẽ appellauit Niſę urbis indicę baccho ſacratę icolas ſileneos qa bacchi et ſileni ſũt comites. Oe.Monoſyllabũ ẽ.ſic apud Iuuenalẽ legẽdũ ẽ: Satur eſt quũ dicit Ora.eu oe.iperitiores aũt legũt ohe biſſyllabũ interiecta aſpiratiõe.Sed Oratii uerba a Iuuẽale repetita falſam eẽ lectionẽ demõſtrãt q̃ ſunt hęc.Eu oe recẽti mens trepidat metu plenoq; bacchi pectore turbidũ Lętat eu oe parce Liber parce graui metuende thyrſo. Eu oe.utraq; dictio greca ẽ & aſpiratiõe caret ſcribit .n.εὐ οἰ Tecta cuſ.thyr.tota Catul. lectio doctę Vetuſtatis plena ẽ:pẽdet .n.ex hiſtoria quũ tecta cuſpide dicat Nã ut ut docet Macro. Thyrſus ẽ haſta ſeu telũ latẽs:Cuius mucro ẽ hederis iuolutus:ac cõtectus:bacchus nãq; thyrſo & Ceruuloꝝ pellibus iſtructus thyaſos exercet ut euripides his docet uerſibus. Διόνυσος θύρσοις καὶ νέβρων δ-ορᾶις κατάστος ἐν πεύκαις πάρνασσον κᾶτα πωλᾶ χορεύων Pars e diuulſo iactabãt mẽbra iuuẽ. Nã bacchanalis cętus per montes ſaltuſq; diſcurrẽs uitulos aut iuuẽcos uel forte oblatos uel ſtudioſe compertos

Quod tibi ſi ſancti conceſſerit incola ithyni
Quæ noſtrum genus ac ſedes defendere ſueta
Annuit ut tauri reſpergas ſanguine dextram:
Tum uero facito ut memori tibi condita corde
Hæc uigeant mandata:nec ulla oblitteret ætas
Vt ſimulac noſtros inuiſent lumina colles:
Funeſtam antennæ deponant undique ueſtem
Candidaqne intorti ſuſtollant uela rudentes:
Quam primum cernens ut læta gaudia mente
Agnoſcam cum te reducem ætas proſpera ſiſtet:
Hæc mandata prius conſtanti mente tenentem
Theſea ceu pulſæ uentorum flamine nubes:
Aerium niuei montis liquere cacumen:
At pater ut ſumma proſpectum ex arce petebat:
Anxia in aſſiduos contollens lumina fletus:
Cum primum inflati conſpexit lintea ueli
Præcipitem ſeſe ſcopulorum e uertice iecit:
Amiſſum credens immiti theſea fato:
Sic funeſta domus ingreſſus tecta paterna
Morte ferox theſeus:qualem minoidi luctum
Obtulerat mente ĩmemori talem ipſe recæpit:
Quæ tamen aſpectans accedentẽ mœſta carina:
Multiplices animo uoluebat ſaucia curas:
At pater ex alia florens uolitabat iachus:
Cum thyaſo ſatyrorum:& niſygenis ſileneis:
Te quærens ariadna:tuoque incenſus amore
Quãtũ alacres paſſim lymphata mente furebãt
Eu oe bacchantes eu oe capita inflectentes
Harum pars tecta quatiebant cuſpide thyrſos:
Pars e diuulſo iactabant membra iuuenco:
Pars ſeſe tortis ſerpentibus incingebant:
Pars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis:

fruſtulatim diſcerpebat ac circunferens terribiliter oſtẽtabat:ſic perſius ex Neroniano carmie:de Mędinis inquit Et Raptũ utulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris. Orgia.bacchi ſacra ſunt apud latinos:q̃q̃ apud grecos quęcũq; ſacra deorũ Τὰ ὄργια dñr ὀργιάζω ſacrifico & feſta duco ſigãt. Obſcura.nocturna. Cauis ciſtis.tympanorũ deſcriptio:aut certe ciſtis.i.uãnis:ſiue cribris myſticis:qbus antiqui utebãtur:in myſticis bacchi piaculis:hãc Ciſtã myſticã iachi uãnũ dixit Virgilius in georgicis.

Orgia quę fruſtra cupiũt audire profani. Nã his ſacris nulli niſi hiſdẽ iniciato intereſſe licebat: pro/fanos aũt his orgus ſe imiſcẽtes aut fugabãt aut diſcerpebãt: hęc nefandiſſima bacchanalia ſacra no/cturna primũ romę cognita ſupplicijſq; coercita atq; a Valerio Flacco & portio catone cenſoribus prohibita ac tãdẽ ſublata ſũt: ut pleniſſime ſcribit Liuius. lib. ix. quartę decadis. Plãgebãt. pcutiebãt.

Cornua. quoꝝ cãtu bacchanalia celebrant: unde pſius ex Neronis uerſibus recitat: Torua Mamilo/neis iplerũt cornua bombis: q̃q̃; hic apud perſium uerſus aliter a porphyriõe legit bombos pro ſoni tu ſtrepẽti poſuit: ut & apud pſiũ: ſed proprie bõbus a grẽcis dicitur culicis & apis ſonitus. Tibia bar ba. aut ad ritus barbaricos facta aut certe a barbaris iuẽta: Nã ut docet pli nius obliquã tibiã iuenit Midas i phry gia: geminas tibias Marſia: i eadẽ gen te lydios modulos Amphion. Tali/bus ampli. ue. deco. fi. perita digreſſio nis cõcluſio: quę ad eadẽ uerba a qui qus incepit reuertit in fine et i pricipio huius fabuloſę digreſſiõis inqt hęc ue ſtis priſcis hoium uariata figuris. Am plifice. magnifice: aduerbiũ ẽ: Pului nar. lectũ plũmeum ut ſupra puluinar uero diuę gemale locat. Decedere: pro cedere de abũdat. Sãctis diuis. aut peleo & thetidi aũt certe diis: qui ad nuptias celebrãdas ſe cõtulerãt ceſ ſerũt abierũtq; poſt oium apparatuũ ꝺtẽplationẽ. Quę. q̃s picturas ſpectã do. Expleta. ſatiata eſt iuuẽtus theſ ſala. Diuis. q paulopoſt uenientes reci piẽtur peneus: Doris prometheus: iup piter: luno. Horrificãs. horridum fa ciẽs. Sub lumia. circa primũ ſolis or tũ. Vagi. nũq̃; eundẽ toto anno cir/culũ ſeruãtis: nã ſingulis diebus ſingu los gyros conficit: ſiue qđ ueriſimilius ẽ: ut Aſtrologi tradũt ſol a primo pũ/cto cãcri uſq; ad primũ capricorni pũ ctũ firmamẽti raptu centũ octoginta duos parallellos circulos deſignat: q nũerus duos dies ad ſingulũ parallel/lũ cõſumi demonſtrat: uagũ igit ſolẽ dixit per tot parallellos annuo Curſu tranſeũtẽ. Quę pulſę. undę. ſ. Ca chini. pro marino murmure poſunt.

Purpurea. rubicunda luce aurorę. Nã & ab homero, ῥοδοδάκτυλος ἠὼς dicta eſt. Nantes. affluẽtes dila bantes. Veſtibuli tecta. ideſt ueſtibu lum regiorum tectorũ ut ſit hypallage: eſt autẽ ueſtibulũ prima ianuę pars exterior Camerato forni/ce ianuam tegens a ueſta dea dictũ ut ſeruius: & Oui. ſcribũt: Macrobius aũt: & gellius alias afferunt huius uerbi deriuatiões. A ſe quiſq; uago paſſim pede diſcedebãt. ordo ẽ q ſq; pede paſſim uago di ſcedebãt a ſe. i. unus ab altero diſcedebat pedibus errãtibus: & paſſim uagãtibus. Abitũ. diſceſſum.

Pelii. pelion mons ẽ theſſalię in Cuius antris uerſatus ẽ chiron Centaurus achillis maternus auus & ꝓceptor: Saturni: & philires filius. Fęcũda aura tepidi fauo. paucis uerbis fauonii deriuationẽ: & na/turalẽ uim tetigit: nã fauonius q & Zephyrus dicitur tepidus ẽ: dictus a fouendo: qa fęcũdus eſt: & fo uet Cuncta In terris naſcentia: unde Lucretius auram genitabilem appellauit Scribens: Et reſerata ui/get genitabilis aura fauonii. Plexos. Complicatos. Quis. pro quibus. Permulſa. delinita mollefacta ſuauitatibus. Riſit. reſplenduit: Complacuit tranſlatio ab hoie ad locũ: Nam Qui ridet facie reſplẽdet: et conſequẽter placet: cõtra triſtis facies nubila & tenebroſa ẽ: iõ diſplicet aſpiciẽtibus.

Orgia quæ fruſtra cupiunt audire prophani
Plangebant alii proceris tympana palmis,
Aut tereti tenuis tinnitus ære ciebant:
Multi rauciſonos efflabant cornua bombos
Barbaraque horribili ſtridebat tibia cantu:
Talibus amplifice ueſtis decorata figuris
Puluinar complexa ſuo uelabat amictu:
Quæ poſtquam cupide ſpectãdo theſſala pubes
Expleta eſt: ſanctis cœpit decedere diuis:
Hic qualis flatu placidum mare matutino:
Horrificans zephyrus prodiuas incitat undas
Aurora exoriente uagi ſub lumina ſolis
Quæ tarde primum clæmenti flamine pulſæ
Procedunt leuiterque ſonant plangore cachinni
Poſt uento creſcente magis increbreſcunt
Purpureaque procul nantes a luce refulgent:
Sic tum ueſtibuli linquentes regia tecta
Aſſe quiſque uago paſſim pede diſcedebant:
Quorum poſt abitum princeps e uertice peli
Aduenit chiron portans ſilueſtria dona:
Nã quodcũq; ferunt cãpi quos theſſala magnis
Mõtibus ora creat: quos propter fluminis undas
Aura pãrit flores tepidi fæconda fauoni:
Hos in diſtinctis plexos tulit ipſe cotollis
Quis permulſa domus iucundo riſit odore.

Peneos. fluuius theſſalię añ cũctos claritate ortus ex pindo mõte iuxta gõphos iterq; oſſam & olympum memoroſa cõualle defluẽs qngẽtis ſtadiis dimidio eius ſpacio nauigabilis acceptiſq; theſalię amnibus p tẽpe ad erũpendũ progredit: hęc ex plinio atq; ſtrabone. Peneos. nominatiuus grẹcus & eſt zeugma: nam ab inferiori ſubaudit linquẽs ut ſit ordo peneos linquẽs uiridãtia tẽpe adeſt: peneũ aũt fluuiũ a peneo oceani & tethyos denominatũ fuiſſe ſcribit Diodorus ſiculus. Linquẽs tẽpe. Nam ut ſcribit Plinius in penei fluminis curſu tẽpe uocant qnq; miliũ paſſuum longitudie & ferme ſex latitudine ultra uiſum hominis attollentibus ſe dextra leuaq; leniter cõuexis iugis i tus ſua luce uiridãte allabitur peneus uiridis calculo: amẽnus circa ripas gramine: canorus auiũ concẽtu. Doris. ſubaudit adeſt a ſupiore: doris ãt maris dea oceani ſenis & tethyos filia Nereiq; uxor fuit: ut canit heſiodus legitur & chloris dea florũ quę lectio ſi probetur Mnioſiũ nõ habebit expoſitionẽ: itaq; arbitror has duas dictiones corruptas ac de iis ualde quẽrẽdũ

Confeſtim peneos adeſt uiridantia tempe:
Tempe quæ ſyluæ cingunt ſuper impedientes:
Mnioſion linquens chloris celebranda choreis
Nonacriis: nanque ille tulit radicitus altas
Fagos: ac recto proceras ſtipite laurus
Non ſine nutanti platano: lentaque ſorore
Flãmati phaethontis & aerea cupreſſu:
Hæc circum ſedes late contexa locauit:
Veſtibulum ut molli uelatum fronde uireret:
Poſt hunc conſequitur ſollerti corde prometheus
Extenuata gerens ueteris ueſtigia pœnæ
Quam quondã ſilici reſtrictus membra catena
Perſoluit pendẽs e uerticibus præruptis:

Mnioſion. Nereũ. i. mare Mnioſius aũt dicit quaſi algę deus Nã ὁ μνιὸς alga & σιὸς deus dicit ligua dorica: Sunt q legant minoſiũ. i. mare cretenſe a minoe rege: ſed lectio talis & expoſitio pquam ridicula eſt: nec uero ſecunda ſyllaba quę in Minoe longa eſt talẽ interpretationẽ probat. Nonacriis. arcadicis a nonaeri arcadico mõte: a quo arcadię pars nonacria dicta eſt: ſunt qui nonacriam totam arcadiam dici putent montis nonacrios meminit plinius. Celebrando choreis nonacriis. cur dorida choreis nonacriis celebrãdã dixerit Cat. alii uiderit. Ille. peneus. Platano. platanus arbor trãſmarina umbraz deliciis atq; cõuiuiis ęſtiuis familiariſſima: & umbrę gratia tãtũ ex alieno petita orbe de qua plura legito: ſi lubet apd pli. li. xii. Léta ſorore phaethõ. ſol ex rhode aſopi filia: ut pherecides & euſtachius ſenſerũt: aut ut ouidius & alii noſtri ſcribũt ex climene genuit phaetotẽ Aeglen lãpeciam & phetuſam: phaethonte aũt in eridanũ lapſo atq; extincto ſorores eius prędictę fratris fatũ in padi ripis lugentes in arbores populos cõuerſę ſunt. ut Ouidius in metamorphoſi eleganter expli/cuit: Virgilius in decimo tetigit: Náq; ferũt luctu cygnũ phaetontis amati populeas inter frondes umbramq; ſoroz dum canit: ſilenus tñ apud Virgilium in bucolicis canit Tum phaetontiades muſco circũdat amarę corticis atq; alte proceras erigit alnos: & notandũ q; phaeton trium ſyllabaz eſt nec ullã habet diphthongũ Quum apud grecos ſcribat φάέθων ut homerus ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρχεται ἀκνήνεσσιν Varro tamen teſte fabio p ſyneſin protulit inuſitatiſſimã in talibus litteris. Flãmati: participiũ ſine uerbi ſubſtantia: ut Virgilius talia flãmato ſecũ dea corde uolutans. Aeria. alta Cupreſſu. Ouidius ſcribit cypariſſon puerũ ab apolline amatum: & in arborẽ ſui nominis mutatũ: Seruius. aũt i georgicoz primo ex uirgilii uerbis cõiectura fortaſſe ducẽs cypariſſo a ſyluão adamatũ & in arborem mutatũ fuiſſe tradit. Hęc. has arbores. Veſtibulũ ianuę regię pelei. Prometheus. prometheus climenes & iapeti filius atlãtis menoetii epimetheiq; frater quum iouem ſacrificiorum oſſeorum fraudibus decepiſſet ignemq; ab ętherea ſede furto ſubductum mortalibus reddidiſſet iouis imperio ferrea catena in caucaſo monte ſcythię inteſtina eius aquila aſſidue corrodente alligatus ad trigeſimum annum fuit ut Aechylus ſenſit Quũ aũt iuppiter ut ſupius dictũ eſt thetidis cõnubiũ pulchritudine ductus peteret: illo tempore parcę cecinerunt fataq; pfici natura rerum uoluit: quicũq; thetidis eſſet maritus eius filiũ paterna uirtute fore clariorẽ: qđ ſollerti prudẽtia intelligens prometheus non uolũtate: ſed neceſſitate uigilãs auditũ ioui nũciauit: iuppiter aũt huiuſmodi fatũ ueritus thetidiſq; cõnubiũ deuitans prometheo merita pro beneficio rettulit gratiã: eumq; uinculis liberauit: ac thetidis & pelei nuptus intereſſe iuſſit: ſed nõ remiſit ſuppliciũ qđ illi iurauerat Nam memorię ſempiternç gratia ex utraq; re ideſt ex lapide & ferro promethea ſibi digitũ uincere uiſſit qua poſtmodũ cõſuetudine homines uſi quo ſatiſfacere prometheo uiderẽtur ãnulos lapide ferroq; cõtuſos habere cęperunt. Veſtigia. ſigna. Extenuata. Pene deleta & euaneſcentia Sanatione poſt aliquot ſolutionis annos: aut ueſtigia extenuata ideſt pedes attenuatos Compedum corroſione. Veteris poenę. Veteris ſupplicii: ad quod iouis ad ęternum fore iurantis iuſſu fuerat alligatus.

Pater diuū.iuppiter. Cōiuge.iunone. Natis.filiabus:quod tamen non placet nā potius dixisset natabus sed cum natis.i.filiis uulcano & mercurio:cū quibus & uenus intelligit apolline atq; pallade relictis. Vnigenā.mineruam ex iouis cerebro unigenitā:sola eni ex iouis cerebro nata dicitur. Pallada cultricem ithyni.nam ut supra dictum fuit pallas est incola sancti ithyni qđ mineruę uirginibus domiciliū est in arce athenienſi periclis opa pfectū. Nam tecū pariter soror aspnata est. Apollo eni & pallas aspnati sunt his nuptiis interesse: eschylus aūt contraria sensit scribens apollinē thetidis & pelei nuptiis epithalamiō cecinisse:ac uaticinatū futurā foelicitatem qđ thetis apud eschylū multis uerbis cōqueri. Qui.dii supius noiati: Infirmo instabili nutāti ad fatoꝝ confirmatione aut gestus cātātiū expressit. Veridicos cāt.uera & fixa fata:cātus aūt uaticinia a cano qđ interdū est diuino ut ipa canas oro et capiti cane talia demens dardanio. Vestis candida. hic est habitus parcaꝝ fęlicia statuētiū fata:alii legunt questus:ego uero sentio legendum esse uestis candida. Ora. limbo uestis extremitate:Quę instita ét dicit. Residebant.repositę erant alias residere é cessare & otiosum esse unde resides dicunt: iterdum uero significat qescere hor.iiii.odaꝝ bellū resedit protinus. Rite.de consuetudine sua. Eternū laborē.fatū ęternū & immutabile. Colum.antiq teste priscian indifferēter protulerūt hic & hęc colus unde catullus amictū participium masculino genere apposuit.

Deducens.deducere propriū est mulieris filum agētis ut sensit seruius exponens illud uirgilianū deductū dicere carmen. Libratū. suspensum aut immissum martialis q̄ certa fuit libra to dextera tęlo. Turbine.impetu aut uolutiōe. Atq; ita decerpēs equabat semp opus dens. Nentū mulierū morē eleganter exp̄sit. Morsa.hoc morsum declinauit. Lanę candentis.cādidę pro fęlicibus fatis deducēdis. Calathisci. hic calathus eius diminutiū calathiscus forma gręca: ut syrus syriscus. Virgati. uirgis cōtexti. Diuino.uaticinante diuināte: ut oratius diuina mota anus urna.

Perfidię.falsitatis mendacii. O decus eximium. Hoc est parcarum epithalamion canentium uaticinium super thetidis & pelei nuptiis factum:quo achillem fortissimum ex illis oriturum ac plurimas de troianis strages daturum esse canūt thetidis autemi & peleos epithalamion cecinit apollo & pene omnia quę hic a parcis dicuntur prędixit:ut scribit Claudianus. Nato.propter filium achillem claros honores adempturę. Columen. presidium: aut tutelam & est ordo o peleu clarissime nato decus eximium augens ęmathię columen accipe idest intellige. Aemathię. Macedonia ut iustinus scribit ante a nomine ęmathionis regis cuius prima uirtutis experimenta in illis locis extant ęmathia Cognominata est prius ęmathiam fuisse dictam testatur Plinius:Lucanus autem ęmathiā macedoniā thessaliam & pharsaliam pro eadem prouintia indistincte posuit: Quum apud Plinium: strabonem atq; alios multos geographos thessalia sit ab ęmathia diuersa: Catullus item ęmathia pro thessalia Dixit

Inde pater diuum sancta cū coniuge natisq;
Aduenit cælo te solum phœbe relinquens:
Vnigęamq; simul cultricem montis ithyni
Pallada:nam tecum pariter soror aspernata est:
Nec thetidis tædas uoluit celebrare iugalis:
Qui postq̄ niueis flexerunt sedibus artus:
Largæ multiplici constructæ sunt dape mensæ:
Quum interea infirmo quatientes corpora motu
Veridicos parcæ cœperunt edere cantus:
Iis corpus tremulum cōplectens undiq; uestis
Candida purpureis ramis intinxerat ora.
At roseo niueæ residebant uertice uitæ:
Aeternūq; manus carpebant rite laborem:
Leua colum molli lana retinebat amictum:
Dextera tum leuiter deducens fila supinis
Formabat digytis tum prono in pollice torquens
Libratum tereti uersabat turbine fusum:
Atq; ita decerpens æquabat semper opus dens:
Laneaq; aridulis hærebant morsa labellis:
Quæ prius in leni fuerant extantia filo:
Ante pedes autem candentis mollia lanæ
Vellera uirgati custodibant calathisci:
Hæc cum clarisona pellentes uellera uoce
Talia diuino fuderunt carmine fata:
Crimine perfidiæ quod post nulla arguet ætas.
O decus eximium magnis uirtutibus augens
Emathiæ columen peleu clarissime nato:

Lęta luce .foelici die nuptiali. Sorores.parcę. Sed uos.apostrophe ad fusos fata nentes. Currite.propere uoluite:est aũt uersus intecalaris sępissime repetitus. Subtegmina.stamiã uel pẽsa. Hesperus.Nã ut supius ẽt alio epithalamio dixit poeta uesptina hora noua nupta ad uirũ ducebaẽ. Portans.afferens. Optata maritis.Desideria uobis nouis cõiugibus. Fausto.foelici. Sidere.Diffat eni Quę sidera te excipiant. Animo flexo.in tua uota inclinato & iam placato: Quũ ante abhorreret a coniugio. Paret.apparet & instituat. Languidulos.ab effectu:qa faciunt hommes languidos.

Accipe quod læta tibi pandunt luce sorores
Veridicũ oraclũ: sed uos quæ fata sequuntur:
Currite ducentes subtegmina currite fusi:
Aduenier tibi iam portans optata maritis
Hesperus:aduenier fausto cun sydere cõiunx
Quæ tibi flexo animo mentis pfundat amorem
Languidulos q; paret tecum coniungere somnos
Læuia substernes robusto brachia collo:
Currite ducentes subtegmina currite fusi:
Nulla domus unquam tales contexit amores
Nullus amor tali coniunxit fœdere amantes
Qualis adest thetidi qualis concordia peleo.
Cursite ducentes subtegmina currite fusi:
Nascetur uobis expers terroris achilles :
Hostibus haud tergo: sed forti pectore notus.
Qui persæpe uago uictor certamine cursus
Flãmea præuertet celeris uestigia ceruæ.
Currite ducentes subtegmina currite fusi:
Non illi quisquam bello se conferet heros
Cum phrygii teucro manabunt sanguine riui
Troicaque obsidens longinquo mœnia bello .
Periuri pelopis uastabit tertius hæres.
Currite ducentes subtegmina currite fusi :
Illius egregias uirtutes:claraque facta:
Sæpe fatebuntur gnatorum in funere matres:
Cum in cinerem canos soluent a uertice crines:
Putridaque infirmis uariabunt pectora palmis
Currite ducentes sub tegmina currite fusi:
Nanque uelut densas prosternens messor aristas
Sole sub ardenti flauentia demetit arua
Troiugenum infesto prosternet corpora ferro
Currite ducentes subtegmina currite fusi :
Testis erit magnis uirtutibus unda scamandri :
Quæ passim rapido diffunditur hellesponto :

Leuia. nitida mollia. Substernens supponẽs ut tibullus.huic tu candẽtes humero suppõe lacertos:& magnę regum despiciantur opes. Tales. tam pares:tãq; foelices. Tali.foedere:tã fida coniunctione. Expers terroris: impauidus:magnanimus:ut magnanimum ęacidẽ formidãq; tonãti progenię canit papinius. Notus.noscendus sed notus dixit poeta ex persona sua.

Prętuertet celeris uestigia ceruę. hoc i homero legit. τὸν πόδας ὠκὺς ἀχιλλεύς .flãmea uelocia nihil enim uelocius igne. Vestigia.pedes Phrygii ri.xanthus & simois:hoc ité ex homero sumpsit. Obsidẽs.media sylla laba producta ex ob & sido. Lõgin quo.pro lõgo & fere decẽnali:lõgin / quũ aũt magis de loco: distãtia dicit q; de tẽpore : ut longinqua prouincia india scythyaq; dicit. Tertius hęres pelopis. agamẽnõ a pelope tertius:nã pelops tantali filius thyestẽ & Atreũ genuit genuit:ex atreo nati sunt Agamẽnon & menelaus. Periuri.qa periurio decepit myrthillum i hippodamię certamine:ut fabulę tradunt:historię autem ueritatem legito apud diodorum siculum circa quinti libri finem. Matres.troianę mulieres.

Putrida.anilia. Variabunt.liuore percussionibusq; maculabunt:Scamander troię regionis est fluuius:tres enim fluuii ex quodã idę colle oriuntur:Scamander:granicus: & esapus: Sed duo posteriores in septentrionem & propontidem tendunt: Scamander uero ad occasum discurrit: distatq; ab illo uiginti stadiis .scamandrius item prius appellabatur hectoris filius: qui postea astyanax dictus fuit.ut scribit homerus. Quę passim rapido diffunditur hellesponto. Nam ut strabo describit scamandri ostium in hellespontũ prorumpit.

Tepefaciet. ſecundam ſyllabam produxit licenter. Quum ubiq; apud alios auctores naturaliter Corripiatur: Buſtum. achillis ſepulchrum: apud ſigęum troię oppidum extructũ: fuit item ibi achilleon oppidum iuxta tumulum achillis a mytilenęis cõditũ ut teſtatur Plinius. Terrę excelſo aggere. alii legunt teres buſtum excelſo aggere. Virginis. polyxenę: achillis enim polyxenę amore capti ac paridis dolo perempti umbra ſępe gręcis ad troiam adhuc bellantibus apparuiſſe fertur ac petiiſſe polyxenę morte ſuis umbris & manibus parentari debere: quod capta troia pyrrhus pius filius polyxena ad patris tumulũ ducta executus eſt.

Feſſis. Longo bello fatigatis: hinc Oratius: Et ademptus hector tradidit feſſis leuiora tolli pgama graiis.

Vincla. coagmentiones iuncturas & lapidum cõpages. Neptunia. neptuni manibus facta. Truncum. trũcatũ. Quare. cõcluſio. Coiũx. maritus peleus. Nõ il. nu. ſenſus é: nutrix thetidis mane nõ amplius ad thetidem afferet ſtamina nenda: neq; illam circũdabit penſis glomerandis: quia non amplius Sit puella ſed iam facta ſit maxima matrona. Orienti luce. primo mane. Circundare. circum ſepire: nam ita ſolent plerumque nutrices ſuas alumnas multis fuſis deglomerãdis circundare. Heſterno filo. heſterna die facto. Coluum. genitiuus pluralis eſt triſyllabus a quarta declinatione: aliter nõ ſtat uerſus.

Meſta diſcubitu puellę diſcordis. Senſus eſt nec mater thetidis moerebit unquã propter ullam filię ſuę cũ uiro diſcordiam: aut propter ſeparatam a uiro noctem: non enim unq; a uiro diſcordabit aut ab eius noctur/no amplexu ſecedet thetis. Secubitu. ſeparato procul a uiro cubitu Secubare eſt ſeorſum & procul cubare. Mittet. pro dimittet: non enim deſperabit de nepotum generatione ob aliquem filię a uiro ſecubitum.

Parcę. a partu dictę. Pręſentes nanq; ante domos. moralis totius carminis concluſio: moraliſq; ratio: cur ſit credendum humanis coetibus deos olim interfuiſſe: act ãdem mortales ſceleribus contaminatos deſeruiſſe. Pietate. Iuſtitia: cuius has facit partes plotinus innocentiam cõcordiam: amicitiam: pietatem: religionem: affectum: humanitatem: cicero addit fidem & ueritatem. Spreta. ab hominibus contępta: Sic Ouidius Nondum iuſticiam facinus moratefugarat. cętũ curus. certamina olympica Dicit. Terra. per terrã. Tęplo ful. tęplũ olympiũ itelligit.

Cuius iter cæſis anguſtans corporum aceruis
Alta tepefaciet permiſta flumina cæde:
Currite ducętes ſubtegmina: currite fuſi:
Deniq; teſtis erit morti quoq; reddita præda:
Quum terræ excelſo coaceruatum aggere buſtũ
Excipiet niueos percuſſæ uirginis artus.
Currite ducętes ſubtegmina: currite fuſi:
Nam ſimulac feſſis dederit fors copiam achiuis
Vrbis dardaniæ neptunia ſoluere uincla
Alta polyxenia madefient cæde ſepulchra:
Quæ uelut ancipiti ſuccumbęs uictima ferro
Proiiciet truncum ſubmiſſo poplite corpus:
Currite ducentes ſubtegmina: currite fuſi:
Quare agite optatos animis coniungite amores:
Accipiat coniunx felici fœdere diuuam.
Dedatur cupido iamdudum nupta marito.
Currite ducentes ſubtegmina: currite fuſi.
Non illam nutrix orienti luce reuiſens
Heſterno coluum poterit circundare filo.
Currite ducentes ſubtegmina: currite fuſi.
Anxia nec mater diſcordis mœſta puellæ
Secubitu charos mittet ſperare nepotes.
Currite ducentes ſubtegmina: currite fuſi.
Talia præfantes quondam felicia pelei
Carmina diuino cecinerunt pectore parcæ:
Præſentes nanq; ante domos inuiſere caſtas
Sæpius: & ſeſe mortali oſtendere cœtu
Cælicolæ nondum ſpreta pietate ſolebant.
Sæpe pater diuum templo infulgente reuiſens
Annua dum feſtis ueniſſent ſacra diebus
Conſpexit terra centum procurrere currus.

Liber uagus. aut quia ſemper cum ſua turba uagatur aut quia uagans totam aſiam & prę ſertim in/diam percurriſſe fertur. Euãtes. bacchantes. Vertice ſummo parnaſi. nam. ut ſcribit Lucanus: & quantum occiduo tantum ſummotus eoo cardine parnaſus gemino petit ęthera tolle: Mons phoebo bromioq; ſacer cui numine miſto delphicca thebanę referũt trieterica bacchę: in phocide regiõe boe tię adiuncta parnaſus poetarum carminibus celeberrimus ad occiduos phocidis mõtes locatus eſt: eius latus in occaſum proſpectans locri & ozolę poſſident: auſtrale uero delphi locus ſane petroſus & theatri formã hñs: i eius cacũine tẽplũ ſurgit & oppidum. Pli. aũt ſcribit in/trorſus liberum oppidum delphi ſub mõte parnaſo clariſſimi in terris ora/culi apollinis: plura ſtrabo addit: Tor telii deliramẽta pene anilia de parna/ſo euſq; iugis meminiſſe piget: Tan/tum hoc addidiſſe mihi ſit ſatis heli/conem mõtem a parnaſo ſeparatum eſſe in boetia: citheronem uero in ea/dem boetia ſaltum fabulis carmini/busq; celebratum ac prope thebas fi/niri. ut ex ſtrabone: Mella: plinioq; le/gitur. In letifero certamine. ut ſępiſ ſime fecit in bello troiano teſte home ro. Hera tritonis rapidi. pallas trito nis appellata eſt ut ſcribunt Mella: & Lucanus a tritone fluuio aphricę dio dorus autem ſiculus etiam hoc teſta/tur: Sed alio in loco ait tradunt palla dem i creta ex ioue apud fontes trito/nis fluuii ortã: ex quo tritonia dicta.

Sæpe uagus liber parnaſi uertice ſummo
Thyadas effuſis euantes crinibus ægit:
Quum delphi tota certatim ex urbe ruentes
Acciperent læti diuum fumantibus aris.
Sæpe in lætifero belli certamine mauors
Aut rapidi tritonis hera: aut rhamnuſia uirgo
Armatas hominum eſt præſens hortata cateruas:
Sed poſtquam tellus ſcelere eſt imbuta nefando
Iuſticiamq; omnes cupida de mente fugarunt:
Perfudere manus fraterno ſanguine fratres:
Deſtitit extinctos natus lugere parentes.
Optauit genitor primæui funera nati.
Liber ut innuptæ potiretur flore nouercæ:
Ignaro mater ſuſternens ſe impia nato:
Impia non uerita eſt diuos ſcelerare penates:
Omnia fanda: nefanda malo permixta furore
Iuſtificam nobis mentem auertere deorum.
Quare nec tales dignantur uiſere cœtus
Nec ſe contingi patiuntur lumine claro.

Rhamnuſia. Nemeſis dea fuit apud antiquos contra ſuperbiam et odium culta dicta rhamnuſia a rhamnunte uico attico. ubi eius ſtatua agoracriti parii & phidię diſcipuli opus: ut teſtis eſt plinius & ſtrabo: qui addit plerof/q; ſenſiſſe id opus fuiſſe diopiti: legito plura apud plinium libro. xxxvi. cap. v. Hęc nemeſis in agro cizicено culta preſtanti templo: quod adraſtus con/didit inde & ibi adraſtia regio & adraſtia dea dicta eſt: legito ſtrabonem in. xiii. Nemeſis aũt latino no mine caret: q̃q̃ quidam fortunam eſſe autumãt: Nam & fortunę & nemeſeos eadem poteſtas idemq; numẽ uideꝛ: ut hic apud Catullũ ſuſpicari licet: Nemeſin aũt pro iuſtitia hic accipe poſſumus: ut apud heſiodum inuenimus ἀφανάτων μετὰ φύλον ἴ Τὴν προλίτων Τὸν ῥώπους ἀιδὼς καὶ νέμεσις Alii tamen hoc in heſiodi uerſu aliter interpretantur nemeſin: Sed Catulli carmina ſequentia indicãt quo de numine intellexiſſe heſiodum arbitrari debemus cum dicat pudor & nemeſis iuerunt ad im/mortalium cętum relinquentes homines: & catullus ſed poſtq̃ tellus ſcelere eſt imbuta nefando iuſti/ciamq; omnes cupida de mente fugarunt: Sic & ouidius nondũ iuſticiam facinus mortale fugarat: ulti ma de ſuperis illa reliquit humum: & Iuuenalis de iuſticia: de pudore: ſeu pudicia & iuſticicia iquit Pau latim deinde ad ſuperos aſtręa receſſit: Hac comite atq; duę pariter fugere ſorores. Perfudere ma nus. Sic & Ouid. uiuitur ex rapto non hoſpes ab hoſpite tutus: Nõ ſocer a genero fratrũ quoq; gratia rara eſt: imminet exitio uir cõiugis illa mariti: filius ante diem patrios inquirit in annos: uicta iacet pie/tas & uirgo cędę madentes ultima cęleſtum terras aſtręa reliquit. Optauit genitor. ut de catilina re/fert ſaluſtius. Ignaro mater. ut iocaſta oedipodę filio. Scelerare. ſcelere cõtaminare: ut parce pias ſcelerare manus: in tertio uirgilius. Penates diuos. Qui ſint dii penates Macrobius libro tertio ca/pitulo quinto accurate docet. Auertere. remouerunt: fugauerunt q̃. Iuſtificam. beneficã: nã boni/tas & benignitas: ſeu liberalitas dicitur quę ſunt inter iuſticię partes. Mentem. uoluntatem.

Tales. tam ſceleratos. Contingi. uideri: nam tangere tam ad oculos & animam q̃ ad ma/nus relatum inuenitur: ad animum ut papinius in achilleide. Nec ſolos tangit atridas iſte dolor: Ad oculos ut hic Catullus ad manus latiſſime patet. Lumine. aut Viſu: oculo: aut certe Lu/ce clara: nam nymbo aut nube ſepti ſe adeſſe ſignificant.

Et ſi me aſſiduo confectum cura dolore. hęc tertia totius operis pars elegos tantū modo cōtinet: nā ſuperius dictum eſt: Hoc opuſculum tris in partes a poeta diſtinctū uidetur. in lyrica carmina: i hexametra: ſiue heroica: & in elegos. ſcribit aūt hanc primam elegiā ad ortalum familiarē ſuū excuſans ſe nullis curis ex fratris morte ſuſceptis implicitū muſis & carminibus opam dare nō poſſe: ac obtēperaturū tamen eius petitioni quoad poſſit fatetur: petierat eni ortalus a poeta: ut callimachi elegiam berenicęę comę fabulas cōtinentē latinis uerſibus interpretaretur: qđ ſe factuꝝ poeta: & ſi curis affectum promittit: ne ortalus aut eā ſua laborē ſuſcipe noluiſſe aut petita negligentem amici oblitū fuiſſe ſuſpicaretur. Cura. męror ex fraterna morte ſuſceptus.

Doctis uirginibus. a muſis ois ſciętię pſidibus. Seuocat. remouet ſeparat.

Muſarū dulces foetus. quaſi eſt uerſuū: ſeu carminum diffinitio: carmina enim ſunt muſaꝝ foetus. Fluctuat. ęſtuat: concutit: uexatur. Hominū mens. non ſolū mea mens: ſed cuiuſcūq; hominis tantis maliſ quanta ſunt mea cōmouetur atq; pturbat animus

Tantis. quantis mea turbat. Nāq; nuper lethęo i gurgite fratris. ordo ę nanq; manans unda pallidulū pedē mei fratris alluit nuper in lethęo gurgite: per qđ ſignificat frātrem ſuum apud troiam extinctū iam ad inferos deſcēdiſſe: catullus eni ex bithynia in italiam reuertens fratrem in phrygia relictū paucis diebus poſt immatura morte raptū amiſit: cuius nunc interitum męrore teſtatur. Lethęo gurgite. nam q ad inferos deſcēdebant ſecuros latices & lōga obliuia potāt: a uę teribus putabantur: aut letheum gurgitem pro ſtygia palude ultra quam aię portātur charōtis cymba poſuit: lethen fluuiū ęt ſcribit lucanus & ſtrabo & plinius in cyrenaica regione aphricę: ſylius aūt italicus in primo lethen ſcribit in hiſpania: legito ſupraſcriptos auctores de lethe i hiſpania ſcribētes: ſilius i prio quiq; ſuper grantos lucētes uoluit harenas inferne referens populis obliuia lethes. Troia. triſyllabū adiectiuū eſt: ut uirgilius & troia gaza p undas. Littore rhęteo. rhęteum troię oppidum eſt in colle ſitū unde rhęteia littora dicta ſunt aiacis ſepulchro maxime illuſtria: hęc ex plinio ſtrabone: mella: dicūt: Lucanus & graio nobile buſtū rhęteum. Audiero nunq; tua uerba loquentē. Nunq; ego te uita frater amabilior. ordo eſt o frater amabilior uita: nūq; audiero tua uerba: nunq; te loquętē poſthac aſpiciā. Carmina. meos uerſus: q deberent alioqn cātari. Moeſta. moerētia pp mortē tuam. Qualis ſub denſis. Artificioſa ſimilitudo pathos mouendi cauſa: hinc tractū illud uirgiliānū de orpheo: qualis populea mersē philomela ſub umbra Amiſſos foetus queritē. Daulias. progne pādionis filia: uxorq; terei thracię regis in auem luſciniā conuerſa: notiſſima eſt apud Ouidiū fabula: cuius hiſtoricā ueritatē thucidides in ſecundo hiſtoriarum libro demonſtrat: Nam tereus nō in thracia ut noſtri ſcribunt: ſed daulię rex fuit: auli demq; in phocide ſitam tenuit: eſt autem daulia ſiue daulis in finibus boetię ad parnaſum montē pallisper ad orientem ſecundum delphos oppidum: ubi tireum thracem regnum tenuiſſe aiunt: eſt igitur auis quędam: que a grecis δαυλίας Dicitur: & quia progne ab athenis daulian tranſiens ibi cum uiro tereo habitauit: ideo ſimile & oppidi & auis nomen locum fabulę dedit: Daulis prius appellatum eſt id oppidum ut eſt apud homerum a poſterioribus daulia dictum: ſane non ignorandum quoſdam ſenſiſſe terei ſcelera: mutationeſq; illorum omnium in aues factas eſſe Daulię: ſed plinius & ſolinus ſcribunt q; bizia eſt arx regū thracię a terei nefaſto crimine muiſa hirūdinibus. Itylei. itys & itys leus dictus ē progneſ & terei filiuſi Τυλεύς. Propertius. in. iii. increpet abſūptū nec ſua mater itym.

Fata. dilaceratione. Aſſumpti: Cōſumpti: extincti. Expreſſa. ad uerbū fere cōuerſa & interptata.

AD ORTALVM.

Tſi me aſſiduo confectum cura dolore
Seuocat a doctis ortale uirginibus:
Nec potis eſt dulces muſarū expromere fœtus:
Mens hominum tantis fluctuat ipſa malis:
Nanque mei nuper lethæo in gurgite fratris
Pallidulum manās alluit unda pedem:
Troia rhœteo quem ſupter littore tellus
Ereptum noſtris obterit ex oculis:
Alloquar: audiero nunquā tua uerba loquentem
Nunquam ego te uita frater amabilior:
Aſpiciam poſtahc: at certe ſemper amabo
Semper mœſta tua carmina morte legam:
Qualia ſub denſis ramorum concinit umbris:
Daulias aſſumpti fata gemens itylei.
Sed tamen in tantis mœroribus ortale mitto

Battiadę.callimachus a batto cyrenaŕum rege:ac conditore fuit:ut ipſe de ſe ſcripſit originē conſe cutus: Ariſteus enim cognomine battus cyrni filius cōdidit cyrenē in aphricę auſtrali littore:uocauit/ q; cyrenen a cyrene puella ab apolline ex theſſalię monte pelio rapta:& in illam regiōem deportata: Inde regio cyrenaica uocata eadem pentapolitana dicta illuſtrat ammonis oraculo: his plura legito apud iuſtinum:& de regiōis Situ apud Plinium:Strabo autem ſcribit Cyrenē condidere therei:qui ex laconica profecti theran inſulam coluerunt: Thera olim calliſto dicebatur:ut callimachus ait nomine calliſto primum:ſed poſtmodo The/ ra dicta fuit tellus urbis origo meę:il lud quoq; animaduertēdum uidetur q; quā inſulam theran Strabo & cal/ limachus appellant:iuſtinus therame nen uocatam refert. Battiadę.calli machus a batto oriundus patria cyre nęus poeta ſimul:& grammatices ſtu dioſus fuit: ut ſcribit Strabo: Quidā Strabonis uerba negligenter accipiē/ tes dicūt duos fuiſſe callimachos unū poetam: alterum uero grammaticū: quum idem callimachus & grāmati/ cus:& poeta fuerit:Hic Callimachus poeta non diu poſt primi belli punici initium alexādrię apud ptolomęum regem celebratus fuiſſe dicitur ab. A. gellio libro. xix. Sponſi.amantis:q cupit illius puellę fieri ſponſus:ut ma ritus dicitur non tantum qui eſt: ſed etiam qui eſſe cupit:Virgilius Quos ego ſum totiens iam dedignata ma/ ritos. Virginis.amicę puellę: quā adamat adoleſcens:hęc ſimilitudo cauſa ornandi tendit ad obliuionis imprudentiam oſtendendam.

Hæc expreſſa tibi carmina battiadæ:
Ne tua dicta uagis nequicquam credita uentis
Effluxiſſe meo forte putes animo:
Vt miſſum ſponſi furtiuo munere malum
Procurrit caſto uirginis e gremio:
Quod miſeræ oblitæ molli ſub ueſte locatum
Dum aduentu matris proſilit excutitur:
Atque illud prono præceps agitur de curſu
Huic manat triſti conſcius ore rubor:
Omnia qui magni diſpexit lumina mundi:
Qui ſtellarum ortus comperit atq; obitus:

Huic .uirgini:cui pomum imprudenter excidit. Omnia qui magni diſpexit lumina mundi. Hęc ſunt carmina ex callimacho a poeta tranſlata:& ortalo petenti promiſſa tandemq; donata:in quibus a callimacho expreſſa fuerat crinium Berenices hiſtoria:ſiue fabula huiuſmodi: Quum ptolomęus berenicen ptolomęi:& Ariſtōis filiam ſororemq; ſuam duxiſſet uxorem:ac paucis poſt diebus Aſiam oppugnatum profectus eſſet: uouiſſe Berenice dicitur: Si uictor ptolomęus rediiſſet ſe detonſuram crinem ſuum quo uoto damnatos crines in uenerē Arſinoes conſecratos diſpoſuit templo:eos quoq; poſtero die nō comparuiſſe ferunt:quod Quum rex ęgre ferret Conon ſamius mathematicus cupiēs regis inire gratiam dixit crinem inter ſydera uideri collocatum: & quaſdam uacuas a figura Septem ſtellas oſtendi quas eſſe crinem fingeret. Hanc Berēnicem nonnulli cum callimacho dixerūt equos ale re:& ad olympia mittere ſolitam: Alii dicunt hoc amplius ptolomęum Berenices patrem multitudine hoſtium perterritum fuga ſalutem petiiſſe:filiam autem ſępiſſime conſuetam inſiluiſſe in equum & re liquam exercitus copiam conſtituiſſe:complureſq; hoſtium interfeciſſe:reliquos in fugam conieciſſe: Addit autem his callimachus berenicem magnanimam fuiſſe: Heratoſthenes uero his amplius Dicit eam uirginibus leſbiis dotem cuiq; reluctam a parente:quā nemo ſoluerat iuſſiſſe reddi: Hi Crines igi/ tur Berenices ſeptem ſtellis Configurati a Conone ad leonis caudam in triangulo ſunt collocati: Hęc omnia a callimacho in regis cui gratus erat gratiam & aſſentationem conſcripta Catullus non minus ingenioſe q; eleganter Interpretat:apud callimachum igitur Coma:uel crinis Berenices Sic loquitur Catullo interprete. Omnia qui magni diſpexit lumina mundi.ordo eſt ille Conon qui omnia lumi na mūdi diſpexit:quiq; cōpit ortus: & obitus ſtellarū:ac ut ſolis nitor obſcuret:& ut ſydera certis tē poribus decedāt:atq; ut triuiā ſub latmia ſaxa relegās dulcis amor deuocet a gyro aerio:idē ēt me cę/ ſarię uidit in cęleſti munere e Bereniceo uertice clare fulgētē. Diſpexit.diſquiuit p ueritatē diſcreuit ac dignouit: Virgilius: nec auras diſpiciunt clauſi tenebris & Carcere cęco: Terentius in andria iam aliquid diſpiciam. Mundi.cęli:ut Plinius mundum & hoc quod nomine alio cęlum appellari libuit.

Rapidi.uelocis Virgilius geor. Si uero ſolem ad rapidum lunaſq; ſequentes ordine reſpicies.

Obſcuret.eclipſin patiat.Rationem defectus utriuſq; ſolis.ſ.& lunę primus Romani generis in uul
gus extulit ſulpitius gallus:qui Cōſul cū.M.Marcello fuit:Sed tunc tribunus militū ſolicitudine exer/
citu liberato pridie q̄ perſes rex ſuperatus a paulo eſt in concionem ab imperatore productus ad prę
cinendam eclipſin mox ut compoſito uolumine: Apud grecos autem inueſtigauit primus omnium
thales mileſius olympiadis.xlviii.anno quarto prędicto ſolis defectu: Qui ſub halyatte rege factus
eſt urbis conditę anno.clxx.plura legito apud plinium. Cedant.diſcedant ex aſpectu noſtro:neque
amplius per certa tempora nobis appareant. Amor.Endymion lunę fuit amator:ut fabulę perſua/
ſerūt:& Cicero in prio thuſculārum
ſcribit:latmos carię mons eſt:In quo
Endymion lunaribus pnoſcēdis cur/
ſibus a luna ſopitus fuiſſe tradit: Nā
ut pli.ſcribit luna mō humilis:mō ex
celſa ē:& ne id qdē uno mō ſed alias
admota cęlo alias cōtigua montibus
nunc in aquilonē elata nūc in auſtros
deiecta:Quę ſingula in eā deprehen/
dit primus hominū Endymion:& ob
id amore eius fama traditus. Co/
nō.duos conones memoratu dignos
fuiſſe compio:Alterę clarū athenien/
ſium ducem a iuſtino:ęmylioq; pro/
bo egregie laudatū:Alterum illuſtrē
aſtrologum natiōe Samiū: De quo
hic Catullus agit & multa ſunt a me
ſuperius cōmemorata. Bereniceo
uertice.ex capite berenices reginę ϸε
ρενίκη grece ſcribit:unde apparet er
ror illorū:qui aut Beronice p o In ſe/
cunda ſyllaba ſcribunt: aut Bernicę
triſyllabum legi debere ſentiunt: Il
la.Berenice. Multis dearū.multis
deabus greca conſtructio per multas
deas itelligere poſſumus uenerē amo
ris:& coniugii prędem:lunonē nu/
ptiarū & matrimonii curā habētem:
ac palladem deam bellorum:quibus
ptolomęus Berenices maritus detine
batur:gratias itē Quę amoris & Be/
niuolentię fautrices ſunt. Auctus.
potentior:ac fęlicior factus. Qua
rex tempeſtate.codices deprauati ha/
bent quare ex tempeſtate: Cum ſit legendum qua rex tempeſtate:& eſt ſenſus:& ordo Berenice pol/
licita eſt Cęſariem ſuam fulgentem ea tempeſtate:qua rex ptolomęus auctus nouo ſororis Berenices
matrimonio iuerat uaſtatum aſſyrios ſecum afferens amoris Coniugalis ſigna. Protēdens.ad cę
lum eleuans. Qua tempeſtate.Quo tempore. Veſtigia.Signa intēperati amoris morſus unguiūq;
uirgineorum ſigna Dicit & notas Quas puella marito primitias uiolenter auferenti infixerat pro pu/
dicitia pugnans. Nocturnę rixę.coitus:ut Virgilius Bella nocturna dixit.At non in uenerem ſegnes
nocturnaq; bella. Exuuiis uirgineis.pudicitię uirgineę expoliatione;& uictoria;qua potitur mari/
tus primo Cū Sponſa Congreſſu. Eſt ne nouis nuptis odio uenus.tacita eſt quęſtio ad id quod dixit
nocturnę rixę Spolia.pugnāt ne:aut rixant nouę nuptę cum ſponſis ſuis propter uenerei coitus odiū
habēt ne odio uenerem. Fruſtrantur.uana ne faciunt parentum gaudia nouę nuptę. Gaudia.nu/
ptias:& Coniugia filiarum. Falſis.fictis ſimulatis. Vbertim.abundanter. Non.ſubaudias fal
ſis lachrymis fruſtrantur parentum gaudia:Sed ueris lachrymis gemunt:& eſt reſpōſio facta obiectio
ni. Ita me dii iuerint.iurisiurādi modus ē. Vera gemūt.ſ.nouę nuptę p parēthesim legant hęc duo
uerba:Notanda ē prima ſyllaba:quā licenter corripuit in hoc uerbo iuerit:iuerit autē pro iuuerit per
ſyncopen ut audierit pro audiuerint. Id,ſ.qđ uera gemūt. Nouo uiro.marito ptolomęo. Tu.o re
gia berenice. Luſti.pro luxiſti. Orbū.marito priuatū Cura.q̄ de uiro abſētę cōcepiſti:aut qñ poſtq̄.

Flāmeus ut rapidi ſolis nitor obſcuretur:
Vt cedant certis ſydera temporibus:
Vt triuiam furtim ſub latmia ſaxa relegans
Dulcis amor gyro deuocet aerio:
Idem me ille conon cœleſti munere uidit
E berenicæo uertice cæſariem:
Fulgentem clare quam multis illa dearum
Leuia protendens brachia pollicita eſt:
Qua rex tempeſtate nouo auctus hymenæo
Vaſtatum fines iuerat aſſyrios:
Dulcia nocturnæ portans ueſtigia rixæ:
Quam de uirgineis geſſerat exuuiis:
Eſtne nouis nuptis odio uenus:atq; parentum
Fruſtrantur falſis gaudia lachrymulis:
Vbertim thalami quas intra limina fundunt:
Non ita me diui:uera gemunt:iuerint.
Id mea me multis docuit regina querelis
Inuiſente nouo prælia torua uiro.
Et tu non orbum luſti deſerta cubile
Sed ffatris cari flebile deſidium:
Quum penitus mœſtas exedit cura medullas
Vt tibi tunc toto pectore ſollicitæ

Ereptis ſenſibus.propter mentē:& animū męrore oppreſſum propter mariti & fratris diſceſſum.
Magnanimā.ſic & eallimachus magnanimā appellauit teſte hyginio:Quoniā patrē hoſtiū multi/tudine perterritū:ac fugientē In equū inſiliens protexerit:& exercitus paterni reliquias cōſtituerit:plurimoſq; hoſtiū tum interfecerit:tū in fugam coniecerit. An ne bonū oblita es.comę conſolatio ad dominā ſuam Berenicen. Fortior auis.auſpiciū potentius nihilo q̄ ſit hoc Coniugiū regiū & frater/nū aut fortior iō dixit:quoniā inter multas aues apparētes auſpiciū a fortiori aue Capiebaī: De auſpice nuptialibuſq; auſpiciis ſuperius Dixi in Iulię & mālii epithalamio. Mittens.dimittens:Moeſta uero dixit ne uideretī prę impietate:atq; feritate uirū a ſe libēter dimiſiſſe. Quę.Qualia q̄ triſtia. Iuppiter.uocatiuus per exclamationem. Triſti.tibi Berenice. Mutauit.a rixa nocturna ad tantam erga fratrem pietatem:ut eius abſentiam tanto męrore proſequeris.

Tantus.tā potens. An.ſubaudias cauſa eſt:ut ſit ſenſus an aliqs deus te mutauit:an cauſa tā ſubiti męroris ē q̄ amantes amantiū abſentiam moleſte ferunt Plautus in gurg.Anime mi procul amātem abeſſe haud cōſenta/neū eſt. Pro cunctis.unū pro abundat:ut ſit ordo atq; cunctis diuis pol/licita es pro coniuge dulci:aut pro cūctis diuis.i.ante omnes diuos:nā pro interdū ſignificat ante ut pro templo ante templum. Aſiam.aſſyriā aſię partem. Quis.pro quibus. Factis. uotis nuncupatis. Diſſoluo.p dięre/ſim quattuor ſyllabas fecit. Digna ferat.ſenſus eſt cum ſuperioribus cōtinuatus:ſic ordo ē Iuro tuum caput: quod ſi qs inaniter:& falſo adiurare auderet ferat ſupplicia digna ſuo periurio:eſt autē iuriſiurandi facti affirmatio. Quod.caput tuum. Inaniter.falſo uanę. Ferat.patiaī:digna cōuenientia ſuo periurio.

Sed quis ſe ferro poſtulet eſſe parem.continuaī ſententia cū ſuperioribus:ſic ego inuita ceſſi de tuo uertice:ſed ferro me tondenti reſiſtere nequiui:quoniā nemo auderet pari duricia reſiſtere ferro:quo durius eſt fere nihil. Ille mōs.mōtis exēplo ferri duritiem indomitā eē probat.Mons athos iter macedoniā:& thraciā ſitus eſt:Ideo ab homero thracius dictus & a mella inter Thracios fines deſcriptus ē: a plinio uero & a pleriſq; aliis latinis auctoribus in macedonia ponitur:Hic mons a planicie excurrit in mare p ſeptuagintaquinq; milia paſſuum:Ambitus radicis centū quinquaginta milia colligit:oppidum in cacumine fuit acroathon plinii tēporibus erant uranopolis:paleotron:thyrſus:oleon:apollonia:cuius incolę Macrobii noīanī:Nam ut ferunt ibi dimidio longior q̄ in aliis terris ętas habitātium erat:Ipſe aūt athos adeo elatus eſt:ut Credaī etiā altius q̄ unde imbres cadūt ſurgere:Capit opinio fidem quia de aris:quas in uertice ſuſtinet non abluiī cinis:ſed quo relinquiī aggere manet:hunc autem montem xerſes rex pſarum continenti abſcidit in longitudine paſſuum mille quingentoq; pſoſſiumq; tranſnauigauit:ac freto nauigabili egit puiū:hęc ex plinio atq; Mella:Duplici uero terminatiōe apud latinos gręca tñ litteratura inueniī prolatus: Nā & athos ut androgeos attica declinatiōe diciī .ut luuenalis uelificatus athos:& qcqd gręcia mendax:aliter aūt uerſus claudicaret:ut ē apud Vir. Quātus athos aūt quantus erix:Non ignoro tamen Seruiō aliter uiſum fuiſſe:ſed eruditiores hac in parte hoc diligētius aiaduertāt:legiī itē alia terminatiōe athon hinc Cicero.iii.de rep.accuſatiuū a tertia latinitatis inflexiōe protulit ſcribēs:Quid ergo illa ſibi uult abſurda exceptio:niſi qs athonē pro monumēto uult fūditus efficere.Staſicrates aūt qdam(ut Plutarchus i alexādri uita ſcribit)pollicitus ē alexādro id nō ei aſſentiēti ſe fabricaturę mōtē athon in humanā effigiem. Mons.ordo eſt ſuper quem uehitur.

Senſibus ereptis mens excidit:atque ego certe
Cognoram a parua uirgine magnanimam.
An ne bonū oblita es facinus:q̄ regiū adepta es
Coniugium:quod non fortior auxit auis?
Sed tum mœſta uirū mittēs quæ uerba locuta es
Iuppiter ut triſti lumina ſæpe madent.
Quis te mutauit tantus deus:an quod amantes
Non longe a charo corpore abeſſe uolunt:
Atque ibi pro cunctis:pro dulci coniuge diuis
Non ſine taurino ſanguine pollicita es:
Si reditum tetuliſſet is aut in tempore longo
Captam aſiam ægypti finibus addiderit:
Quis ego pro factis cæleſti reddita cœtu
Priſtina uota nouo munere diſſoluo.
Inuita o regina tuo de uertice ceſſi
Inuita:adiuro teque tuumque caput:
Digna ferat quod ſi quis inaniter adiuraret:
Sed qui ſe ferro poſtulet eſſe parem:
Ille quoq; euerſus mons eſt quē maxima natu

Progenies phthię.gens theſſalica:nã mõtis huius imanis t Mella ſcribit tenẽt partę pelaſgarum colo nię: Theſſalia uero teſte ſtrabone atq; plinio argos pelaſgicum dicitur inter eruptiones pęnei:& ther/ mopylas uſq; ad montanum pindi tractum:quoniam:& illorum locorum pelaſgi exiſtunt: Tota nãq; theſſalia quattuor in partes diuiditur:una pars uocatur phthiotica:altera eſtioeotia tertia thalaſſioti ca.i.marina:quarta pelaſgia. Maxima natu.alii omnes fere codices habent maxima in oris:ſed quũ nullus niſi puerilis ſenſus elici poſſit:ac inelegans ſit duo epitheta iter ſe indiſtincte apponi idem ſigni/ ficantia ego Catulli elegãtia monitus ac hiſtoria inductus maxia natu legẽ dũ arbitror:Nam ut Plinius & mella docent maximi natu efficiunt athon Incolentes ſũmũ:ibi enim dimidio lõ gior q; in aliis propinquis terris ętas habitãtiũ ſunt:bene igitur maxima na tu phthię clara progenies: ſi legitur i oris ordo ſit in oris phthię:alii legũt in orbe:qđ nõ placet. Medi.pro per ſis:ut Iuuenalis Epotaq; flumina me/ do prandẽte. Prorupere.prorũpẽ do fuderunt. Mare nouũ.per loca noue perfoſſa trãſmiſſum. Quũq; per medium athõ nauit. exephegeſis p̃cedentis ſententię. Claſſi.pro claſ ſe neceſſitate metrica:ut uictrici Luca nus protulit pro uictrice. Et qui pri cipio ſub terra quęrere uenas inſtitit. Dactyli idęi ferrũ reppererũt ut dio dorus:& Euſebius ſcribũt:Plinius au tem de hoc copioſius tractãs ait Aes conflare & temperare Ariſtoteles ait lydum ſcythen monſtraſſe. Theophraſtus delan phrygem putat. Aerariam fabricam alii chalybas alii cyclopas:ferrum heſiodus in creta eos qui uocati ſunt Dactyli idęi: ferrum autem optimum uitę peſſimumq; inſtrumentum habetur:Siquidem hoc tellurem ſcindimus:Serimus arbuſta ponimus po/ maria uites ſqualore deciſo annis omnibus Cogimus inueneſcere:Hoc extruimus tecta Cędimus ſa/ xa:omneſq; ad alios uſus ferro utimur:ſed eodem ad bella:Cędes:latrocinia:non cõminus ſolum:ſed etiam miſſili:uolucriq; nunc tormentis excuſſo: nunc lacertis:nunc uero pennato: quam ſceleratiſſi/ mam humani ingenii fraudem arbitror:hęc plinius. Inſtitit.Inſtanter:& ſtudioſe curauit. Frange/ re.domare temperare. Comę.crines dominę meę In uertice relicti:nam omnes non fuerant uoti: nec omnes deciſi.Sed pars maxima in Dominę capite remanſerat. Abiunctę.a me ſeparatę. Lu/ gebant mea fata.quoniam ego pars crinium reginę capite priuata forem. Fata.Infortunia mea.

Quum ſe memnonis ęthiopis.ſenſus Comę ſorores meę lugebant Quum aurora memnonis pa/ rens alata obtulit ſe mihi cum equis cloridos in urbe arſinoes:& me de tẽplo tollẽs aduolat per ęthe/ reas auras:& in ueneris gremio collocauit:at uenus cęli templa conſcendens me inter Sydera Conſti/ tuit.parens memnonis fuit aurora tithoni cõiunx.Virgilius Nunc quibus aurorę ueniſſet filius armis: Aeſchylus autem memnonis matrem caſiam uocat. Ales.alata. Vnigena.unici memnonis pa/ rens:Solum enim memnonem ex tithono genuit. Obtulit ſe.ſcilicet mihi in templo poſitę. Equis chloridos. equis quibus chloris zephyri uxor uehitur. Arſinoes.ideſt in urbe quę arſinoe dicit:& genitiuus caſus eſt fungens uice aduerbii in loco ſignificantis:ut Veronę ſum:Arſinoe autem Ciuitas eſt in aphricę parte quę cyrenaica dicitur hęc urbs arſinoe aliquando dicta eſt teuchria: ut Plinius & Strabo ſcribunt:eſt alia urbs arſinoe in cypro.Alia item in Aetolia:cuius Strabo ſic meminit:ędifica/ uit autem Arſinoem illam Arſinoe ſecundi ptolemęi ſoror ſimul & coniunx commode ad ache/ loi tranſitum ſitam. Chloridos.chloris florum dea ueneris filia zephyri uxor a Romanis flo ra dicit mutatis litteris Vt Ouidius in Quinto Faſtorum ingenioſe Interpretatur: floram autem Plutarchus Bonam deam eſſe aſſerit: Quę uero Sit bona dea legito apud Macrobium libro pri mo Saturnalium Chloris Item apud Propertium In ultimo nomen eſt ueneficę mulieris.

Progenies phthyæ clara ſuperuehitur:
Cũ mœdi prorupere nouum mare cũq; iuuentus
Per medium claſſi barbara nauit athon:
Quid facient crines? cum ferro talia cedant?
Iuppiter ut telorum omne genus pereat
Et qui principio ſub terra quærere uenas
Inſtitit:ac ferri frangere duritiem.
Abiunctæ paulo ante comæ mea fata ſorores
Lugebant:cum ſe memnonis æthiopis
Vnigena impellens nutantibus aera pennis
Obtulit arſinoes chloridos ales equis:
Hiſque per æthereas me tollens aduolat auras
Et ueneris caſto collocat in gremio:

Ipſa ſuum zephyritis eo famulum legarat
Grata canopeis incola littoribus:
Scilicet ut uario ne ſolum in limite cœli
Ex ariadnæis aurea temporibus
Fixa corona foret: ſed nos quoque fulgeremus:
Deuotæ flaui uerticis exuuiæ
Vuidulum a fluctu cedentem ad templa dione
Sidus in antiquis diua nouum poſuit:
Virginis & ſæui contingens nanque leonis
Lumina calliſtœ iuncta lycaoniæ
Vertor in occaſum tardum dux ante booten:

Ipa zephyritis. chloris zephyri uxor aut certe zephyritis uenus ſic dicta a zephyrio ęgypti promõtorio: qđ ueneris Arſinoes ſacellũ hẽt: ut Strabo docet: ẽ itẽ zephyrium aliud i cylicia.

Legarat. miſerat: & ẽ uerſus ſpõdaicus ſic legẽdus ipſa ſuũ zephyritis eo famulũ legarat: alii ſcribũt famulũq; legarat: ſed nõ ſtat Syllaba: quũ legarat primã producat. Suũ ſa. nuncũ aliquẽ ſuũ miſerat. Eo. ad urbẽ arſinoen ad illũ crimẽ accipiẽdũ: ut Inter ſydera collocaret. Incola. zephyritis hitatrix: & incola grata littoribus ęgyptiis manifeſte itelligit de uenere: nã ęgyptii uenerẽ colũt: ut apud tentiritas: ẽ itẽ in ęgypto i regiõe thebaica ueneris Ciuitas: ut Strabo docet: iõ ait Catul. grata. Canopeis littoribus. nã Canopus urbs a canobo amyclęo claſſis menelai gubernatore ibi ſepulto dicta centũ & uiginti ſtadiis ab alexandria diſtat i hoſtio nili ſita canopico appellato. Grata canopeis litto. quoniã ibi plurimis i locis colit: ut dixi: ſiue q illę gẽtes molliſſimę ac uenereę ſũt: & iõ molles: & effęminatę a poetis Dicũt: Lucanus peluſiaci tã mollis turba Canopi: & luue. Barbara famoſo non cedit ripa Canopo: papinus i ſyluis: curua terapnęi laſciuiat ora cãopi: ẽ itẽ ut ſcribũt pli. & hyginius canopos ſtella ad polũ antarcticũ: canopos aũt inſula flumine abluit nilo: de canopo inſula nemo quẽ adhuc legerim pter hyginiũ ſcripſit. In uene. gre. uenus ut papinius i ſyluaꝝ prio ſcribit ſedẽ ſuã: & thalamũ hẽt i lacteo circulo: de quo multa & hyginius fabuloſe: & Macro. hiſtorice ſcripſerũt: papinius: forte ſere nati qua ſtat plaga lactea cęli Alma uenus thalamo pulſa mõ nocte iacebat amplexu duro getici reſoluta mariti fulcra toroſq; deę teneꝝ pmit agmẽ amoꝝ. Vt ne. parelcõ: nã ut abũdat. Limite. termino: circulo zodaici: nã circuli ſeu maiores: ſeu minores qdã ſũt cęli termini ac limites ſignoꝝ ac ſydeꝝ loca diſterminãtes. Zonã aũt arcticã: i qua ſita ẽ ariadnes Corona demõſtrat: Beronices aũt crines ad antarcticã zonã figurati ſũt: ut infra dicet. Dione di. uenus a matre denoiata. Vuidulũ. me crinem madidũ: & ſuauiſſimis unguẽtis imbutũ: ut ipe crinis infra inqt: unguẽtis una milia multa bibi. Cedẽ tẽ a flu. diſcedẽtẽ a nili undis: nã iter ęgyptũ & regionẽ cyrenaicã: i qua ẽ arſinoe: & ueneris tẽplũ nilus iterfluit aphricã ab aſia diſterminãs. Ad tẽ. ſ. ueneris arſinoes: aut certe accedentẽ ad cęli tẽpla: nã & cęli cõuexa tẽpla dñr: ut. n. Var. perite docet: tẽplũ tribus modis dicit a natura ab auſpicãdo a ſimilitudine natura i cęlo ab auſpiciis i terra a ſimilitudie ſub terra: Terẽ. i eunucho atq; deũ feciſſe q tẽpla cęli ſũma ſonitu cõcutit: et pacuuius i hecuba: o magna tẽpla cęli cõmiſta ſtellis ſplẽdidis. Sydus no. in ãti. ſydus nouũ Inter ãtiqua ſydera. Virginis & ſę. cõ. nãq; leo. lu. ordo ẽ nãq; ego cõtingẽs leonis & uirginis lumina iũcta calliſtoe lycaonię uertor i occaſũ. Lumina. ſtellas i qbuſdã codicibus legit cal liſto iuxta lycaoniã: ſed ſyllaba ſic legi uetat: nã iuxta producit ultimã. Iũcta. ſ. numia. Calliſtoe. data uus græcus τῆ καλλίςοι ut ἡ λητὼ τῆσ λητόοσ ἢ τοῦς τῆ τοῖ. Lycaõię. calliſto dianę miniſtra lycaõis filia i urſã maiorẽ cõuerſa ab Oui. latiſſime decãtat: cuius fabulas multipliciter tractatas: q uolet plenius apud hyginiũ iueniet: huius aũt beronicęi crinis locus & ſi his i carmibus icertus: & pobſcurus uidet: ac mõ i arctica plaga: ut hic mõ in auſtrali ut infra i ultimis carmibus apparet: certã tñ Cat. huic ſyderi ex callimacho affert collocationẽ: hic. n. crinis iter leõis caudã: et uirginẽ ad auſtrale zodiaci latus ſitus utrũq; uidet cõtingere ſignũ: leõis aũt ſignũ extendẽs ſe ad zodiaci latus arcticũ. i. circulũ ęſtiuũ: i quo ãteriores pedes fixos hẽt tã prope urſã maiorẽ ẽ: ut eã cõtingere appareat: Ariadnęę autẽ coronę bootę uirgis: leõiſq; ſignoꝝ: q hic a Catul. tãguit: & hiſtorias ab hyginio copioſiſſime narratas: & partim ab Oui. tractatas breuitati ſtudẽs ptereo: nõ. n. hęc puerilibus igeniis aut litteraꝝ experti bus: ſed his ſtudioſis iuuenibus q ferulę manũ ſuppoſuerũt ſcribũt. Dux. qa illũ pcedo: bootes iõ tardus appellat: quoniã ad occaſũ tẽdẽs tãtũ tpris i pagẽdo minimi circuli arctici ſpatio cõſumit: quantũ ſigna zodiaci i toto mũdo reuoluẽdo: aut ut ſcribit hyginius: iõ ſero occidere dicit: q magis erectus a pedibus puenit ad terrã: ſic luue. Pigri ſaraca bootę: dixit: Luca. aũt auſtralis climatis rõne dixit lucet & exigua ueloxibi nocte bootes. Vix ſe. mer. quis tã breuẽ Diurno ſpacio circulũ pagẽdum hẽat ſero aũt mergit rõne: ac reſpectu climatis qntu: qđ ab aſtronomis dicit diaromes: Nã reſpectu quarti climatis dialexãdrias ſeptemtriões nõ uidet Troglodytice: nec cõfinis Aegyptus pari ratione dixit ſupra uertor in occaſum crinis Berõices: quem Italia ideſt clima quintum non cernit: Sed occidiſſe noſtro climati uidetur: quum non appareat Boote ad occaſum tendente: Plinius ſeptentriones non Cernit Troglodyticæ: & confinis ęgyptus nec canopum Italia: & quem uocant Beronices crinem.

Alto oceano.altum dixit reſpiciens ad arcticum in quo bootes eſt uertice:Ná hic uertex nobis ſem per ſublimis eſt:ideo a mari alte diſtare uidetur aut certe epitheton ſit perpetuũ oceani :qui ut placet mathematicis altior terra eſt. Sed q̃;q̃ me nocte p̃munt ueſtigia diuum.Horũ octo ſequentiũ uerſuũ hic uidetur ſenſus:Sed pace tua rhanuſia nemeſis hic fari mihi liceat q̃;q̃ ego Coma in cęlo conſtituta hominibus noctu appareo:ac luce oriente in occaſum mergor nõ tamẽ his cęli honoribus tantum lę tor:quantũ doleo:& diſcrutior me abeſſe a domina mea Beronice:Cum qua multarũ Delicia parti ceps fiebam:Ordo autem talis eſt:ſed ego nõ tam lętor his q̃;q̃ nocte diuo/ rũ ueſtigia me p̃munt:luce autem re/ ſtituor thetidi canę:Cętera per parẽ/ theſin leguntur: Veſtigia diuum me nocte p̃munt.i.noctu uideor in cęlo: ubi deorum pedes in cęlo exiſtẽtium me premere uidentur: eſt hoc quan/ tum ad ad hominum aſpectum: quia noctu hoc ſydus apparet:mane autẽ dicitur in occaſum demergi:Crit̃ eni Cronice in ueſpera mane aũt in occa ſum deſcendit. Thetidi canę.ocea/ no Cano propter ſpumoſas undas.

Rhamnuſia.nemeſis:quę ſuperbis: & ambitioſis ifeſta es: Quaſi hęc uer ba ſuperbientis uideãtur. Sydera. Quę cõtumeliis a me affici uidentur: quũ eorę cętum ſpernã. Dictis.cõui ciis. Diſcerpant.lacerẽt me ſibi ifen ſam. Euoluã.explicem:effundam: ẽ aũt euoluã quattuor ſyllabarę p dyę reſim. His rebus.apparitiõe noctur na:& diurno occaſu. Abfore abfo re:abeſſe.eſt aũt cõduplicatio ad mẽ/ tis effectum exprimendũ. Dominę. reginę beronices. Qui cũ.cum qua domina:aut cũ quo uertice Fuit ex pers.caruit q̃;tum ad cętera p̃ter Ca/ put membra:tãtũ eni capillos unguẽ tis imbuebat. Omnibus unguentis. noua:& inuſitata Conſtructio:quum expers apud omnes fere auctores linguę latinę cum genitiuo conſtruatur:Dicimus enim expers cura/ rum expers culpę. Multa milia.ſ.unguentorum.unguentorę originẽ atq; delicias legito apud Pliniũ libro.xiii. Nunc uos optato.nouas nuptas hęc coma hortatur:ut ſibi inter ſydera collocatę libent: & ſacrificent ſua unguenta:uiris autem ſuis unanimis non unguenta:Sed pro ſummis delicius papillas nudas tradant:ordo eſt nunc uos nouę nuptę:quas optato lumine teda coniunxit tradite unanimis cõ iugibus papillas reiecta ueſte nudatas.Onyx ueſter libet mihi q̃ lucunda munera:dico onyx ueſter: o uos quę Cupitis lura Caſto cubili. Teda.nuptiarum celebratio:Quę p̃latis tedis fiebat. Lumine. optato.Nam ſponſi miꝛ immodum optant prę ferendarum facum horam. Vnanimis non poſt uin cula.Qui non poſt uincula cõiugalia:ſed multo ante ueſtri amatores uobis ſunt facti unanimes. Tra dite nudatas papillas coniugibus.uiris ueſtris papillas nudantes & unguento mihi:& in meum honorẽ libato perfuſas tradite. Onyx.lapis eſt p̃tioſus quo unguentarię ampullę fiebant:eſt autem onyx gẽ ma:cuius Plinius ſic meminit:exponẽda etiam ẽ onycis ipſius natura propter nominis ſocietatem hoc in gemma tranſilit:& a lapide ex carmania Sudines Dicit in gemma eſſe Candorem unguis humani ſi militudine:& infra ueꝛ autem onycem plurimas:uariaſq; cũ lacteis zonis habere uenas. Libet mihi. aut comis inſpergat:poſuit eni ſe pro toto comaꝛ puellariũ genere aut libet mihi.i.in honorẽ meũ pa pillis inſpergebat:prior expoſitio magis placere poteſt. Irrita dona. unguenta euaneſcentia In au/ ras & puluerem. Irrita.nihil proficientia:mihique diſplicentia o nuptę matrimonium colentes.

Qui uix ſero alto mergitur oceano.
Sed quanquam me nocte premunt ueſtigia diuũ
Luce autem canæ reſtituor thetidi:
Pace tua fari hic liceat rhamnuſia uirgo
Nanque ego non ullo uera timore tegam:
Nec ſi me infeſtis diſcerpent ſydera dictis
Condita quin uere pectoris euoluam :
Non his tam lætor rebus: quã me abſore ſemper
Abſore me a dominæ uertice diſcrutior :
Qui cũ ego dũ uirgo quondã fuit omnibus exps
Vnguentis una milia multa bibi:
Nunc uos optato quas iunxit lumine teda
Non poſt unanimis uincula conungibus.
Tradite nudantes reiecta ueſte papillas.
Quam iucunda mihi munera libet onyx
Veſter onyx:caſto petitis quæ iura cubili .
Sed quæ ſe in puro dedat adulterio:
Illius aura leuis bibat & dona irrita puluis
Nanque ego ab indignis præmia nulla peto:
Sed magis o nuptæ ſemper concordia ueſtras
Semper amor ſedes incolat aſſiduus:

Tu uero regina tuens quũ ſydera diuã placabis feſtis luminibus uenerẽ ſanguinis expertẽ. ordo eſt o regina nõ uotis: ſed potius largis muneribus effice me nõ eſſe tui ſanguinis expertem: quũ diebus feſtis intuens ſydera placabis diuam uenerẽ: ut ſit ſenſus tu diebus feſtis ueneri litans nõ ſolũ uotis: ſed etiã largis ſacrificiis & donis oſtede me eſſe tui ſanguinis participem. Votis. precibus. Sed potius largis muneribus. ideſt non ſolũ uotis: ſed etiam muneribus. i. donis & ſacrificiis precioſis: ut unguentis odoribus uictimis. Votis: omnes fere codices deprauati habẽt ueſtris: ſed ego uerbis ſequẽtibus mõitus emendandũ arbitror: quoniã correctio eſt rhetorica: ut ſit ſenſus nõ tantum uotis & ꝑcibus: ſed potius muneribus effice. Sydera cur iterẽt utinã coma regia fiam. Senſus eſt ad qd uti litatis aut ad quã iucunditatẽ ſydera ſũt i cęlo: quũ ortus & occaſus totiẽs ſit cũ moleſtia iterãdus ac ſi dicat cęleſtis ſedes nihil boni habere mihi uidetur: quũ ortus & occaſus totiens cũ moleſtia ſit repetendus. Cur. ad qd quã utilitatem quaſi dicat ad nullam. ex cõparatione capitis reginę: in quo nõ iterabã: ſed fixa & ꝙeta ſemp manebã. Iterent. ortum & occaſum repetãt: nunc oriant & cęlũ aſcendãt: nunc occidant & terras ſubeant. Fiã coma regia. in reginę meę caput reſtituã. Proximus hydrochoi fulgeret aorion. i. ſi fierẽ regia coma: tunc aquarius & orion ſydera nullo interſtitio ſeparata fierẽt propinqua. nam hęc coma ut partim ſupius dictũ eſt ad ieõis caudã apud uirginem ita ſita eſt ut ab aquario: cui uicinus eſt orion: non multũ diſtet. Aorion. hęc eſt uera huius loci lectio alii aũt legunt oyrion diuiſa diphthongo impite: penultima eni fieret breuior: quũ apud oẽs poetas producat̃: ſed legendũ eſt Aorion nulla diphthongo diuiſa: nõ eni ab orione deducit̃ ꝙꝙ idẽ eſt ſignũ ſed aorion enſiger dicit̃ Τὸ ἄορ. eni ſignificat enſem inde aorion quaſi enſifer: ſic Lucanus. enſiferi nimiũ fulget latus oriõis: enſem eni tribus ſtellis figuratũ gerit: orionis aũt & aquarii fabulas ab hyginio late ac copioſe narratas breuitati ſeruiẽs ꝓtermitto. Hydrochoi. aquarii Τὸ ὕδωρ aqua χέω fundo: inde hydrochoos a grẽcis dictus aquarius.

Tu uero regina tuens cum ſydera diuã
Placabis feſtis luminibus uenerem:
Sanguinis expertem uotis non eſſe tui me
Sed potius largis effice muneribus.
Sydera cur iterem? utinam coma regia fiam:
Proximus hydrochoi fulgeret aorion.

AD IANVAM.

De quadam familia nefarriis ſtupris inceſtiſq; immerſa.

o Dulci iucunda uiro iucunda parenti,
Salue: teq; bona iuppiter auctet ope
Ianua quam balbo dicunt ſeruiſſe benigne,
Olim quum ſedes ipſe ſenex tenuit:
Quãq; ferunt rurſus uoto ſeruiſſe maligno

o Dulci iucũ. ui. iucũ. pa. Hac elegia indelebili nefandaq; libidinũ infamia notat quandã familiã: cuius dũm ac patrẽ ſenem celato noie nefarrium ſtupq;: ſeu adulteriũ cũ nuru ſua cõmiſiſſe clamat multiſq; opprobriis ac mordaciſſimis ſalibus hanc domum acriter inſectatur ianuam primũ domus illius alloquens eã ſibi de familię flagitiis reſpondentẽ inducit. Viro. ſponſo ſeu marito: filius aũt ſolus habebat uxorẽ: cui quũ cõiugii officiis minime ſatisfaceret: ſenex ipe pater ſponſi nouã nuptã cõpreſſit: ideo dicit ianuã eſſe parẽti ipſius ſponſi iucundam: Auctet. ualde augeat: opere numine & auxilio ſuo. Balbo. hic eſt ille cornelius balbus patria gaditanus: pro quo defenſo extat Ciceronis Oratio: ad quem eiuſdem ciceronis eſt epiſtola in ſexto libro: Hunc inferius appellat Catullus cornelium Quum inquit: ſed de poſtumio & corneli narrat amore. fuit item balbus Cornelius cęſaris i bello ciuili legatus oppii collega: ad quẽ eſt hirci epiſtola in cęſaris commentariis: de cornelio balbo legito ſuetonium in uita iulii cęſaris: fuit item iiſdem temporibus quĩtus lucilius balbus ſtoicus: qui tantos progreſſus habuit in ſtoicis: ut cum excellentibus in eo genere grẽcis compararetur: ad hũc antiochi peripatetici de ſtoicorum & peripateticorum conuenientia liber fuit miſſus. Seruiſſe benigne. humane patuiſſe ac ad puellam ingreſſũ facillime cõceſſiſſe oli quũ ipe balbus iã ſenex tenuit ſedes. i. brixię ꝑſes eẽt: nã hęc domus: quã Catul. iſectat̃ erat brixię. ut iferius patebit aut tẽuit ſedes dixit. i. quũ hac puella ſolus potiret̃ i hoc ãore dñabat̃: nã tenere ſedes ẽ dñari. Voto. ſ. amãtis balbi poſteaq; puella nupſit & data eſt molli uiro.

Facta marita. nupsit. Proiecto sene. excluso balbo. Age. hortantis est dum abundat: ut persius dic age dum staio. Quare mutata feraris. ordo est quare tu mutata feraris deseruisse fidē in dñm ueterem balbū. In erga. Non ita cęcilio placeā cui credita nūc sum culpa mea est. ianuę responsio ad poetę interrogationē: ordo est nō culpa mea est ita ęcilio dño meo placeam: cui nunc sum tradita.

Pot. pro potest: aut potis est & est locutio familiaris catullo: ut alibi hoc facies siue id nō pote siue pote: Alibi in te si qcq̄ dici pote putide uicti. Peccatū. participiū est: alibi nomē. Ianitor. ipse facit. ista tus iuridicialis assumptiuus p purgationē a necessitate qa sit a ianitore coacta. Istęc. ista mala de quibus me interrogas. Non istuc satis est. Catulli uerba: & est sensus: nō sufficit te negasse hanc culpā esse tuā: sed oportet causas & rationes afferre probabiles: quas unusquisq; perspiciat. Quid possum nemo q̄rit. ianuę responsio.

Vobis. tibi catulle quęrenti talia: quū hęc uera alius nemo scire curet ac me culpet. Primum igit̄ uirgo. ordo & sensus ē primū igitur falsum est q̄ illa puella fertur uirgo incorrupta esse nobis tradita: nō maritus illā attigerat prior patre suo: cuius mētula nunq̄ arrigebatur: sed pater sponsi puellam prior uiolauit: quoniā aut filius erat sterilis aut q̄ pater impiissimus erat. Vir. maritus puellę. Prior. ante patrē: nā pater sponsi effęminati eius spōsam prior filio cōpressit.

Sicula. diminutiuū a sica tali genere pro mentula iocosa trāslatio a telo assumpta. Betha. hortēsis herba cibis humanis familiarissima: cuius folium litterę greccę formā retinēs inde nomen traxit. Nunq̄ se mediam sustulit ad tunicā. sic supius ptūdo tunicāq; paliūq;. Cubile. thalamū cōrugiū ut iuuenalis antiquū & uetus est alienū posthume lectū concutere atq; sacri geniū cōtemnere fulcri. Quęrē dūq; nec unde foret neruosius illud. sē sius ē nec est inq̄rēdū, uñ aut ex qua eā pater mēbrū hēret neruosius & durius q̄ filius qđ mēbrū posset puellę primitias auferre: nā q̄q̄ uidet nō uerisimile: tamen pater filii uxorē uiolauit & pro ignauo filio sponsę satisfecit.

Postq̄ est proiecto facta marita sene.
Dic agedum nobis quare mutata feraris
In dominum ueterem deseruisse fidem.
Non (ita cæcilio placeam cui reddita nunc sum)
Culpa mea est: quanq̄ dicitur esse mea:
Nec peccatum a me quisq̄ pote dicere quicq̄
Verum isthæc potius ianitor ipse facit.
Quin quacunq; aliquid reperitur non bene factū
Ad me omnes clamant: ianua culpa tua est.
Non isthuc satis est uno te dicere uerbo:
Sed facere ut quiuis sentiat & uideat:
Quid possum nemo quærit: nec scire laborat:
Nos uolumus uobis dicere: ne dubita.
Primum igitur uirgo quod fertur tradita nobis
Falsum est: non illam uir prior attigerat:
Languidior tenera cui pendens sicula betha
Nunq̄ se mediam sustulit ad tunicam:
Sed pater illius nati uiolasse cubile
Dicitur: & miseram conscelerasse domum:
Siue quod impia mens cæco flagrabat amore:
Seu quod iners sterili semine natus erat:
Quærendūq; nec unde foret neruosius illud
Quod posset zonam soluere uirgineam:
Egregium narras mira pietate parentem:
Qui ipse sui nati minxerit in gremium:
Atqui non solum hoc se dicit cognitū habere:

Quod posset zonā soluere uirginē. i. uirginis primicias auferre: de uirginali zona soluēda satis dictū fuit supius de passere. Egregiū narras. Catulli uerba ironica: In gremiū in genitalia spōsę sui nati.

Mixerit. coierit: sic p̄sius patricię immeiat uulue. Atq;. certe uerba ianuę. Brixia cenomanoꝝ caput urbs gallię cisalpinę a gallis cōdita ē: ut iustinus ex trogi auctoritate scribit a gallis in italiā trāsgressis Tortelii alioqn non indocti uiri uerba de Brixię origine ficta ex luui auctoritate falso prolata mihi somniis simillima uidētur: huius aūt urbis arx ipositā ē colli molliter ascendēti: quē Catullus antiquo noie chineā appellat speculā Nam catulli temporibus ille collis chinęa dicebatur: uix sine risu iociq; transire possum: curiosas ne dicam pueriles questiones quorumdam: qui quare ac unde chinęa dicatur anxie requirunt: tanq̄ non sufficeret diffinisse athos est mons mecedonię: & himetus mons atticus Athenis imminet: nisi interpretatiōem afferam cur ita sint appellati & dicam quot acestes uixerit annos: quot siculus phrygibus uini donauerit urnas: ut q̄stiones huismodi lepide ridet Iuuenalis.

Chinęa alii legunt ciconia: ſed omnes codices ueteres habent chinea. Suppoſita. pro impoſita. aut poſita ut ſit prothesis & eſt nominatiui caſus q̄ ultimā producit licentioſa ratiōe ſequētium cō ſonantium: ut iuuenalis: occulta ſpolia & plures de pace triūphos: & Virgilius lapęq; tribuliq. Specula. nam inde clarus patet proſpectus cremonam uſq; : alii tamen legunt in ſpecula ut ſtet uerſus: Mella. fluuius iuxta Brixiā labēs cuius mēinit i georgicis Virg. curuis i uallibus illū paſtores & curua legūt prope flumia mellę. Brixia mea. mea patria: eſt. n. ianua: quę loquitur: nā ut ſupius dictū eſt hęc domus erat Brixię. Amata meę ueronę. meam uexonā dixit poeta ad ſe reſpiciens.

Brixia chinnæa ſuppoſita in ſpecula:
Flauus quā molli percurrit flumine mella
Brixia ueronæ mater amata meæ:
Sed de poſthumio & corneli narrat amore:
Cum quibus illa malum fecit adulterium.
Dixerit hic aliquis: quid tu iſthæc ianua noſti
Cui nunq̄ domini limine abeſſe licet:
Nec populum auſcultare: ſed hic ſuffixa tigillo
Tantum operire ſoles: aut aperire domum.:
Sæpe illam audiui furtiua uoce loquentem
Solam cæciliis hæc tua flagitia:
Nomine dicentē: quos diximus: utpote quæ mi
Speraret nec linguam eſſe nec auriculam.
Præterea ardebat quendam: quem dicere nolo
Nomine: ne tollat rubra ſupercilia:
Longus homo eſt magnas qui lites intulit olim
Falſum mendaci uentre puerperium.

De poſthumio. huius meminit cicero in epiſtola ad balbum. Corneli. cornelii balbi de quo ſupra dictū eſt: aut certe cornelii alterius hois. Narrat. ſcilicet Brixia. Illa. puella domia mea. Conciliis. coetibus uicinię cō uentibus uicinaꝝ: Aliter legitur Cecilius. i. dñis meis: q domū nunc tenēt: & puella potiunt. Quos diximus. Poſthumiū & cornelium Balbū. Quē dam. quis aūt hic fuerit longus homo rubris ſupciliis adulterio cōceptus curioſiores quęrant & ariolent. Lites. de genitore ſuo: quē finxit & aliū mēritus ē. Puerperiū. i. ipe partus falſus & ex falſo patre genitus. Falſum puerperium. noiatiuus caſus ē. Mēdaci: mentiēte uentre materno: nā adultera matrem mentiebatur eius patrem.

AD MALLIVM.

Ad Mallium.

q Vod mihi fortuna caſuq; oppreſſus acerbo
Conſcriptū hoc lachrymis mittis epiſtoliū:
Naufragum ut eiectū ſpumātibus æquoris ūdis
Subleuem: et a mortis limine reſtituam:
Quē neq; ſancta uenus molli requieſcere ſomno

q Vod mihi fortu. ca. oppreſ. acerbo. Mallio uerſus et libros quoſdam in moeroris ſui cōſolationem petenti humane reſpōdet Catullus excuſans ſe q neq; cōſolātia carmina ſcribere poſſit ingenti ob fratris mortem męrore cōfectus & a muſarū muneribus excluſus neq; libellos a ſe cōpoſitos: quos mallio ad conſolationē det Veronę habet: ſed oēs fere romę reliquerat: in patriā ubi nunc erat ad fratris exeqas Cenotaphio celebrandas reuertens. Petit itaq; ueniā ſi utriuſq; petitiōis malliū compotem nō faciat: Laudatq; mallii ſingularē erga ſe pietatem: atq; munificam liberalitatē nullis ſęculis obliuiſcēdā: quoniā cum poeta: amicam domum: amoreſq; omnes cō munes fecerit: Rogat poſtremo mallium ut hoc carmine ſit contentus: uiuatq; foeliciter cum amica: totaq; familia. Quod mihi fortuna. Ordo eſt ex longo hyperbato decimi uerſus: id gratū eſt mihi: quoniam me tibi amicum dicis q tu opreſſus fortunā & caſu acerbo mihi mittis hoc epiſtolium lachrymis conſcriptum: ut ego ſubleuem te eiectum ſpumantibus ęquoris undis ac a triſti mortis limine reſtituam te: quem ſancta uenus non perpetitur requieſcere i lecto cęlibe molli ſomno deſertum. Oppreſſus fortuna & caſu acerbo. Mallius hic iuliam uxorem cuius ſuperius celebratum eſt epithalamiō fato defunctam immaturo deflens tanti moeroris conſolationem a Catullo p epiſtolam queſiuit ſigni cans ſe infortunato cōiugis iulię fato miſerabiliter oppreſſum miſerię ſolatia requirere. Lachrymis cōſcriptū. Sic mallius in epiſtola ſe lachrymis ſcripſiſſe dixerat. Epiſtoliū paruulā epiſtolā: nā ab epiſtola fit grēcum diminutiuum epiſtolion ſicut a philotis philotion μάτραξ τὸ μακάριον Te eiectum naufragum. te aduerſę fortunę caſibus exagitatū: alegorice ſumptū hoc a naufragiis. A mortis limine. in quo ēe te putans ob dilectiſſimę coniugis mortē. Sācta uenus. uenus & amor coniugalis.

Desertum molli somno. Quem coniugalis societas prestabat. Lecto celibe. uxore orbato. Nec ueterum dulci. per hoc significat mallium musarum studiosum dolore coactum consueta studia desse/ruisse. Peruigilat anxia. mens anxia & si peruigilat tamē in studia litterarum incumbere nequit. iuue nalis. sed uatē egregium cui non sit publica uena Qui nihil expositum soleat deducere nec qui com muni feriat carmen triuiale moneta anxietate carens animus facit omnis acerbi impatiēs cupidus syl/uarum aptusq; bibendis foetibus aonidum. & infra: Quis locus ingenio nisi Quum se carmine solo uexant & dominis cirę nisęq; ferunt pectora nostra. Petis hic. ex urbe ue rona ubi sum. Munera mu. Carmi na: & libros. Veneris mu. i. ut Romā redeā ad cōuiū iter nos puellarū mu/nera: nā ut ifra dicit: Mallius cū catul. amicā cōmunē fecerat: sic loqtur isq; domū nobis isq; dedit dñam: Ad quā cōues exercerēmus amores. Mea icō moda. ex fris morte susceptа. Offi/ciū hospitis. i. mei: q̄ sū tuus hospes & familiaris officiū morē gerēdi tuę uo lūtati. Quis. pro qbus. Merser. ual de imergar & uexer. Dona bea. car minū solatia. Vestis pu. uirilis toga pura & unius tātū coloris erat: puero rū autē ptexta purpurę filis itertexta fuit. Aetas. adolescētia: i cuius initio uirilis toga sumebat. locūdū uer. iu cundū tpus a pędagogi custodia libe ratū: ut psius quū primum pauido cu stos mihi purpura cessit. Dea. uenus cuius amores & lusi & secutus sū. Cu ris. amoribus. Dulcē ama. cacozelō ē: ut Luca. concordia discors & Ora. strenua nos exercet inertia: dulcem āt ad amatoȝ cupiditates: amaricię ue/ro ad amaras i amore curas dixit: Nā ut ait Plau. amor ē melle & felle fęcū/dissimus dulce gustu dat amaȝ ad sa/tietatē usq; aggerit. Fraterna mors. de qua supra dictū ē i ele. pria: Qua re qđ scri. ordo ē: quare malli id nō ē turpe: sed magis miserū q̄ scribis esse turpe catullo ueronę eē q̄ hic ueronę .s. qsqs de meliore nota calefecit sibi mēbra cubili amoribus deserto Hac eni rōne Catul. mallius romā reuoca/bat scribēs unūquēq; meliore cōditio ne uiȝ Verō noctes sine puella exige rē ac amore sēdo carere. Hic. uerōę ubi sū. Quisqs me. no. i. qcūq; inge nuus melioris nois ac; tituli siue condi tiōis: notā. n. pro cōditiōe posuit. Scri ptoȝ. i. libelloȝ a me ꝺpositorū: quos romę reliq: aut certe hūaoȝ studioȝ libros itelligit pp quos mal. Catul. ro mā reuocabat afferēs hanc secūdā rō nē. s. ob librȝ ꝺmodā copiā: q̄ Vero. careat romę āt sit abūdaturus. Huc. Veronā. Non sa. ige. igrato: & rustico: nā igratitudo rusticano rū hominū ē. Vtriusq;. unū erat Carminū & librȝ: alterū ut Romā rediret. Petēti. tibi hęc duo petēti: puto tū potius legēdū eē petiti: ut sit copia utriusq; petiti. i. duplicis petitiōis tuę. Vltro. spōte.

Desertum in lecto cælibe perpetitur:
Nec ueterum dulci scriptorum carmine musæ
Oblectant: quum mens anxia peruigilat:
Id gratum ē mihi: me quoniā tibi ducis amicum
Muneraq; & musarum hinc petis & ueneris:
Sed tibi ne mea sint ignota incōmoda malli:
Neu me odisse putes hospitis officium:
Accipe quis merser fortunæ fluctibus ipse
Ne amplius a misero dona beata petas.
Tēpore quo primum uestis mihi tradita pura ē:
Iucundum quum ætas florida uer ageret:
Multa satis lusi: non est dea nescia nostri:
Quæ dulcem curis miscet amariciem.
Sed totum hoc studiū luctu fraterna mihi mors
Abstulit: o misero frater adempte mihi
Tu mea tu moriens fregisti cōmoda frater:
Tecum una tota est nostra sepulta domus:
Omnia tecum una perierunt gaudia nostra
Quæ tuus in uita dulcis alebat amor:
Cuius ego interitu tota de mente fugaui
Hæc studia atq; omnes delicias animi.
Quare quōd scribis ueronæ turpe catullo
Esse: quod hic quisquis de meliore nota
Frigida deserto tepefecit membra cubili:
Id malli non est turpe magis miserum est:
Ignosces igitur: si quæ mihi luctus ademit:
Hæc tibi non tribuo munera: cum nequeo.
Nā quod scriptorum nō magna ē copia apud me
Hoc fit q̄ romæ uiuimus. illa domus:
Illa mihi sedes: illic mea carpitur ætas:
Huc una ex multis capsula me sequitur.
Quod cum ita sit: nolī statuas nos mēte maligna
Id facere aut animo non satis ingenuo:
Quod tibi non utriusq; petiti copia facta est:

Vltro ego deferrem: copia ſiqua foret.
Non poſſum reticere dea qua mallius in re
Iuuerit: aut quantis iuuerit officiis:
Ne fugiens ſæclis obliuiſcentibus ætas
Illius hoc cæca nocte tegat ſtudium:
Sed dicam uobis: uos porro dicite multis
Milibus: & facite hæc charta loquatur anus:
Omnibus inq; locis celebretur fama ſepulti:
Noteſcatq; magis mortuus atq; magis:
Nec tenuem texens ſublimis aranea telam
Deſerto in mallii nomine opus faciat.
Nã mihi quã dederit duplex amathuntia curã
Scitis: & in quo me corruerit genere:
Cum tantum arderem quantum trinacria rupes:
Lymphaq; in œtheis malia thermopylis)
Mœſta nec aſſiduo tabeſcere lumina fletu
Ceſſarent: triſtiq; imbre madere genæ:
Qualis in aerei perlucens uertice montis
Riuus muſcoſo proſilit e lapide:
Qui quũ de prona præceps eſt ualle uolutus
Per medium denſi tranſit iter populi:
Dulce uiatori laſſo in ſudore leuamen:
Quuũ grauis exuſtos æſtus hiulcat agros:
Ac uelut in nigro iactatis turbine nautis
Lenius aſpirans aura ſecunda uenit:
Iam prece pollucis iam caſtoris implorata:
Tale fuit nobis mallius auxilium:
Is clauſum lato patefecit limite campum
Iſq; domum nobis: iſq; dedit dominam:
Ad quam communes exerceremus amores:

Defer: tibi tradere. Cop. cõmoditas facultas: nã carmia nequeo facere ne q; romã reuerti poſſũ utriuſq; icõmodi cã é mihi mors frarerna: q̃ ois famĩlia nrã mihi admiſtrãda é. Deę. muſę q̃ teſtes eius i me meritoꝝ eſtis. Noćte. ignorãtię tenebris. Hoc ſtu. hũc mallii erga me fauorẽ & pium aĩum.

Anus char. carmẽ multa uetuſtate p durãs: Mar. Et qcqd uoluit teſta uocat̃ anus. Sepulti. i. mallii poſtea q̃ ſepultus fuerit. Ne te. te. ſenſus é Mallii nomẽ ita celebret̃: ut nunq̃ ulla ex parte ſordeſcat. nã trãſlatio é a locis ad frequẽtẽ nois memoriã loca. eni: q̃ ñ celebrãt̃ neq; frequẽtãt̃ araneis oppleẽt̃. Amathũtia. ãtonomaſiõ uenꝛis ab amathũte cypri urbe: de q̃ ſuperius dictũ é: duplex ãt dicit̃ a Catullo cui duplicis amoris curã iniecerat: aut certe duplex. i. fallax: nã fallacẽ hominẽ duplicẽ appellare ſolemus: ut Cic. i offoꝝ. iii. Hoc ãt celãdi genus q̃le ſit cuius hois qs nõ uidet certe nõ aptinõ ſimplicis nõ ĩgenui: duplex ãt uenus: quia dulce promittẽs amaꝝ ingerit.

Corruerit. iuerterit ꝓcipitauerit. Arderẽ. amore flagrarẽ. Trinacria ru. ętna ſicilię mõs ꝑpetuo flagrans incẽdio. Lympha malia. a theſſalię loco: quã urbẽ puto unde arbitror dictum maliacũ ſinũ: & itẽ maliẽſes populos quos ſtrabo thermopylis uicinos ſcribit. maliẽſes aũt thucydides tris i ꝑtes diſtribuit. ſ. paralios: Hieres: & thrachinios: ſcribit itẽ Mylas locũ meſſanioꝝ: ũde & myliẽſes dici poſſe puto Malia igit̃ pro maliẽſi accipiat̃. In oetheis Termopylis. thermopylę mõtanus tractus ad theſſalię fines lõgitudine ſua magnas multaſq; greciaꝝ regionũ partes attingẽs ad oethã ſaltũ theſſalię ac doridi conterminũ uſq; protẽſus: cuius trãſitũ pylas. i. portas et ãguſtias uocãt atq; thermopylas: ſũt. n. ibi prope thermę. i. calidę aquę magno i hõre ueluti herculi cõſacratę: ipe ãt mõs oetha ab oriẽte ac thermopylis i occidentẽ uſq; i finũ ambracũ extendit̃: iõ thermopylas oetheas appellat Catul. Meſta nec aſſi. hic locus apd oẽs fere codices deprauatus é: Nã i aliqbus legit̃ męſtaq; aſſidio: i aliis uero legit̃ męſta. n. aſſiduo: ſed utrũq; uitioſũ é ſyllabis repugnãtibus legat̃ potius. Moeſta nec aſſi. ta. lu. fle. Ceſ. tri. im. ma. ge. p hũc aſſiduũ mẽrorẽ ingeſq; lachrymas igẽtẽ ſui ai erũnã exꝑſſit: ut maximũ mallii Catul. a miſeriã leuãtis officiũ: ac ſingulare meritũ oñderet. Qualis i aerei. apta poetici diſcurſus ſimilitudo ad largũ lachrymaꝝ fluxũ demõſtrãdũ. Vertice. ſũmitate: qd proprie ſignificet uertex legito apd qntilianũ lib. viii. Iter. pro media uia. Aeſtus hi. ag. ſcindit ſiccitate terrã nimius ſolis feruor Vir. ſcindit canis ęſtifer arua. Ac ue. elegãs alterius poetici diſcurſus ſimilitudo & ornatus ad ſequẽtia mallii erga poetã iucũ diſſima officia demõſtrãda. Nigro. procelloſo: tẽpeſtuoſo: nubiloſo: Ora. nigris ęquora uẽtis emirabit̃ iſolẽs. Pollucis & ca. gemmoꝝ ſignũ nautis ꝑſtare fęlicẽ nauigationẽ credidit uetuſtas: Ora gratũ Tyndaridę ſydus ab iſimis quaſſas erripiũt ęquoribus rates: Naſo i faſtis utile ſollicitę ſydus utꝛeq; rati: Mar. & gratũ nautis ſydus fulgere laconũ: Flaccus i argonautis lumẽq; inoxia fũdit purpureũ miris olim iprobabile nautis: Diodo. ãt ſiculus li. v. cur gemini nauigãtibus fauere putẽt̃ hãc affert hiſtoriã argonatis iter quos erãt caſtor: & pollux nauigãtibus coortaq̃ igẽti tẽpeſtate cęteris ſalutẽ deſpe/

tãtibus ſolũ orphea tradũt religiõis peritũ uota pro ſalute diis ſamothracibus feciſſe extẽploq; tẽpeſta te ſedata quũ duo aſtra ſupra pollucis & caſtoris capita cecidiſſent: oẽs eo miraculo ſtupẽtes credidiſ ſe deoq; prouidẽtia ſe a piculis exẽptos: quo facto cõtigit: ut quos poſtmodũ maris agitaret tẽpeſtas ſa mothracibus uota pro ſalute faceret: aſtraq; apparẽtia ad caſtorẽ: & pollucẽ referret. Is clau. Quę fuerit mallii erga ſe auxilia oſtdit. Cãpũ. agrũ meũ: q; fuerat ſatis exiguus Dilatauit: & extẽdit. Do minã. clodiã amicã quã leſbiã poeta nũcupauit: & dñam amãtiũ more appellauit. Cões. mihi & ipſi mallio. Quo. ad domũ: & dñam ſiue ad quos cões amores: & eſt ſenſus ad quos amores: ſiue ad quã dñam diua uenus mihi fauẽs attulit fęlix auſpiciũ molli aditu. Pede mol. fęlici acceſſu: ſic ſupra in epithalamio. o cubile quot oibus cãdido pedę lectulis: quę tuo ueniũt hero. Mea. mihi fauẽs: ut Terẽ. o noſter chreme. Trito. ipi ue neri frequẽtato. Arguta ſo. breui & arcta crepida ſiue calceo: Solea pro calceo: pſius ſolea puer obiurgabere rubra: ſolea itẽ iter planos piſces a pli nio noiat: & materia robuſtea ſuper quã paries craticius extruit. Cõiugis ut quõ. cõparatio hęc p exẽurſũ poe ticũ ſũpta ẽ ad feruẽtes & ſplẽdidos i Catul. amores oñdẽdos: talis. n. fuit Catul. dña accedẽte uenere q̃lis fuiſſe dicit laodamia uiri proteſilai domũ igrediẽs: laodamię duę fuiſſe iueniũt altera filia achaſti pylacęi & proteſi lai uxor tãto uiri amore flagrãs: ut il lũ ad troiana bella tendẽtẽ ſeq; uolue rit: ſed uiri hortatu i pria remãſit inui ta: altera ab Homero ſcribit Bellero phõtis filia: quę a Ioue cõpreſſa ſarpe donen genuit. Proteſilaę. protẽſi laus iphicli filius fuit: ut Homerus i ſẽdo iliados ſcribit is cũ fratre podarcẽ ad troiã. lx. nauibus profe ctus: ac ex oibus prius i troianũ littus naui egreſſus ab hectore iterẽptus ẽ: Qui. ut Hectora prius fatali ter haſta proteſilae cadis. Accepta & fru. ſenſus: & ordo ẽ Laodamia uenit ad proteſilaęam domũ Quũ hoſtia pro proteſilao uota fruſtra accepta diis ac minime grata nõdũ placaſſet deos: q nõ uicti ma: ſed proteſilai morte placãdi erãt: quoniã dii cęleſtes decreuerãt proteſilaũ ex greęcis primũ perimẽ dũ ad troiã: aliter legit icepta hoſtia: Quę lectio mihi magis placet: ut ſit ſenſus. Quũ proteſilaus iam hoſtia fieri iceptus: & diis deſtinatus i mortẽ fruſtra: & ſine utilitate ſua nõdũ piiſſet ac fruſtra nõdũ ſã guine ſuo deorũ decreto ſatiſſeciſſet fruſtra nõdũ placaſſet: quoniã paulopoſt oio erat placaturus ad troiã peũdo: Et ſic fatalis neceſſitatis uim imutabilẽ oñdit. Incepta ho. proteſilaus iã ad mortẽ deſti natus & ẽ noiatiui caſus cuius ultimã licẽter produxit cõſonãtiũ ſequẽtiũ rõne: ut luue. occulta ſpolia & plures de pace triũphos. Nihil mi. tã ual. p. his octo ſequẽtibus uerſibus Catul. cõtineẽ optatio de uotis ab amica ſiue uxore pro uiro ſuſcipiẽdis: & erit talis ordo o rhamnuſia uirgo nil. i. nullũ uotũ mi hi tãtũ ualde placeat qđ ſuſcipiaẽ: & uoueaẽ iuitis heris. i. deis: q̃tũ docta: & monita eſt laodamia uiro extincto q̃ ara deoq; ieiuna & ſicca deſiderat piũ: & ſacratũ cruorẽ. Nil. nullũ uotũ. Suſcipiaẽ. cõ cipiaẽ uoueaẽ. Heris. diis req; oium dñis. Inuitis. aduerſantibus. Deſideret. ſubaudiẽ q̃: ut ſit q̃ de ſideret & poſcat. Piũ. ſacratũ ex uictima. Ieiuna. ſicca diu nullis uictimis intincta. Coacta. ſ. fati neceſſitate. Dimittere. amittere. Nouũ. luueẽile aut nup ſibi iũctũ nuptiis. Collũ. cãdidã uiri ceruicẽ quã uxor iucũdiſſime amplectit. Vir. Ter conatus ibi collo dare brachia circũ: Tibul. Huic tu cãdẽtes humero ſuppõe lacertos: & alibi poſt ẽt collo ſe iplicuiſſe uelit. Veniẽs hy. ſequẽs ãnus. Auidũ amo. iſatiabilẽ laodamię ãorẽ erga maritũ: quo ſe carere poſſe nũq̃ crediderat. Poſſet ut ab. ui. cõ. q̃ nũq̃ potuiſſet credere ſe poſſe poſtea uiuere ſine proteſilao: qđ tñ poſſe fieri docuerunt eã ãni qui uiri mor tẽ ſecuti q̃bus paulati aſſuefacta ẽ carere marito. Quod. ſ. illã carere poſſe uiro: Nam parcę uitã lao damię poſt uiri mortem producturę ſciebant ſi proteſilaus ad troiã iret laodamiã ſine uiro uicturã.

Quo mea ſe molli candida diua pede:
Intulit & trito fulgentem in limine plantam
Innixa arguta conſtituit ſolea:
Coniugis ut quondam flagrans aduenit amore
Proteſilaeam laodamia domum:
Accepta & fruſtra nondum cum ſanguine ſacro
Hoſtia cæleſtes pacificaſſet heros:
Nil mihi tam ualde placeat rhamnuſia uirgo
Quod temere inuitis ſuſcipiatur heris:
Quam ieiuna pium deſideret ara cruorem
Docta eſt amiſſo laodamia uiro:
Coniugis ante coacta nouum admittere collum
Quam ueniens una atq; altera rurſus hyems
Noctibus in longis auidum ſaturaſſet amorem
Poſſet ut abrupto uiuere coniugio:
Quod ſcibant parcæ non longo tempore abeſſe
Si miles muros iſſet ad iliacos:
Nam tum helenæ raptu primores argiuorum
Cœperat ad ſeſe troia ciere uiros:

Troia nefas cõm. catu. aduersus troiã seruẽs declamatio atq; iuectio. Nefas. nefãdũ funus. Asię hoc quãtũ ad troiãos dixit: quoniã tota fere asia troiãis attulit auxiliũ nã & teutamus rex assyrioꝝ penes quos totius asię fuit ea tẽpestate pricipatus priãm sibi subdito Memnonẽ tithoi filiũ cũ decẽ milibus ęthiopũ totidẽq; sũsianię cũ ducẽtis curribus i auxiliũ misit. Europę. cuius magna pars greçis cõtra troianos cõspirauit. Virtutũ. aut fortitudis ois: quę proprie dicit uirtus: aut oium uirtutũ: quę i hoibus sũt: Nã i illis bellis singularia oium uirtutũ exẽpla fuerũt. Acerba cinis. asp & acerbus rogus: Cinis aũt apud antiquos & masculino & fęminino genere prolatus fuit: qđ diligenter aiaduertit prisc. Queue ẽt id ñro. rõ & cã cur in troiã iuehat acerbius. Quę nũc tã longe. ordo est quẽ cõpositũ tã longe nõ inter sepulchra nota nec cõpositũ prope cognatos Cineres, sed sepultũ in troia infelice aliena terra detinet a nostro solo.

Troia nefas cõmune sepulchũ europæ asiæq;
Troia uirum & uirtutum oĩum acerba finis:
Quæue etiã id nostro lœtum miserabile fratri
Attulit hei misero frater adempte mihi:
Hei misero fratri iucundum lumen ademptum
Tecum una tota est nostra sepulta domus:
Omnia tecum una perierunt gaudia nostra
Quæ tuus in uita dulcis alebat amor:
Quem nunc tã longe non inter nota sepulchra
Nec prope cognatos cõpositum cineres:
Sed troia obscœna troia infelice sepultum
Detinet a nostro terra aliena solo:
Ad quam tũ properãs fertur simul undiq; pubes
Græca penetralis deseruisse deos:
Ne paris abducta gauisus libera mœcha
Ocia pacato degeret in thalamo:
Quo tibi cum casu pulcherrima laodamia
Ereptum est uita dulcius atq; anima
Coniugium: tanto te absorbens uertice amoris
Aestus in abruptum detulerat barathrum:
Quale ferunt graii penæum propter amœnum
Siccari emulsa pingue palude solum:
Quod quondam cæsis montis fodisse medullis
Ausus falsiparens amphitrioniades:

Nota. nobis cognita. Cognatos cineres. cognatoꝝ reliqas. Penetrales deos. patrios deos suosq; nepotes.

Quo casu. quo infortunio belli troiani. Tãto te absorbens uertice amoris: epiphonema ẽ ad pcedẽtis cõiugii altitudinẽ et fęlicitatẽ ostẽdẽdam: seu cofirmãdã prolatũ. Tãto uer. amoris. tãta coniugalis amoris altitudine.

In abrumptũ barathrum. i profundã miseriaꝝ uoraginẽ. Quale ferũt graii. similitudo ad barathri profũditatẽ ostendẽdã: ordo est quale solũ pingue graii ferũt siccari emulsa palude.

Peneũ pp amęnum. i omnibus quos adhuc legerim catullianis codicibus uno meo & eodem puetusto excepto hũc locũ corruptissimũ & portẽtis simillimũ inuẽi. nã i qbusdã legit pro/pe cylleniũ: i aliis uero prope cilleneũ quę lectio q̃ uitiosissima sit duę sylla bę i utroq; uocabulo priores cõtra rationẽ positę & una supabundãs aptissime indicãt: sed qs nõ putaret catullũ portẽta phrẽeticoꝝ uerbis simillima fuisse locutũ si tã imprudẽter legat peneũ cylleneum: tãq; peneus thessalię amęnissimus ãnis prope cyllenẽ arcadię mõtẽ labat: liberẽus igit si possumus Catul. elegãtissimũ: atq; prudẽtissimũ poetã ab indignissima tãti furoris ifamia: quũ eius uerissima lectio sit peneũ pp amęnũ quẽ amoenũ recte a catullo nostro appellatũ planissime docẽt hęc pli. p̃scripta flumina thessaliç apidanus: phanix: enipheus onochonus: & añ cũctos claritate penęus ortus iuxta gõphos iterq; ossam & olympũ nemorosa cõualle defluẽs qngẽtis stadiis dimidio eius spatio nauigabilis in eo cursu tẽpe uocãt qnq; miliũ passuum lõgitudie & ferme sex latitudine ultra uisum hois attollentibus se dextra leuaq; leuiter cõuexis iugis intus sua luce uiridãte allabit penęus uiridis calculo amęnus circũ ripas gramie canorus auiũ cõcentũ: Hercules ut diodorus siculus scribit a locis quę tẽpe uocant ubi late stagnabat i cãpis aqua ducta fossa aquã deduxit thessalię circa. peneũ fluuiũ cãpos fertiles p̃bẽs thessalia circũdata penei fluuii aqs exitũ nullũ cõcedẽs sub ppetuis paludibus magna ex parte latebat: Hercules ãt ossã ab olympo discludens aquis exitum patefecit: lucanus: hos inter montes media qui ualle premuntur Perpetuis quondam latuere paludibus agri: Lumina dum campi retinent: nec peruia tempe Dant aditus pelago stagnumq; implentibus unum Crescere cursus erat postq̃ discessit olympo Herculea gra/uis ossa manu: subitęq; ruinam sensit aquę Nereus: strabo autem asserit terremotibus factis abrupta esse quę nunc uocantur tempe & ab olympo abscissam ossam: & hac peneum effluxisse in mare.

Falsiparens. Hercules Amphytrionis Falsi Et non ueri patris filius putatiuus.

Stymphalia monstra. Euristeus rex argiuorum iunonis impulsu Inter alia stipendia imperauit herculi ut obscenas aues in stymphali arcadię palude morantes: quę circū uicina loca infestabant aut prime/ret: aut fugaret hoc negotiū arduūq; laborem impositum sibi arte ingenioq; facile perfecit: Nā ut Diodorus scribit has aues innumera multitudine finitimarū regionum fructus uastātes: quia ui superari ob infinitū numerū nō poterant ingenio substulit Tabulam. n. ęream parauit: quę repcussa ingenti sonitu uolucres timore in fugam compulit longinquā: Catul. aūt poetis assentiēs aues sagittis fugatas dixit: Nā strabo ait poetas scripsisse sagitis & tympano has aues ab hercule fuisse fugatas Stymphalis āt ē palus arcadię: in qua ut scribit Pli. musculi aquatici nascunt: stymphalum uero oppidum: & stymphalus fluuius ex quo & stymphalide lacu nascit' erasinus fluuius argiuorū agros pcurrēs. Percu lit. pcussit uexauit. Deterioris he. eu ristei regis iussu qui deterior: & herculeis uirtutibus minor erat. Pluribus ut cęli. i. ut mirabilibus suarum uirtutum experimentis pfunctus deorū numerum augeret: ac suorum laborum mercedem hebes Coniugium accipe/ret. Sed tuus altus amor. compara/tiones atq; multas similitudines induc it ad profūdum laodamię amorem augēdum. Tuus amor. o laodamia

Tempore quo certa stymphalia monstra sagitta
Perculit imperio deterioris heri:
Pluribus ut cæli tereretur ianua diuis:
Hebe nec longa uirginitate foret.
Sed tuus altus amor barathro fuit altior illo:
Qui diuum dominum ferre iugum docuit:
Nam neq; tam charum confecto ætate parenti
Vna caput seri nata nepotis alit:
Qui cum diuitiis uix tandem inuentus auitis
Nomen testatas detulit in tabulas:
Impia derisi gentilis gaudia tollens
Suscitat a cano uulturium capite:
Nec tantum niueo gauisa est ulla columbo

Barathro. profundo ioles amore: Barathrum est imměsa profunditas aspicientium oculos calligans. Qui diuum dominum ferre iugū docuit. herculis insanos in iolen Euriti filiam amores tangit: Hercules omnibus certaminibus absolutis megaram uxorē iolao tradidit: & ad prolem procreādā alterā uxorē minime suspectā quęrens iolē euryti ęchalię regis filiam petiit: Ille megarę repulsam ueritus se super eo matrimonio consultuę respondit: Hercules frustratus sponsa iniuriaq; motus Euryti abegit equos iphitumq; filiū eius equos inquirētem tirynthia ex turri precipitauit: ac tandem sequentibus annis post astydamen ormenii regis stupratam in ęchaliam contra Euryti filios ob iolen sibi in uxorem Denegatam exercitum duxit: ac urbe Capta Euriti filios Toxeum: molionem pytium interemit iolemq; abduxit: ferunt autem poetę tanto ioles amore herculem flagrasse: ut in eius gratiā Lanam & pensa deduxerit: Leonisq; spolium: cęteroſq; uiriles cultus acceptis muliebribus cū iole cōmutauerit: ut apud Ouidium in heroidibus herculi deianira plenius exprobrat. Nā neq; tam charum. Alia Comparatio: & sensus est nec tam charum nepotem filia parentibus gignit in magnę hereditatis Successionem q̄ charus: & iucundus fuit protesilao Laodamię amor: Tam charum caput. s. q̄ charus fuit protesilao amor laodamię uiri domū ingredientis. Nata. filia: Confecto ętate. ętate grauato. Seri. tarde geniti: quum Iam parens decrepitus ex filia nepotes desperaret. Gentilis. Cognati aut affinis sperantis hereditatem iure successionis: gentiles enim senis hęreditatem sperabant: quoniā eius unica filia uniuersę hęreditatis substātiam Consequi iure non poterat: Nam ea lex erat: Cuius Liuius meminit: gentilis dicitur ex eodem genere ortus: Et is qui simili nomine appellatur: ut ait Cintius gentiles mihi sunt qui meo nomine appellant': hęc festi est diffinitio. Derisi. decepti ac uane sperantis hęreditatem: quum postea sit pręter spem genitus nepos. Tollens. remouens: expellens: excludens. Suscitat a Cano uulturium Capite. idest quum pręter spem propinqui Captatoris nepos Sit genitus: heres in diuitias aui succedens: & Captatorem excitans abigit a senis diuitiis: quibus inhiabat: est autem elegans metaphora a uulturibus: & cadauere ad Captatores alienę hęreditati uehementer inhiantes: Sic Oratius Captatorē appellauit Coruū Scriba ex quinq; uiro Coruum deludet hiantem: Captatorq; dabit risum nasica corano. Suscitat a Cano Capite. abigit a senis cadauere ac morte: cui inhiabat ante nepotis ortum: in aliis libris corrupte legitur Suscitat & cano Capiti: sed si quis diligentius prospiciet Inueniet Copulam in sensu non admitti: & legendum esse a Cano Capite. Vulturium. Captatorem hęredipetam. dicitur hic uultur: & uulturius: & uulturis: Catullus alibi Lingua exerta auido sit data uulturio: Ennius uulturis in syluis miserum mandebat homonem. Vlla Compar. ulla columba colūbo suo pari sotietate cōiūcta.

Seu quicquid improbius.aut si est aliud aialiumpar improbius & libidinosius columbis. Oscula mordenti.sic Martialis. oscula me capiunt blandas imitata columbas. Mulier.pro fęmina posuit noue quũ mulier proprie de genere humano tãtũ dicat̃:Sic & Virgilius uirum pro hyrco & Caprarũ marito dixit:uir gregis ipse caper deerrauerat:& Oratius uxores de capris Dixit Quęrunt latentes & thymo deuię olentis uxores mariti. Multiuola.multũ uolans aut multę.i multiplicis & mutabilis uo luntatis:& cupidinis instabilis. Sed tu.o laodamia nunc omnes supiores cõparationes atq; similitudines ad propositũ applicat. Hoȝ. Columboȝ herculis & cęteroȝ. Furores.amores:Virg.seu quisqs furor

Compar seu quicquid dicitur improbius:
Oscula mordenti semper decerpere rostro
Quantum præcipue multiuola est mulier:
Sed tu horum magnos uicisti sola furores
Vt semel es flauo conciliata uiro:
Aut nihil aut paulo cui tu concedere digna:
Lux mea se nostrum contulit in gremium:
Quam circumcursans huc illuc sæpe cupido
Fulgebat crocina candidus in tunica:
Quæ tamẽ etsi uno non est contenta catullo
Rara uerecundæ furta feremus heræ:
Ne nimium simus stultorum more molesti;
Sæpe etiam iuno maxima cælicolum
Coniugis in culpa flagrabat quottidiana
Noscens omniuoli plurima furta iouis.
Atqui nec diuis homines componier æquum ẽ.
Ingratum tremuli tolle parentis onus:
Nec tamen illa mihi dextra deducta paterna
Fragrãtem assyrio uenit odore domum:
Sed furtiua dedit nigra munuscula nocte
Ipsius ex ipso dempta uiri gremio:
Quare illud satis est: si nobis id datur unis

Viro flauo.protesilao:flauum pro candido:& albicanti posuit ut Virg. flaua ceres alto neqcq̃ spectat olympo:Protesilaus fuit corpore candido uultu honesto uelox cõfidens temerarius ut dares scribit. Aut nihil aut paulo.satis cõmode trãsit ad amicę suę sibi a mallio datę mentionem:& ęqperationẽ. Lux mea.amica mea ipsitilla uel lesbia:quã sibi oculis chariorem infra cõfiteť. Lux.uita:siue oculi lumẽ:lux pro uita supius:nobis quum semel occidit breuis lux nox ẽ oĩbus una dormiẽda. Tu.o laodamia. Cui.meę luci. Quã circũcursans.Cupidinis cũ puella consuetudinẽ illius uenustatẽ egregiam demonstrat. Crocina.croceus hitus cupidini attribuiť:& crocinus forma gręca ẽ κρόκινος latina facit croceus. Rara uerecundę furta feremus herę.i.& si iterdũ solo me Catullo nõ est cõtẽta:raro tñ cũ aliis męchis furta cõmittet. Furta.stupra:siue adulteria. Herę.amicę quę mihi hera est. Verecũde.declamatoria ratio cur raro cum aliis uiris sit peccatura.quoniã.s.ẽ uerecũda. Feremus.tolerabo pmittã ne sim nimis molestus ei nunq̃ cõcedens uenerei appetitus cõmutationẽ: quã ẽt cõcedẽdã iunonis exẽplo probat. Quottidiana cul.quottidanis adulteriis & stupris. Furta furtiuos coitus. Oiuoli.oĩa uolẽtis:aut p oĩa optata sua uolantis:ut supra multiuolã mulierẽ dixit.

Cõponier.cõparari ut.sic paruis cõpõere magna solebã. Ingratũ tre.tol.pa.onus.sensus ẽ quũ nõ sit ęquũ hoies diuis cõparare noli te onerare tãta deoȝ inuidia quãta se onerãt curiosi parẽtes filias suas deabus nimis ipẽse cõferẽtes. Tolle.remoue:abiice. Onus.oneros̃ũ atq; odios̃ũ laborẽ. Gratũ. diis molestũ. Parẽtis tre.pris decrepti. Illa.mea lesbia a Mallio mihi data. ¦Nec pa.de.mihi dedu.i.a patre suo mihi nõ nupsit:nã in nuptiis mos semp fuit:ut pater filiã spõso suo manu ducta dederet.

Domũ.s. meã:ut alię nuptę solẽt suoȝ sponsoȝ domũ accedere. Fragrãtẽ.assy.odo.diebus nuptialibus spõsi domus suauissimis odoribus inspargebať: Odore.amomũ i assyria nascit̃ a Vir.assyriũ appellatũ:& supius a catul.dicit̃ assyriũ oliuũ.assyrio fragrãs oliuo:ubi satis multa de unguẽtis ex Plinii pscripto dicta sũt:possumus tñ nõ absurde itelligere opobalsamon:myrobalãon:stiracen:Malobathron:aliaq; huiusmodi odoramẽta Quę nõ minus i syria:q̃ i aliis locis gignũť:ut latissime legi tur apud Pli.li.xxii.&.xiii. Furtiua munu.occulta:& clãdestina adulteria. Ex ipso dempta uiri gremio. a uiri surgens amplexu mihi ærferebat ueneris munera. Quare illud Satis est. Concludit satis sibi esse si a lesbia benignissimum accipit Coitum Inter utę foelicitates Lapillo albo notandum: q̃uis & aliis uiris Interdum sed raro non neget: nobis unis mihi & tibi malli. Id.uenereũ munus.

Lapide candidiore,antiqs ex thracũ instituto mos fuit dies lętos albis calculis infelices nigris quot tidiana notatiõe signare eo modo totũ annũ cõputantes candidis notatos inter uitę seriem recẽsebãt: nigris aũt signatos uitę nõ eẽ ascribẽdos putabãt:sic Persius Hũc macrine diẽ numera meliore lapillo Qui tibi Labentes apponit Candidus annos:Oratius aũt cũ Acronte & porphyriõe interptibus hunc morẽ cretensiũ fuisse putauit Cressa nec Careat pulchra dies nota nisi forte qđ suspicor Oratii uerba mendosa interptes deceperint & quod Oratius thressa pro thracia scripserit : interptes:siue quod potius Credo librariorũ iperitia Cressa Corruptũ inuenerit:Pli.hũc morẽ sic exagitat uana mortalitas & ad circũscribendã se ipsam ingeniosa Cõputat more thracię gentis:quę calculos colore distinctos pro experimento Cuiuscũq; diei in urnam Cõdit:ac sumpto die separatos dinumerat:atq; ita de uno quoq; pronũciat qđ q̃ iste Candore calculi laudatus dies origi nem mali habuit. Hoc tibi quod potui.Elegię conclusio cum excusatiõe poetę qui curis:& męroribus oppressus oibus mallii meritis:& optatis satisfacere nequiuerit:Sed pro tãtis officiis : quę mallio debet hoc tãtũ amici animi testimoniũ Carmię uno miserit. Pro aliis officiis.quę tuis erga me meritis multa debeo. Nostrũ nomen.nostri nois memoriã. Rubigine.obscuritate obliuiõis:hoc ẽ ne nostrũ nomẽ obliuiõe pereat. Huc.ad hãc nostri nois Cõseruationẽ. Themis.themin antiq deam putabãt esse:quę p̃ciperet hoibus id petere qđ fas esset:eamq; id eẽ existimabant quod & fas est.hęc festus. P.Nã themin cęli:& terrę filiã:tum diuinandi artem:tũ sacra cultusq; deorũ introduxisse dicunt:eaq;:quę ad beneui uendũ & pacẽ ptinent ostẽdisse:nam θέμις significat fas:hãc aũt deam hoibus aureo sęculo iuste uiuentibus oia uota pie cõcepta tribuisse dixerũt poetę. Piis.pie ac iuste uiuentibus. Antiquis.priscis aurei sęculi hoibus. Tua uita.amica tua. In qua lusimus.in qua ego a te hospitatus carmina scripsi. Domina.amica tua.Cõmoratio est:In eadẽ .n.re p̃sistit mutatis uerbis. Et q.i.& sit fęlix mallius:q patefecit meos agros sic supra:is clausum lato patefecit limite campũ:isq; domũ nobis isq; dedit dominã. Principio.alii legũt p̃cipue sed hic uersus:& sequens uarie corrupti iudicio meo sic legant:Et qui pricipio nobis terrã dedit atq; a Quo sũt nobis oia nata bona. Longe.ualde. Lux mea mihi charior me ipso.lesbia mihi mea uita charior: Sic infra.Eripere ei noli multo quod charius illi est oculis:seu quod charior est oculis.

Quod lapide illa dies candidiore notat:
Hoc tibi quod potui confectum carmine munus
Pro multis aliis redditur officiis:
Ne nostrum scabra tãgat rubigine nomen
Hæc atq; illa dies atq; alia:atq; alia:
Huc addẽt diui q̃plurima quæ thetis olim
Autiquis solita est munera ferre piis.
Sitis felices & tu simul:& tua uita:
Et domus ipsa in qua lusimus & domina:
Et qui præcipue nobis terram dedit a quo
Sunt primo nobis omnia nata bona:
Et longe ante omnes mihi quæ me charior ipsa ẽ
Lux mea :qua uiua uiuere dulce mihi est.

In Rufum.

n Oli admirari . Rufum uestibus: & gemmis fulgentẽ se ab omnibus puellis contemni atq; uitari miratem magna sordium : atq; teterrimi odoris hyrcini nota infamiaq; afficit monens aut ne admiret se uitari : aut hyrcinũ fętorem extinguat. Rarę uestis.p̃ciose ac pręclarę togę. Labefactas.uexas:pturbas. Vestis.s. suauibus odoribus infectę. Lapidis. gemmę sardonycis perlucidi Martialis Cuius et hic lucet sardonycata manus. Fabula . diuulgata de te infamia: Caper.hyrcinus odor ex subalis exiẽs : Oratius Polypus an grauis hirsutis cubet hyrcus i alis. Subala.ꝙ.subala:& ala pars ẽ sub brachio concaua ab adolescentię initio hirta:

IN RVFVM.

n Oli admirari quare tibi fœmina nulla
Rufe uelit tenerum suppositisse femur :.
Non illam raræ labefactas munere uestis
Aut perluciduli deliciis lapidis :
Lædit te quædam mala fabula:qua tibi fertur
Valle subalarum trux habitare caper :
Hunc metuunt oẽs:neq; miꝝ:nã mala ualde est
Bestia:nec qui cum bella puella cubet.
Quare aut crudelem nasorum interfice pestem.
Aut admirari desine cur fugiunt .

DE MVLIERE SVA:

n Vlli se dicit mulier mea nubere malle
Quã mihi: non si se iuppiter ipse petat
Dicit: sed mulier cupido quod dicit amãti
In uento & rapida scribere oportet aqua.

De Lesbia.

n Vlli se dicit. i puellã suã scribẽs fallacia mulierẽ i amãtes uerba. Inania q; promissa demõstrat. Et rapida scri. opor. aq̃. quoniã frustra credit q̃d mulieres promittũt: aut dicũt amãtibus quẽadmodũ frustra signat aut pforat aq̃ oio post ictũ cohęrens uñ prouerbiũ erat apd ãtiquos aq̃ hęret: cõtra frustra conãtẽ huius prouerbii cice. i offõr. iii. meminit.

AD VIRROBONEM.

f I cui uirrobon sacer alarum obstitit hircus:
Aut si aliquem merito tarda podagra secat:
Aemulus iste tuus qui nostrum exercet amorẽ
Mirifice est a te nactus utrunq; malum:
Nam quotiens futuit totiens ulciscitur ambos:
Illam affligit odore: ipse perit podagra.

Ad Virrobonem.

s I cui uirrobon. uirrobõem allo/quẽs eũ iocose cõsolat de com/munibus iniuriis sibi & illi factis a ruso utriusq; riuali: quẽ podagrę toeto ris libidinisq; indomitę amarulẽta infamia notat. Aemulus. riualis tuus. Nostrũ amorẽ. meã amicã. A te. a tuis iprecatiõibus. Vlciscit. ultiõe persequitur. Ambos. se atq; puellã quę amorem tuum fraudat.

AD LESBIAM:

d Icebas quondam solum te nosse catullum
Lesbia: nec præ me uelle tenere iouem.
Dilexi tum te: non tantum ut uulgus amicam:
Sed pater ut gnatos diligit & generos:
Nunc te cognoui: quare & si impensius uror:
Multo ita tu nunc me uilior & leuior:
Quis potis est /inquis: quod amantẽ iniuria talis
Cogit amare magis sed bene uelle minus?
Desine de quoq̃ quicq̃ bene uelle mereri:
Aut aliquem fieri posse putare pium.
Omnia sunt ingrata: nihil feciſſe benigne
/Imo etiam tedet /stetq; magisq; magis:
Vt mihi quem nemo grauius nec acerbius urget
Quã mõ qui me unũ atq; unicum amicũ hũit.

Ad Lesbiam.

d Icebas quõ. lesbię fallacibus illecebris blãdisq; uerbis pellecto ac postremo deceptus poeta se solũ alesbia amari credẽs puellã dilexit: ac oi paterno affectu prosecutus é: sed quũ se ab ea alios plures amãte: aut certe cui da hoi noie mullo nubente derisũ cognouisset: amore magis ardẽs lesbiã tamẽ leuius: ac uilius ęstimabat. Prę me. añ me: aut respectu mei. Nũc te cognoui. te fallacẽ mulloq; nubẽtem alioſq; prę me recipiẽtẽ dephẽdi: Nũ pserat aũt lesbia mullo cuidã stolido uiro: i quẽ Catul. ifra isultat i epigrãmate lesbia mi pñte uiro. Et si ipẽ. uror: multo. Ita tu nũc me uilior: & leuior. sensus é q̃uis ob riualiũ meoꝝ ęmulationẽ: atq; amittẽdi metum tui amore magis accẽdar: tñ pp fraudes tuas ac Corporis diuulgationẽ te uiliorẽ: leuiorẽq; hẽo. Intẽsius. uehemẽtius. Vilior & le. s. es. Me. pro mihi: Nã antiqui me pro mihi dicebãt: ut festo placet. Quis potis é inquis. lesbię obiectio p iterrogationẽ: & é sensus Quis posset hęc duo cõtraria facere: ut eũdẽ amãtem iniuria: & pfidia amicę cogat magis amare illã: sed eidem puellę minus bene uelle pp Iniuriam. Magis amare. magis appetere illã amicam. Minus bene uelle. minori beniuolẽtia prosequi: legito Donatũ in andria. Desine de quo q̃ quicq̃ bene. u. m. poetę uerba: noli inquit de quoq; benemereri: aut si benemereris De ullo: noli sperare illum posse fieri grãtũ: aut pium: quoniã oẽs sunt Ingrati: itaq; magis atq; magis stet: & placeat tibi nihil cuiq̃ benigne facere: sicut mihi stat: & placet nihil benefeciſſe multis. Desine uelle. i. noli.

Quicq̃ benemereri de quoq̃ alicui qcq̃ benefacere. Putare. sperare. Pium. gratũ: nã gratia & pietas idẽ pleꝝq; significãt. Omnia Sũt ingra. plus dixit: q̃ si diceret oẽs hoies ingrati sũt. Stet. placeat. Nihil feciſſe benigne. benigne facere est benemereri: & liberalitatẽ exercere Cicero in officioꝝ primo: uidẽdũ est eni ne obsit benignitas: & his qbus benigne uidebit fieri & cęteris. Magis atq; magis. maxie: ac uehemẽter. Imo ẽt tedet. p parenthesim hęc dicta sũt. Vt mihi. s. stat: & placet: q̃ sub audias Mallius ille q me unum. i. pcipuum. Atq; unicũ. & singularẽ amicũ. Habuit. habere indicauit: alii legunt habet: sed non stat uersus: qui quattuor collisionibus asprimus est.

g Ellius audierat.gelliũ patrui ſui neſariũ irrumatorẽ ſatyrico felle aſpgit:Gellius.n.patrui ſui uxorem impie ardens In eius gratiã Delicias multas & dicebat:& faciebat:quod quum patruus intelexiſſet obiurgare cępit oblique Gellium:Qui patruum irrumando ſilere coegit: Hic Gellius uidetur: eſſe ille De quo Cicero pro ſextio ſcribit aderit Gellius homo:& fratre indignus uiro clariſſimo & ordine equeſtri:& Infra quum oſtenderit eum gulloſſimum ganeonem ſubdit:uerũ ego tibi patrimoniũ eripui gelli:an tu comediſti:legito amplius circa finẽ ſupradictę orationis.

In Gellium.

g Ellius audierat patruum obiurgare ſolere
Siquis delicias diceret aut faceret.
Hoc ne ipſi accideret:patrui perdeſpuit ipſam
Vxorem:& patruum reddidit harpocratem
Quod uoluit fecit:nam q̃is irrumet ipſum
Nunc patruum:uerbum non faciet patruus.

Nõ iurgia ferre.nõ tolerare uerba delicata tanq̃ iurgia uxori:ac ſibi dicta:aliter legiť patruũ obiurgare ſolere:quę lectio magis probari poteſt.

Ipſi.ſibi Gellio. Perdeſpuit.cõtẽpſit:nã quos contemnimus in eos deſpuimus:Perſius deſpue quod non es.

Reddidit harpocratem.mutũ fecit ſilere coegit:harpocrates Catulli tẽporibus fuit mutus quidã denoiatus ab harpocrate deo ęgyptioꝝ. Nã ut Plutarchus i oratiõe de ſarapidis numine ſcribit:harpocrates ab ęgyptiis colitur deus ſilentii:cuius numinis ſimulacrum digito labiis admoto figuratũ indicat ſilentiũ Huius dei meminit Oui.noiẽ ꝓtermiſſo quũ deos iſidis Comites dinumerat:ſanctaq; Bubaſtis uariuſq; coloribus apis:Quiq; ꝓmit uocem digitoq; ſilentia ſuadet:Siſtraq; erant:nunq̃ q; ſatis quęſitus oſiris:harpocratis aũt imagine in annulis ſignatoriis antiquos uſos ſcribit Plinius his uerbis:iam uero ẽt harpocratem:ſtatuaſq; ęgyptioꝝ numinũ in digitis uiri quoq; portare incipiunt: Hic deus ęgyptiorũ harpocrates ab aliquibus putatur Saturnus:ego uero multis argumentis ducor cur credam harpocratem eſſe Mercuriũ:qui ab ęgyptiis ſupſtitioſiſſime cultus oſtendiť a Cicerone atq; Macrobio:Harpocrates igiť Mercurius tenens harpen ab ἅρπη & κρατέω ideſt ab harpe & teneo:Ita eni pingiť tenens harpen:quam harpen cyllenida uocauit Lucanus. Fecit quod uoluit.patruum ſilere coegit:Duplici modo.ſ.& eius libidini ſatiſfaciẽdo:& mentula os obturãdo:nam qui irrumať & fellat tacere cogiť.

Irrumet.ſ.in os. Patruus.qui fellator erat. Non faciet uerbum. Silebit:Sic Martialis:Si te ꝓhendero Gargili tacebis.

Ad Leſbiam.

h Vc eſt mens deducta tua.leſbię fallacias:& ꝓfidiam conquerẽs ait ſe culpa eius in tam anguſtum uitę ſuę diſcrimẽ adductũ eſſe:ut eam (ẽt ſi fieret optima) neq; amare poſſit:neq; ab eius amore deſiſtere:aut fugari: q̃uis oia maloꝝ genera in ipſum poetam leſbia faceret:Deinde ſe ipſum conſolatur multis rationibus poſtremo a diis immortalibus petit atq; implorat:ut poetę ipſius miſereantur:eumq; a tanta peſte atq; diri amoris calamitate liberent.

Ad Leſbiam.

h Vc eſt mens deducta tua mea leſbia culpa:
Atq; ita ſe officio perdidit ipſa ſuo:
Vt iam nec bene uelle queam tibi ſi optima fias:
Nec deſiſtere amare:omnia ſi facias.

Mens mea.ratio conſilium animi mei. Tua culpa.tua in amore ꝓfidia. Ipſa.mens mea. Suo officio.Sua erga te fide officioſa. Omnia.ſcilicet mala contra me.

s Iqua recordanti.ſe ipm cõſolať a benefactoꝝ recordatiõe: Nã Bene acta uita multoꝝ bñfactoꝝ recordatio ẽ iucũdiſſima:ut inqt Cice. ſic & Epicurus ad doloris diminutionẽ iubebat ꝓteritarũ uoluptatũ reminiſci ſuauitates. Piũ.iuſtũ inocẽtem bñficũ. Nec fede.i ul.nec i ullis pactis:aut promiſſis ſe abuſum eẽ deoꝝ numine:Siue teſtimonio: Nam iuſiurandum ut ait Cicero affirmatio religioſa qđ aũt affirmatiue quaſi deo teſte promiſeris id tenẽdũ ẽ. Dictaq; factaq; ſũt.ſ.tuę leſbię ingratiſſimę.

Conſolatio Ad Se Ipſum.

ſ Iqua recordanti benefacta priora uoluptas
Eſt homini quum ſe cogitat eſſe pium:
Nec ſanctam uiolaſſe fidem nec fœdere in ullo
Diuum ad fallendos numine abuſum hoĩes:
Multa parata manent in longa ætate catulle
Ex hoc ingrato gaudia amore tibi:
Nã quæcunq; hoĩes bene cuiq̃ aut dicere poſſunt
Aut facere:hæc a te dictaq; factaq; ſunt:
Omniaq; ingratæ perierunt credita menti.

Quare iam te cur amplius excrucies:
Quin te aio affirmas: atq; inſtinctoq; reducis
Et diis inuitis deſinis eſſe miſer:
Difficile eſt longum ſubito deponere amorem
Difficile eſt: uerum hoc quod lubet efficies:
Vna ſalus hæc eſt: hoc eſt tibi peruincendum:
Hoc facies: ſiue id non pote: ſiue pote:
O dii ſi ueſtrum eſt miſereri: aut ſi quibus unq̃
Extrema iam ipſam morte tuliſtis opem:
Me miſerum aſpicite: & ſi uitam puriter ægi:
Eripite hanc peſtem perniciemq; mihi:
Quæ mihi ſubrepens imos ut torpor in artus
Expulit ex omni pectore læticias:
Non iam illud quæro cõtra ut me diligat illa:
Aut quod non potis eſt eſſe pudica uelit.
Ipſe ualere opto & tetrum hunc deponere morbũ
O dii hoc reddite mi pro pietate mea.

Cur amplius te excruties. quũ oia be/ neſeciſti: ac nulla tua culpa tibi malũ hoc acciderit. Quin te aio affirmas .i. te aio tuo cõfirma & a tãto lãgore ac dolore ſuſcita: legitur & ſic: qui tu animũ affirmas: neutra lectio iprobã da eſt. Diis inuitis. diis nolẽtibus te dolere ac miſerum eſſe. Nõ pote ſi ue pote. ſiue poteſt ſiue non poteſt fie/ ri tamen efficias diis adiuuantibus.

Me miſerũ aſpicite. mihi miſero fa uete ac opem ferte. Puriter. inocen ter: pie: iuſte: Hanc peſtem. hunc le/ ſbię peſtiferum amorem. Torpor. aut lethargũ aut ueternũ dicit. Va lere. ſanus fieri ab amore peſtifero.

Morbum. nã omnes animi pturba/ tiones appellari morbos ſcribit in tu/ ſculanis Cicero.

AD RVFVM:

r Vſe mihi fruſtra: ac nequicq̃ credite amice
Fruſtra imo magno cum precio atq; malo:
Siccine ſurrepſti mi atq; inteſtina perurens
Sic miſero eripuiſti omnia noſtra bona?
Eripuiſti heu: heu noſtræ crudele uenenum
Vitæ. heu heu noſtræ pectus amicitiæ.

Ad Rufum.

Ruſe mihi fruſtra. pfidam ruſi ami ciciam cõqueritur: quoniã leſbiã ami/ cam ſuam abduxerit: hic ẽ ille rufus quẽ ſupra dixit hyrcinũ fetorem ole/ re podagricumq; eſſe. Fruſtra. Caſ ſo labore. Nequicq̃. uana ſpe. falſa q; Credulitate. Pretio. magno dam no leſbię amiſſę. Surrepſti. clam: & fraudulenter in animum meum in greſſus es: ſurrepo eſt latẽter & clam ſuccedo & eſt tractum a ſerpentibus ſurrepſti pro ſurepſiſti per ſyncopen Oia noſtra bo. amicam meam in oia protulit: Perurens. iracundię doloriſq; incendia Concitans: meę uitę bona poſuerã. Heu heu noſtrę pectus ãicicię exclamatio i pfidũ rufi pectus aiumq; fallacẽ.

DE GALLO.

g Allus hab7 fratres quorũ ẽ lepidiſſima cõiũx
Alterius: lepidus filius alterius:
Gallus homo eſt bellus: nã dulces iũgit amores
Cum puero ut bello bella puella cubet:
Gallus hõ eſt bellus: nec ſe uidet eſſe maritum:
Qui patruus patrui monſtret adulterium:
Sed nunc id doleo q; puræ pura puellæ
Suauia cõiunxit ſpurca ſaliua tua:
Verum id nõ impune feres: nã te omnia ſæclã
Noſcent: & quis ſis fama loquetur anus.

In Gallum.

Gallus habet fratres. uerſutã atq; nefarriã galli libidinẽ ſatyrica mor/ dacitate lacerat: quoniã is gallus ut fa cilius poſſet fratrum ſuoꝝ liberos & uxorem in ſuã nefandam libidinẽ alli cere: ipſe leno eos inter ſtupra cõmit/ tere docuit: minatur itaq; gallo poeta ſe ęterna infamia ſacrilegas eius libi/ dines notaturũ. Quoꝝ eſt lepidiſſi ma Cõiũx alterius. ordo eſt quoꝝ al/ terius cõiunx eſt lepidiſſima. Bellus. benignus irõice. Stultus. rudis quo/ niã tam diros amores inter illos Con cilians imprudenter idicat ſua cum il lis flagicioſa ſtupra: facit eni ſe ſtupri ſuſpectum maritũ. ſ. uxoris. Tua. o galle. Spurca. fętida. Pura ſuauia puellę. mũda oſcula uxoris fraternę. Anus fama. lõgęua infamia: ſic ſuperius hęc charta loquatur anus.

In Leſbium.

Leſbius eſt pulcher. leſbiũ riualem ſuũ ſibi ob pulchritudinẽ a leſbia prę poſitum amaruléto ioco inſectatur i leſbię indignationem: quoniá ea pulchritudine decepta amatoré ad rem uenereã imbellé ac ſterilé elegerit excluſo catullo. Quid ni. Cur nõ. ſ. ſit pulcher ſi eũ mihi añpoſuit leſbia: ẽ inuita & amara cõceſſio. Tria nat. ſua. i. ſi tria oſcula unq̃ dederit ſuis liberis: quos nullos hũit unq̃. Suauia. parẽtibus. n. iucũ diffia ſũt paruulorũ natorũ oſcula.

DE LESBIO.

Leſbius eſt pulcher: quid ni? quẽ leſbia malit
Quam te cum tota gente catulle tua:
Sed tamẽ hic pulcher uendat cum genre catullũ:
Si tria natorum ſuauia reppererit.

In Gellium.

Vid dicã gelli. aſperrime lacerat gelliũ fellatorem ſpurciſſimũ q quũ eſſet facie uenuſta pallidiſſimus mane ſurgebat: qđ ſcelus palã diuulgatũ erat. Cãdidiora: pallidiora. Iuuẽalis. & morbo pallet utroq;. Octaua hora. quoniã plurimos fellãs uſq; in octauã ſolis exorti horã iaces. E molli quiete. a molli ſomno. Longo die. ęſtiuis diebus: q ſunt cęteris lõgiores. Grandia. uirilia mẽbra grãdia: ſic martialis. quũ tibi uernarent tenera lanugine malę lambebat medios improba lingua uiros. Clamãt uictoris rupta miſelli. labra tua grandibus mentulis lacerata ruptaq; clamãt: atq; manifeſte idicãt hęc flagitia tua. Notata ſero. ſpermate inquinata: Serũ pro ſpermate poſuit: ẽ. n. ſerũ aqua lactis: Virg. paſce ſero pingui. Victoris. tui qui multos pẽnes Surgens uictor euaſiſti.

AD GELLIVM:

Vid dicã gelli quare roſea iſta labella
Hyberna fiant candidiora niue?
Mane domum cum exis & cum te optata quiete
E molli longo ſuſcitat hora die:
Neſcio quid certe eſt: an uere fama ſuſurrat
Grandia te medii tenta uorare uiri:
Sic certe eſt. clamant uictoris rupta miſelli
Illo demulſo labra notata ſero.

Ad Iuuentium.

Emo ne in tanto. iuuentiũ adoleſcentem imprudentię arguit: q̃ piſaurum quendã pallidiſſimũ ſibi amatorem delegerit. quũ in tãto populo romano q̃plurimi ſint illo piſaurenſi pulchriores atq; amabiliores: hic eſt ille iuuentius de quo in endecaſyllabis dixit o q floſculus es iuuentio; Alibi ſurripui tibi dum ludis mellite iuuẽti ſuauiolũ dulci dulcius ambroſia. Tãto populo. ſcilicet Romano. Bellus. facilis: Benignus diminutiuũ a bono. Piſauri: piſaurũ umbrię oppidum eſt romano; Colonia: nõ a pẽſato auro dictum: ſed a piſauro amne uicino ut plinius indicat. Quem. qualẽ iterrogatiue. Nobis. mihi Catullo: nam poeta formoſus erat. Et neſcis quod facinus facias? totum interrogatiue. Quod. quale q̃ inutile tibi.

AD IVVENTIVM.

Emo ne in tanto potuit populo eſſe iuuẽti
Bellus homo: quem tu diligere inciperes?
Prætereq̃ iſte tuus moribunda a ſede piſauri
Hoſpes inaurata pallidior ſtatua:
Quid tibi nunc cordi ẽ? quẽ tu præponere nobis
Audes: & neſcis quod facinus facias.

Ad quintium.

Vinti ſi tibi uis. quintiũ familiarẽ ſuũ impẽſe precaẽ ne puellã ſuã ſibi arripiat. ſi uult poetã ei maximas debere gratias. Eripere noli. puellã. ſ. ſeu ſubintelligiẽ charius eo ſi qđ ẽ oculis charius.

AD QuINTIVM.

Vinti ſit tibi uis oculos debere catullum
Aut aliud ſiquid charius eſt oculis:
Eripere ei noli multo quod charius illi
Eſt oculis: ſeu quid charius eſt oculis.

AD MVLVM.

l Esbia mi præsente uiro mala plurĩa dicit
Hoc illi fatuo maxima lætitia est:
Mule nihil sentis: si nostri oblita taceret
Sana esset: quod nunc garrit & obloquitur
Non solum meminit: sed quæ multo acrior ẽ res:
Irata est. hoc est uritur: & loquitur.

De Lesbia In mulum.

l Esbia mi ꝑnte uiro. Muli lesbię mariti stoliditatem stulticiamq; deridet: quoniã fatuus uxoris fraudes subdolaque adulteria: & manifestos dolos non aiaduertat. Mule. mulus nomen proprium mariti lesbię. Sana. libera ab amoris isania: cõtra Virgilius malesanã didonẽ ęneę amore Captã dixit: Tũc sic unanimẽ alloquitur malesana sororẽ. Garrit. nugatur. Obloquitur. de me maledicit simulate. Irata est. simulat aduersum me Iram. Vritur. amore meo ardet: & ideo de me loquitur simulata ira: quum prę amore de me silere non possit.

DE ARIO.

c Hõmoda dicebat: si quãdo cõmoda uellet
Dicere: & hinsidias arius insidias.
Credo sic mater sic liber auunculus eius
Sic maternus auus dixerat: atque auia.
Hoc misso in syriam requierant omnibus aures
Audibant eadem hæc leniter & leuiter.
Nec sibi postilla metuebant talia uerba:
Cum subito affertur nuncius horribilis
Et tum mirifice sperabat se esse locutum
Cum quantum poterat dixerat hinsidias:
Ionios fluctus postquam illuc arius isset
Iam non ionios esse sed hionios.

In Arium.

c Hommoda dicebat. Ariũ uerba latina barbare aspirãdo pronũciatẽ: ac cõsonãtes: & uocales litteras pleno ac crasso spiritu: magnoq; aspirationis afflatu ꝑter grãmatices rõnẽ ꝑterq; latinitatis usum cũ itollerabili audiẽtiũ fastidio proferẽtẽ loco risuq; Catul. isectat. Chõmoda. sic proferebat Arius pria cõsonãte barbare aspirata: ueteres aspiratione litteras parcissime usos scribit Quintilianus ẽt in uocalibus quũ ędos ircosq; dicebãt: diu deinde reseruatum eẽ ne cõsonãtibus aspirẽt ut in graecis & triumphis: Erupit breui tpre nimius usus: ut chorõę: chenturiões: ꝑchones cũ aspiratiõe adhuc i quibusdã scriptiõibus maneãt: Qua de re: ut idẽ fabius scribit Catul. nobile hoc epigrãma ẽ: plura i hũc sensũ Cicero in oratore perite ut cętera cõscribit. Hinsidias. pria littera aspirata crassoq; spiritu prolata. Credo sic ma: mulieres. n. ut scribit Cicero facilius icorruptã ãtiqtatẽ cõseruãt: qꝑ multos sermõis eꝫptes ea tenẽt sempꝫ quę pria didicerũt: itaq; Crassus dicebat quũ socrũ meã lęliã audio sic eã audio: ut Plautũ mihi aut neuiũ audire uidear sono ipso uocis ita recto: & simplici ẽ: ut nihil ostẽtatiõis: aut mutatiõis afferre uideat. Hoc misso i syriam. posteaq; arius i syriã a senatu magistratus missus ẽ: oés tam tedioſa loquacitate liberati gaudebãt. Hęc ea. eadẽ uerba ab aliis sine aspiratiõe proferri. Leniter. nõ hiulce nõ crasse: sed exiliter. Leniter. facile: Suauiter: nõ aspere. Postilla. aduerbiũ ut posthac & postilla significat postea: siue post illud tẽpus. Nũcius. q; ariũ ex prouincia Romã reuerti significabat: Horribilis. oibus formidãdus ꝑ hoc indicat formidãdũ arii fastidiũ. Ionios fluctus. nã Quũ arius Romã reuersus familiaribus narraret loca & tempestates: siue procellas Ionii maris: Ionios crebro repetens Crasso spiritu addita more suo aspiratione proferebat cũ audiẽtiũ risu: ac felle putidus.

DE AMORE SVO.

o Di & amo. quare id faciã fortasse requiris
Nescio: sed fieri sentio & excrutior

De Amore Suo.

o Di & amo. Hoc districho se unius mulieris amore odioq; uexari fatet: nec rõnẽ quare id fiat scit: sed tãtũ id malũ Sẽtit & patit: amat ãt ꝑ pulchritudinẽ: atq; rei uenereę cũ ea consuetudinem: sed eãdẽ odit ob eius perfidiam: & multos quos accipit amatores: hęc autem mulier fortasse lesbia est. Ex hoc colore sumptum uidetur id Ouidii argumentum in amoribus ubi de intollerandis amicę suę moribus conquerẽs ait. Luctantur pectusq; leue in cõtraria ducunt Hac amor hac odium: sed puto uincet amor: & Infra: Nequiciam fugio: fugientem forma reducit. Auersor morum Crimina: Corpus amo. Sic ego nec sine te nec tecum uiuere possum. Et uideor uoti nescius esse mei.

Quintię atq; Lesbię Cõparatio.

Tu licet Antiopę formā. Antiopa ut in. iiii. argonauticoꝝ ſcribit apollo nius & eius interpres Nyctei filia fuit: quę cū a loue cōpreſſa ē mutato i ſa/ tyri formā fugiēs irā paternā Ad epo peū regem Sycioniū ſe cōtulit ubi am phionē & Zethum peperit: expoſuit/ que i mōte citherone: bubulcus reppe rit & educauit: nycteus prę dolore moriēs amiſſa filia lycū fratrē roga/ uit ut antiopē recuperaret. ille ducto exercitu epopeū interfecit uictū. Cap tiuāque duxit ātiopen: quā Dircę uxo ri cuſtodiēdā cōmiſit: ea aufugit: & cū in Citherone adultos filios reperiſſet utrūq; ad iniuriā Dirces apud quā in uinculis fuerat ulciſcē dā ipulit. āphiō igiᵗ & Zethus accerſito lyco pollice/ bāᵗ ſe antiopē fugitiuā reddituros ut ea ſpe deceptum ſupplicio afficerēt. Mercurius a loue miſſus monuit ut ly ci poena abſtinerēt: iuſſitque lycū de poſitū regnū eis tradere Dirce cauda tauri ſylueſtris diſcerpta eſt fōtiq; no mē dedit. Ouidius. ut tracta ē cōiunx imperioſa lyci. homerus i euocatione

maniũ ſcribit antiopẽ fuiſſe aſopi fili am. ouidius alterã aſopi filiã putat: cũ qua iuppiter habuerit rẽ ſub ignis ſpe cie. Fuit itẽ antiope ut ſcribit Cicero. ex qua & ioue natę ſunt Pierides: Her mione. Menelai & helenę filia formo ſiſſima. Helena apud homerum her / mionemq; meam. Duris ſamius in in / terpretatione lycophronis ſcribit her mionem Theſei & helenę filiam fuiſ / ſe: helenam autem quod unus pauſa / nias ſcribit profugam poſt bellũ tro ianum ex lacedęmone ubi erat inui / ſa & ſuſceptã hoſpitio a polyxo Rho dia uxore olim Tlepolemi ſuſpende / runt Ancille ex arbore in ultionẽ Tle polemi qui in bello troiano perierat erecto tẽplo quod ἕλενησ ἀνδρι τιδοσ dicebatur. Qualis ubique la / pis. Tibullus. nam ueneror ſeu ſtipes habet deſertus in agro: ſeu uetus i tri / uio florida ſerta lapis.

Oſtendit quantos patieris galle labores
Si pgis dominę ſubdere colla ſuę
Non impune illa rogata uenit: qua ſi dicat amantem mox torquet a quo conciliata fuerit.

Tu licet antiopæ formam: nicteidos & tu
Spartanæ referas laudibus hermionæ:
Et quaſcũq; tulit formoſi temporis ætas:
Cynthia non illas nomen habere ſinit.
Me dum ſi leuibus fuerit collata figuris
Inferior duro iudice turpis eat:
Hæc ſed forma mei pars eſt extrema furoris
Sunt maiora quibus baſſe perire iuuat:
Ingenuus color: & multis decus artibus: & quæ
Gaudia ſub tacita dicere ueſte libet:
Quo magis: & noſtros contẽdis ſoluere amores
Hoc magis accepta fallit uterq; fide:
Non impune feres ſciet hæc inſana puella
Et tibi non tacitis uocibus hoſtis erit:
Nec tibi me poſt hæc committet Cynthia: nec te
Quæret: erit tanti criminis illa memor:
Et te circum omnis alias illata puellas
Deferet heu nullo limine carus eris:
Nullas illa ſuis contemnet fletibus aras:
Et quicunq; ſacer: qualis ubiq; lapis:
Non ullo grauius tentatur Cynthia damno
Quam ſibi cum rapto ceſſat amore deus:
Præcipue noſtri maneat ſic ſemper adoro
Nec quicq̃ ex illa quod querar: inueniam:
Ad æmulum ſuum gallum.
i Nuide tu tandem uoces cõpeſce moleſtas
Et ſine nos curſu quo ſumus ire pares.
Quid tibi uis inſane meos ſentire furores:
Infelix properas ultima noſce mala:
Et miſer ignotos ueſtigia ferre per ignes
Et bibere e tota toxica theſſalia:
Non eſt illa uagis ſimilis collata puellis
Molliter iraſci non ſolet illa tibi:
Quod ſi forte tuis non eſt contraria uotis
At tibi curarum milia quanta dabit:
Non tibi iam ſomnos: non illa relinquet ocellos
Illa feros animis alligat una uiros.
Ah mea contemptus quotiens ad limina curres
Quom tibi ſingultu fortia uerba cadent:
Et tremulis mœſtus orietur fletibus horror
Et timor informem ducet in ore notam:
Et quæcũq; uoles fugient tibi uerba querenti

Nec poteris qui ſis: aut ubi noſſe miſer:
Tum graue ſeruitium noſtræ cogere puellæ
Diſcere & excluſum quid ſit abire domum:
Nec iam pallorem totiens mirabere noſtrum
Aut cur ſim toto corpore nullus ego:
Nec tibi nobilitas poterit ſuccurere amanti
Neſcit amor priſcis cedere imaginibus:
Quod ſi parua tuæ dederis ueſtigia culpæ
Quam cito de tanto nomine rumor eris
Non ego tum potero ſolatia ferre roganti
Quum mihi nulla mei ſit medicina mali.
Sed pariter miſeri ſocio cogemur amore
Alter in alterius mutua flere ſinu:
Quare quid poſſit mea Cynthia deſine galle
Quærære non impune illa rogata uenit:

Ad Tullum.

n On ego nũc hadriæ uereor mare noſcere tecũ
Tulle neq; ægeo ducere uela ſalo:
Cum quo ripheos poſſim conſcendere montes
Vlteriuſq; domos uadere in æmonias:
Sed me complexæ remorantur uerba puellæ
Mutatoq; graues ſæpe colore preces:
Illa mihi totis argutat noctibus ignes
Et queritur nullos eſſe relicta deos:
Illa meam mihi iam ſe denegat: illa minatur:
Quæ ſolet irato triſtis amica uiro:
His ego non horam poſſum durare querelis:
Ah pereat: ſi quis lentus amare poteſt:
An mihi ſit tanti doctas cognoſcere athenas
Atq; aſiæ ueteres cernere diuitias:
Vt mihi deducta faciat conuitia puppi
Cynthia & inſanis ora notet manibus:
Oſculaq; oppoſito dicat ſibi dedita uento
Et nihil infido durius eſſe uiro:
Tu patrui meritas conare ante ire ſecures
Et uetera oblitis iura refert ſotiis:
Nam tua non ætas nunquam ceſſauit amori
Semper iad armatæ cura fuit patriæ:
Et tibi non unquã noſtros puer iſte labores
Afferat & lachrymis omnia nota meis
Me ſine quem ſemper uoluit fortuna iacere:
Hanc animam extremæ reddere nequitiæ:

Audeat Aegeas Tullo comes ire per undas.

Sed dominę retinet iperioſus amor. Domos memnonias. Memnon titho/ni filius in ęthiopibus qui ięgvpto ſũt ad abidon regiam habuit alii conten/dũt in ſuſis fuiſſe. annales regii tradũt auctore diodoro Memnonis oſſa cre mata fuiſſe & relata in ęthiopes ut alii ſcribunt ad tithonum in perſas.

Multi longinquo periere in amore libenter
In quorum numero me quoq; terra tegat:
Non ego sum laudi: non natus idoneus armis
Hanc me militiam fata subire uolunt.
At tu seu mollis qua tendit ionia: seu qua
Lydia pactoli cingit aratra liquor:
Seu pedibus terra: seu pontum carpere remis
Ibis & accepti pars eris imperii:
Tum tibi si qua mei ueniet: non immemor hora:
Viuere me duro sydere certus eris.

Ad ponticum.

Pontice depones grandi cum carmine thebas.
Et flebis tenui captus amore lyra.
Magno foenere. nam quo serius uenit eo magis cruciat.

c Vm tibi cadmeæ dicuntur pontice thebæ
Armaque fraternæ tristia militiæ.
Atq; ita sim felix primo contendis homero
Sint modo fata tuis mollia carminibus:
Nos ut consuemus: nostros agitamus amores:
Atq; aliquid diuam quærimus i dominam:
Nec tantum ingenio quantum sæuire dolori
Cogor & ætatis tempora dura queri.
Hic mihi cõteritur uitæ modus: hæc mea fama ẽ
Hinc cupio nomen carminis ire mei:
Me laudant doctæ solum placuisse puellæ
Pontice & iniustas sæpe tulisse minas:
Me legat assidue: post hæc neglectus amator
Et prosint illi cognita nostra mala:
Te quoq; si certo puer hic concusserit arcu
Quod nolim nostros euiolasse deos
Longe castra tibi: longe miser agmina septem
Flebis in æterno surda iacere situ:
Et frustra cupiens mollem componere uersum
Nec tibi subiciet carmina sæuus amor:
Tunc me non humilem mirabere sæpe poetam
Tunc ego romanis præferar ingeniis.
Nec poterunt iuuenes nostro reticere sepulchro:
Ardoris nostri magne poeta iaces:
Tu caue nostra tuo contemnas carmine fastu
Sæpe uenit magno fœnore tardus amor.

Ad Cynthiam.

t Vne igitur demẽs: nec te mea cura moratur
An tibi sum gelida uilior illiria:
Et tibi iam tanti quicunque est iste uidetur
Vt sine me uento quolibet ire uelis:

Tu ne audire potes uæſani murmura ponti:
Fortis & in dura naue iacere potes:
Tu pedibus teneris poſitas fulcire ruinas:
Tu potes in ſolitas Cynthia ferre niues.
O utinam hybernæ duplicentur tempora brumæ
Et ſit iners tardis nauita uergiliis:
Nec tibi tyrrhena ſoluatur funis harena:
Neue inimica meas eleuet aura preces.
Atq; ego non uideam tales ſubſidere uentos
Cum tibi proiectas auferet unda rates:
Et me defixum uacua patiatur in ora
Crudelem infeſta ſæpe uocare manu:
Sed quodcunq; modo de me periura mereris
Sit galathea tuæ non aliena uiæ:
Vt te felici præuecta ceraunia remo
Accipiat placidis horythos æquoribus:
Nam me non ullæ poterunt corrumpere de te
Quin ego uita tuo lumine uerba querar:
Nec me deficiet notas rogitare citatos
Dicite quo portu clauſa puella mea eſt:
Et dicam a tratiis licet hec conſidat in oris
Et licet heleis illa futura mea eſt:
Hic erit: hic iurata manet: rumpantur iniqui
Vincimus aſſiduas non tullit illa preces:
Falſa licet cupidus deponat gaudia liuor
Deſtitit ire nouas Cynthia noſtra uias.
Illi carus ego: & per me cariſſima Roma
Dicitur & ſine me dulcia regna negat:
Illa uel anguſto mecum requieſcere lecto
Et quocunque modo maluit eſſe mea
Quam ſibi dotatæ regnum uetus hippodamiæ
Et quas helis opes ante pararat equis:
Quamuis magna daret: quãuis maiora daturus
Non tamen illa meos fugit auara ſinus:
Hanc ego non auro: non indis flectere conchis:
Sed potui blandi carminis obſequio:
Suunt igitur muſæ: neq; amanti tardus apollo:
Quis ego fretus amo: cynthia rara mea eſt:
Hunc mihi ſumma licet contingere ſydera plãtis
Siue dies ſeu nox uenerit illa mea eſt:
Nec mihi riualis certos ſubducet amores
Iſta meam norit gloria canitiem.

Qui modo ſuccenſos ridebat ua/
tis amores.

Pōticus i flāma eſt: & calet igne nouo.

Plus in amore ualet mimnermi uer/
ſus Homero. Mimnermus lygiſtades
dictus a ſuauitate carminis: nam λὶγ
ſignificat dulce. ἄλω cano. Colopho
nius fuit tibiarū peritus. ut ſcribit Stra
bo & elegi carminis poeta opus com/
poſuit iſcriptum nanum: in quo ādre/
monem pilium colophonis patrię cō/
ditorem profitetur. Cecinit amores
medeę & iaſonis. De hoc horatius. Si
mimnermus uti cēſet ſine amore iociſ
que. Ait igitur Propitius dulce & mol/
le carmen: quale ſcripſit mimnermus
plus prodeſſe amanti quam ſublime:
quale homerus: ut oſtendat ponticum
oportere omittere carmē thebanum
& canere elegum cum amet.

Ad ſuum æmulum ponticum.

d Icebam tibi uenturos irriſor amores
Nec tibi perpetuo libera uerba fore:
Ecce iaces ſupplexque uenis ad iura puellæ:
Et tibi nunc quæuis imperat empta modo:
Non me chaoniæ uincant in amore columbæ
Dicere quos iuuenes quæque puella domet:
Me dolor & lachrymæ merito fecere peritum
Atq; utinam poſito dicar amore rudis.
Quid tibi nūc miſero prodē graue dicere carmē?
Aut amphioniæ mœnia flere lyræ?
Plus in amore ualet mimnermi uerſus homero:
Carmina manſuetus lenia quærit amor.
I quæſo & triſtis iſtos cōpone libellos:
Et cane quod quæuis noſſe puella uelit.
Quid ſi nō eſſet facilis tibi copia? nunc tu
Inſanus medio flumine quæris aquam.
Necdum etiam palles: uero nec tangeris igni:
Hæc eſt uenturi prima fauilla mali:
Tum magis armenias cupies accedere tygres:
Et magis infernæ uincla noſſe rotæ:
Quam pueri totiens arcum ſentire medullis
Et nihil iratæ poſſe negare tuæ:
Nullus amor quoiq̄ facilis ita præbuit alas:
Vt non alterna preſſerit ille manu:
Nec te deci/piat quod ſit ſatis illa parata:
Acrius illa ſubit pontice ſi qua tua eſt.
Quippe ubi non liceat uacuos deducere ocellos.
Nec uigilare alio nomine cedat amor:
Qui non ante patet donec manus attigit oſſa
Quiſquis es aſſiduas aufuge blanditias:
Illis & ſilices: & poſſunt cedere quercus
Nec dum tu poſſis ſpiritus iſte leuis:
Quare ſi pudor ē quā primū errata fateri
Dicere quo pereas ſæpe in amore leuat.

Ad Gallum.

o Iocunda quies primo cum teſtis amori
Affueram ueſtris conſcius in lachrymis:
O noctem meminiſſe mihi iocunda uoluptas:
O quotiens uotis illa uocanda meis:
Cum te complexa morientem galle puella:
Vidimus & longam ducere uerba moram:

Quãuis labentis premeret mihi ſomnus ocellos
Et mediis cœlo luna ruberet equis:
Non tamẽ a ueſtro potui ſecedere luſu:
Tantus in alterius uocibus ardor erat.
Sed quoniam nõ es ueritus concedere nobis:
Accipe cõmiſſæ munera lætitiæ.
Non ſolum ueſtros didici reticere dolores:
Eſt quiddam in nobis maius amice fide.
Poſſum ego diuerſos iterũ coniungere amantes:
Et dominæ tardas poſſũ aperire fores:
Et poſſũ alterius curas ſanare recentis:
Nec leuis in uerbis eſt medicina meis:
Cynthia me docuit ſemper quæcũq; petenda
Quæq; cauenda forent non nihil ægit amor:
Tu caue ne triſti cupias pugnare puellæ
Ne ue ſuperba loqui: ne ue tacere diu:
Neu ſi quid petiit: ingrata fronte negaris
Neu tibi pro uano uerba benigna cadant.
Irritata uenit: quando contemnitur illa:
Nec meminit iuſtas ponere læſa minas:
At quo ſis humilis magis & ſubiectus amori
Hoc magis effecto ſæpe fruare bono:
Is poterat felix una remanere puella
Qui nunquam uacuo pectore liber erit:

Ad Cynthiam.

C quid te mediis ceſſantem cynthia baiis
Qua iacet herculeis ſemita littoribus:
Et modo te ſpreti mirantem ſubita regno
Proxima miſſenis æquora nobilibus:
Noſtri cura ſubit: memores adducere noctes
Et quis in extremo reſtat amore locus:
Antea neſcio quis ſimulatis ignibus hoſtis
Suſtulit e noſtris Cynthia carminibus:
Atq; utinam mage te remis confiſa minutis
Paruula lucrina cymba moretur aqua.
Aut teneat clauſam tenui tentantis in unda
Alternæ facilis credere lympha manu:
Quam uacet alterius blandos audire ſuſurros:
Molliter in tacito littore compoſitam:
Vt ſolet amota labi cuſtode puella
Perfida communes nec meminiſſe deos:
Non quia perfecta non eſt mihi cognita fama

Cynthia nunc ceſſat baiani ad littoris undas.

Hanc rogat ęterno ſeruet amore fidẽ
Et modo theſproti. in epiro achreon fluuius eſt ubi & theſproti ſunt acherufia palus: ut plinius ſcribit. i baiano itẽ littore ad miſenum ſtagnum acherufia cum cynthia aliquando cogitauerit in illiriam & epirum poeta ex hiſtoria locorum mouet cynthiam ad cherufiam quam cernit ad miſenum eſſe per ſimilem & eiuſdem nominis acherufię theſprotorum & epiri.

Sed quod in hac omnis per te timetur amor.
Ignoſces igitur ſi quid tibi triſte libelli
Attulerint noſtri culpa timoris erit:
An mihi non maior caræ cuſtodia matris
Aut ſine te uitæ cura ſit ulla meæ:
Tu mihi ſola domus: tu Cynthia ſola parentes:
Omnia tu noſtræ tempora lætitiæ:
Seu triſtis ueniam: ſeu contra lætus amicis
Quicquid ero dicam Cynthia cauſa fuit:
Tu modo quamprimum corruptas deſere baias
Multis iſta dabunt littora diſſidium:
Littora quæ fuerant caſtis inimica puellis
Ah pereant baiæ crimen amoris aquæ:
Quid mihi deſidiæ non ceſſas fingere crimen?
Quod faciat nobis cõſcia roma moram:
Tam multa illa meo diuiſa eſt milia lecto
Quantum hypanis ueneto diſſidet eridano:
Nec mihi conſuetos amplexu nutrit amores
Cynthia nec noſtra dulcis in aure ſonat:
Olim gratus eram non illo tempore quoiquam:
Contigit: ut ſimili poſſet amare fide:
Inuidiæ fuimus non mẽ deus obruit atq;
Lecta prometheis diuidit herba iugis:
Nũ ſum ego quæ fueram mutat uia lõga puellas
Quantus in exiguo tempore fugit amor:
Nunc primum longas ſolus cognoſcere noctes
Cogor & ipſe meis auribus eſſe grauis:
Felix qui potuit præſenti flere puellæ
Non nihil aſperſis gaudet amor lachrymis:
Aut ſi deſpectus potuit mutare calores
Sunt quoq; tranſlato gaudia ſeruitio
Mi neq; amare aliã neq; ab hac diſcedere fas eſt
Cynthia prĩa fuit: cynthia finis erit.

Ad gallum.

t V quod ſæpe ſoles: noſtro lætabere caſu
Galle: quod abrepto ſolus amore uacem:
At non ipſe tuas imitabor perfide uoces
Fallere te nunquã galle puella uelit:
Dum tibi deceptis augetur fama puellis
Certus & in nullo quæris amore moram:
Perditus in quadam tardis palleſcere curis
Incipis & primo lapſus amore gradu:

Tu quod ſæpe ſoles.

Cui modo fluxa fides & fraus innexa puellis
Nunc tãdẽ iſano Gallus amore perit
Non ſic Aemonio ſalmonida: ait nec neptunnum cum Tiro filia ſalmonei: nec herculem cum hebe cõcubuiſſe tanto amore. At elidem in regione piſana ut ſcribit Euripides regnauit Salmoneus ex quo & alcidice nata é Tiro formoſiſſima quç capta é amore Enipei fluuii labẽtis ex ſalmone fõte: in alpheum pulcherrimis uorticibus. ut ſcribit. Homerus. Neptunnus ſumpta forma enipei ad oſtium opertus ingenti unda puellam compreſſit: faſſus poſtea ſe deum: nati ide ſunt pelias & neleus: eadem nupſit creteo ut homerus & Diodorus ſcribunt: peperitque Amithaonẽ Aeſonem & pherẽten. Deus tenarius: ideſt neptunnus nam ad tenaron laconicę in littoris flexu ripa erecta eſt ut ſcribit Strabo cum ędẽ neptunni & luco iuxta ſpelũcam qua cerberus ad ſuperos tractus dicit ab hercule: hęmonio: ideſt theſſalo. Sed diſſẽtit a Strabone properĩtius: nam enipeum amatum a puella ſcribit Strabo eſſe in piſana regione cum tamen alter ſit in theſſalia.

Hæc erit illarum contẽpti pœna doloris
Multarum miseras exigit una uices:
Nec tibi uulgares istos compescet amores
Nec noua quærẽdo semper amicus eris:
Hæc ego non rumore malo: non augure doctus
Vidi ego me quæso teste negare potes?
Vidi ego te toto uictum languescere collo
Et flere iniectis galle diu manibus:
Et cupere optatis animam deponere uerbis
Et quæ deinde meus celat amice pudor:
Non ego complexus potui diducere uestros
Tantus erat demens inter utrosq; furor:
Non sic æmonio salamonide mixtus enipeo
Tremarius facili præsslit amore deus:
Nec sic cælestem flagrans amor herculis heben
Sensit in œtheis gaudia prima iugis:
Vna dies omnis potuit præcurrere amantes
Nam tibi non tepidas subdidit illa faces:
Nec tibi præteritos passa est succedere fastus
Nec sinet abduci: te tuus ardor aget:
Nec mirũ cum sit ioue digna: & proxima ledæ
Et ledæ partu gratior una tribus:
Illa sit inachiis: & blandior heroinis
Illa suis uerbis cogat amare iouem:
Tu uero quoniam semel es periturus amore
Vtere non alio lumine dignus eras:
Quæ tibi sit felix quoniam nouus incidit error
Et quocunq; uoles una sit ista tibi:

Ad tullum.

t Vlicet abiectus tiberine molliter unda
Lesbia mentoreo uina bibas opere
Et modo tam celeres mireris currere lyntres
Et modo tam tardas funibus ire rates
Et nemus omne satas incendat uertice siluas
Vrgetur quantis caucasus arboribus.
Non tamẽ ista meo ualeant contẽdere amore
Nescit amor magnis cedere diuitiis:
Nam siue optatam mecum trahit illa quietẽ
Seu facili totum ducit amore diem:
Tunc mihi pactoli ueniunt sub tecta liquores
Et legitur rubris gẽma sub æquoribus:
Tum mihi cessuros spondẽt mea gaudia reges

Spnit diuitias & regũ dõa beatus
Dũ placido ualeat semper amo/re frui.

Vna lesbia pro oĩbus externis aceipit quę in maiorem luxum fuerunt q̃ nostra. lesbium uinum erasistratus medicus post thasium: & chium ut in urbẽ ueheretur auctor fuit. cum docuisset id quoque ualitudini esse acconimo/datum. opere mentorio: auro & argẽto celando claruit mentor: unde po/cula mentoria dicta habita magno p̃cio. L. Crassus duos scyphos habuit mentoris artificio sculptos emptos cẽtum sestertiis: quibus nũq; usus est: ne nimium luxuriari uideret. Limen arabium. idest marmore arabico orna/tas ędes. id erat onychites quem i mõtibus tantum arabię nasci credidit antiquitas: tanti luxus ut quattuor colũnę ex eo in theatro cornelii balbi pro miraculo fuerit.

Quæ maneant dum me fata perire uolent:
Nam quis diuitiis aduerso gaudet amore?
Nulla mihi tristi præmia sunt uenere:
Illa potest magnas heroum infringere uires
Illa etiam duris mentibus esse dolor:
Illa neq; arabium metuit transcendere limen
Nec timet ostrino tulle subire toro:
Et miserum toto iuuenem uersare cubili
Quid releuant uariis serica textilibus:
Quæ mihi dum placata aderit non ulla uerebor
Regna: nec alcinoi munera despicere.

Ad Cynthiam.

Aepe ego multa tuæ leuitatis dura timebã
Hac tamen excepta Cynthia perfidia:
Aspice me quanto rapiat fortuna periclo
Tu tamen in nostro lenta timore uenis:
Et potes externos manibus componere crines
Et longa faciem quærere desidia:
Nec minus æois pectus uariare lapillis.
Vt formosa nouo quæ parat ire uiro:
At nunc sic ithaci digressu mota calypso
Desertis olim fluerat æquoribus:
Multos illa dies incomptis mæsta capillis
Sed erat: iniusto multa locuta salo:
Et q̃uis nunq̃ posthac uisura dolebat
Illa tamen longæ conscia læticiæ:
Alphisiboea suos ulta est pro coniuge fratres
Sanguinis: & cari uincula rupit amor:
Nec sic æsonidem rapientibus anxia uentis
Hypsiphyle uacuo constitit in thalamo:
Hypsiphyle nullos post illos sensit amores
Vt semel æmonio tabuit hospitio:
Coniugis euadne miseros elata per ignes
Occidit argiuæ fama pudicitiæ:
Quarum nulla tuos potuit conuertere mores
Tu quoq; uti fieres nobilis historia:
Desine iam reuocare tuis periuria uerbis
Cynthia: & oblitos parce mouere deos:
Auda⁊ ah nimium nostro dolitura periclo
Si quid forte tibi durius inciderit:
Multa prius uasto labentur flumina ponto:
Annus & inuersas duxerit ante uices.

Lenta est accicto digressu Cynthia uatis
Hinc nullã querit esse i amore fidẽ.
Alphesiboea suos. Duę alphesiboeę fuerunt. Altera filia Binantis & perus filię nerei. perus meminit homerus in euocatione manium Alphesiboeę filię theocritus in amaryllide. interpres lycophrõis alteram esse dixit Gunei uxorem: sed hoc omisso ꝯequamur historiam grauiorem Paulãię: qui in septimo historiarum scribit Alcmęonem amphiarai filium querẽtem purgationem ob matrem interfectam ex Argo attulisse illius monile dedisseq; id alphesiboeę phegei filię eundẽ profectum ad Acheloũ amasse callithoẽ eius filiã & duxisse uxorem a qua missus est ad phegeũ alphesiboeę patrẽ ad monile repetendum: sed illic a themeno & axione alphesiboeę fratribus interfectus est sepultus in Acropoli Zacynthi. ubi cupressi fũt quas uirgineas appellat Alphesiboea autẽ fratres in ultionẽ necati mariti interfecit.

Quam tua ſub noſtro mutetur pectore cura
Sis quodcunq; uoles: non aliena tamen:
Quam mihi ne uiles iſti uideantur ocelli
Per quos ſæpe tibi credita perfidia eſt
Hoſ tu iurabas: ſi quid mentita fuiſſes:
Vt tibi ſuppoſitis exciderent manibus:
Et contra magnum potes hos attolere ſolem?
Nec tremis admiſſæ conſcia nequitiæ:
Quis te cogebat multos pallere colores:
Et fletum inuitis ducere luminibus?
Quis ego nunc pereo ſimiles moniturus amãtes
O nullis tutum credere blanditiis.
Verba ianuæ conquerentis.
Væ fuerã magnis olim patefacta triũphis
Ianua tarpeiæ nota pudicitiæ:
Cuius inaurati celebrarunt limina currus
Captorum lachrymis humida ſupplicibus:
Nunc ego nocturnis potorum ſaucia rixis
Pulſata indignis ſæpe queror manibus:
Et mihi non deſunt turpes pendere corollæ
Semper: & excluſis ſigna iacere faces:
Nec poſſum infamis dominæ defendere noctes
Nobilis obſcænis tradita carminibus:
Nec tamen illa ſuæ reuocatur parcere famæ
Turpior: & ſæcli uiuere luxuria
Has inter grauibus cogor deflere querelis
Supplicis a longis triſtior excubus:
Ille meos nunq̃ patitur requieſcere poſtes
Arguta referens carmina blanditia:
Ianua uel domina penitus crudelior ipſa
Quid mihi tam duris clauſa taces foribus?
Cur nunq̃ reſerata meos admittis amores
Neſcia furtiuas reddere mota præces?
Nulla ne finis erit noſtro conceſſa dolori
Triſtis: & in tepido limine ſomnus erit:
Me mediæ noctes: me ſidera plena iacentem:
Frigidaq; æquo me dolet aura gelu:
Tu ſola humanos nunq̃ miſerata dolores:
Reſponde tacitis mutua cardinibus:
O utinam traiecta caua mea uocula rima:
Percuſſas dominæ uertat in auriculas.
Sit licet & ſaxo patientior illa ſicano

Ianua tarpeis quõdam celebra/
ta triumphis
Nunc queritᷣ dominę facta pudenda
ſuę.
Patientior ſaxo ſicano. Saxum ſiculũ
in exemplum immobilis patientię ad
ducitur ob Sirẹnas quę quamuis illic
diu cecinerint non tamen mouerunt
proxima ſaxa.

Sit licet: & ferro durior: & calybe:
Non tamen illa ſuos poterit compeſcere ocellos
Surget & inuitis ſpiritus in lachrymis:
Nunc iacet alterius felici nixa lacerto
At mea nocturno uerba cadunt zephyro:
Sed tu ſola mei tu maxima cauſa doloris
Victa meis nunq̃ ianua muneribus:
Te non ulla meæ læſit petulantia linguæ
Quæ ſolet irato dicere tota loco:
Vt me tam longa raucū patiare querela:
Sollicitas triuio peruigilare moras:
At tibi ſæpe nouo deduxi carmina uerſu
Oſculaq; impreſſis nixa dedi gradibus:
Ante tuos quotiens uerti me perfida poſtes.
Debitaq; occultis uota tuli manibus.
Hæc ille: & ſi quæ miſeri nouiſtis amantes
Et matutinis obſtrepit alitibus:
Sic ego nunc dominæ uitiis: & ſemper amantis
Fletibus: æterna differor inuidia.
Ad Cynthiam de maris tempeſtate.
T merito quoniam potui fugiſſe puellam:
Nunc ego deſertas alloquor alcyonas:
Nec mihi caſſiope ſolito uiſura carinam
Omniaq; ingrato littore uota cadunt:
Quin etiam abſenti proſunt tibi Cynthia uenti
Aſpice q̃ ſæuas increpat aura minas:
Nulla ne placatæ ueniet fortuna procellæ:
Hæccine parua meum funus harena teget?
Tu tamen in melius ſæuas conuerte querelas
Sat tibi ſit pœnæ nox: & iniqua uada:
An poteris ſiccis mea fata opponere occellis?
Oſſaq; nulla tuo noſtra tenere ſinu.
Ah pereat quicūq; rates: & uela parauit
Primus: & inuito gurgite fecit iter:
Non ne fuit melius dominæ peruincere mores.
Quãuis dura: tamen rara puella fuit:
Quam ſic ignotis circundata littora ſiluiſ
Cernere: & optatos quærere tyndaridas.
Illic ſi qua meum ſepeliſſent fata dolorem:
Vltimus & poſito ſtaret amore lapis:
Illa meo caros donaſſet funere crines
Molliter: & tenera poneret oſſa roſa:

Mallet ſeruitium durę toleraſſe puellę.

Dū timet ęquoreas in ſua fata minas. Alcyonas deſertas. de his diximus i commẽtarus ſyluarum. Caſſiope hęc caſſiopa dicta mater. Andromedę in cęlum relata eſt: ut Hyginus ſcribit teſtimonio euripidis & ſophoclis figuratur: in ſolio cum ſtellis quatuordecim: ut arati interpres tradit apparetque tota ferme nocte cum oritur tranquillitatis prenũcia caſſiope prętęrea oppidũ eſt corcirae.

Illa meum extremo clamaſſet puluere nomen
Vt mihi non ullo pondere terra foret:
At uos æquoreæ formoſa doride natæ
Candida felici ſoluite uela choro:
Si quando ueſtras labens amor attigit undas
Manſuetus ſocio parcite littoribus.

Ad Cynthiam.

Aec certe deſerta loca: & taciturna querẽti
Et uacuum zephiri poſſidet aura nemus:
Hic licet occultos proferre impune dolores
Si modo ſola queant ſaxa tenere fidem:
Vnde tuos primum repetã mea Cynthia faſtus?
Quod mihi das flendi Cynthia principium?
Qui modo felices inter numerabar amantes
Nunc in amore tuo cogor habere notam:
Quid tantũ merui? quæ te mihi carmina mutãt
An noua triſtitiæ cauſa puella tuæ?
Sic mihi te referas leuis: ut non altera noſtro
Limine formoſos intulit ulla pedes:
Quãuis multa tibi dolor hic meus aſpera debet
Non ita ſæua tamen uenerit ira mea:
Vt tibi ſim merito ſemper furor: & tua flendo
Lumina deiectis turpia ſint lachrymis:
An quia parua damus: mutato ſigna calore
Et non ulla meo clamat in ore fides:
Vos eritis teſtes: ſi quos habet ardor amore
Fagus & arcadio pinus amica deo:
Ah quotiẽs teneras reſonãt mea uerba ſub ũbras
Scribitur & ueſtris Cynthia corticibus:
An tua quod peperit nobis iniuria curas
Quæ ſolum tacitis cognita ſunt foribus:
Omnia conſueui timidus perferre ſuperbe:
Iuſſa neq; arguto facta dolore queri:
Pro quo diuini fontes: & frigida rupes
Et datur inculto tramite dura quies:
Et quodcunq; meæ poſſunt narrare querelæ
Cogor: & argutas dicere ſolus aues:
Sed qualiſcunq; es reſonent tibi Cynthia ſiluæ
Nec deſerta tuo nomine ſaxa uacent:

Ad Cyuthiam.

On ego nũc triſtes uereor mã cynthia mães
Nec moror extremo debita fata rogo:

Spretus in umbroſis nnnc ſolus cynthia ſyluis
Voce tuã querit liberiore fidẽ.

Nil dolet eternas mittant ſi fata ſub umbras
Sit mõ defũcti cynthia uiua memor.

Philacides. proteſilaus iphicli filius phylaci nepos a cuius nomine phylacia urbs erat in theſſalia ad ſuperos uxoris cauſa reuerſus eſt Require quę in ultimo ſyluarũ de hoc ſcripſimus.

Sed ne forte tuo careat mihi funus amore
Hic timor est ipsis durior exequiis:
Non adeo leuiter noster puer hæsit ocellis:
Vt meus oblito puluis amore uacet:
Illic phylacides iucundæ coniugis heros
Non potuit cæcis immemor esse locis:
Sed cupidus falsis attingere gaudia palmis:
Tessalus ãtiquam uenerat umbra domum:
Illic quicquid ero semper tua dicit imago
Traicit: & fati littora magnus amor:
Illic formosæ ueniant corus heroine:
Quas dedit argiuis dardana præda uiris.
Quarum nulla tua fuerit mihi Cynthia forma
Gratior: & tellus hoc ita iusta sinat:
Quamuis te longæ remorentur fata senectæ
Cara tamen lachrymis ossa futura meis:
Quæ tu uiua mea possis sentire fauilla
Tum mihi non ullo mors sit amara loco:
Quam uereor: ne te contempto Cynthia busto
Abstrahat a nostro puluere iniquus amor:
Cogat & inuitam lachrymas siccare cadentes
Flectitur assiduis certa puella minis:
Quare dum licet inter nos lætemur amantes
Non satis est ullo tempore longus amor.

Ad Gallum.

Aec pro continuo te galle monemus amore
Id tibi ne uacuo defluat ex animo:
Sæpe imprudenti fortuna occurrit amanti
Crudelis minyis dixerat ascanius:
Est tibi non infra speciem: non nomine dispar
Therodamantheo proximus arbor hylæ:
Nunc tu siue legis umbrosæ flumina siluæ:
Siue aniena tuos tinxerit unda pedes:
Siue gigantea spatiabere littoris ora
Siue ubicunq; uago fluminis hospitio:
Nympharum semper cupidas defende rapinas
Non minor ausoniis est amor hadriacis.
Ne tibi sit durum montes: & frigida saxa
Galle: neq; expertos semper adire lacus
Quæ miser ignotis error perpessus in oris
Herculis indomito fleuerat ascanio.
Namq; ferunt olim pegasæ naualibus argon

Galle tuos pueri custos seruabis amores
Herculis exẽplo sit tibi raptus hylas.

Theocritũ i primis hoc loco imitatur & transfert de fabula hylę. Thiodamanteo hylę: hercules cum apud oeneum socerum esset i cõuiuio: euno mũ architelis filiũ oenei affinẽ minus apte aquã mãibus fundentẽ pcussum pugno necauit: Inde se cõtulit ad Ceycem i trachiniã: sed cũ p dryopas iter faceret: una cũ uxore deianira: & admodum esuriret: Thiodamantẽ in quẽ arantẽ iciderat cibi aliqd petit: qđ cũ negaret alteꝛ tauꝛ aratro solutũ mactauit Thiodamas ex urbe dryopas duxit: pugnauitq; tanto herculis periculo: ut & uulneratus sit leua mamilla & uxorẽ armauerit i subsidiũ. Interfecto aũt Thiodamãte hylã illius filiũ abduxit: hactẽus scribit apollodorus in eo libro qui iscribit bybliotheca. Apollõius & Theocritus & alii quos seqt hylã fuisse raptũ in bithynia: cũ aquatũ descẽdisset. de quo dixius i cõmẽtariis syluaꝛ. Ascãius lacus ẽ bithynię ad quẽ epictetus urbs euadit. otreã

Egreſſam longe phaſidos iſſe uiam :
Et iam prætentis labentem athamantidos undis
Myſorum ſcopulis applicuiſſe ratem :
Hic manus heroum placidis ut conſtitit oris:
Mollia compoſita littora fronde tegit:
At comes inuitis iuuenis proceſſerat ultra
Raram ſe poſiti quærere fontis aquam:
Hunc duo ſectati fratres aquilonia proles:
Hunc ſuper & zethes:hunc ſuper & calais:
Oſcula ſuſpenſis inſtabant carpere palmis
Oſcula & alterna ferre ſupina fuga:
Ille ſub extrema pendens concluditur ala
Et uolucres ramo ſubmonet inſidias:
Iam pandioniæ ceſſet genus orythiyæ
Ha dolor ibat hylas:ibat amadrias hinc:
Hic erat argantonini ſub uertice montis
Grata domus nymphis humida thyniaſin:
Quam ſupra nullæ pendebant debita curæ:
Roſida deſertis poma ſub arboribus:
Et circum irriguo ſurgebant lylia prato
Candida purpureis mixta papaueribus :
Quæ modo decerpens tenero pueriliter ungui
Propoſito florem prætulit officio :
Et modo formoſis incumbens neſcius undis
Errorem blandis tardat imaginibus:
Tandem haurire parat demiſſis flumina palmis
Innixus dextro plena trahens humero:
Cuius:ut accenſæ dryades candore puellæ:
Miratæ ſolitos deſtituere choros:
Prolapſum leuiter facili traxere liquore
Tum ſonitum rapto corpore fecit hylas:
Cui procul alcides iterat reſponſa:ſed illi
Nomen ab extremis fontibus aura refert :
His o Galle tuos monitis ſeruabis amores
Formoſum nymphis credere uiſus hylam:
Tu qui conſortem properas euadere caſum
Miles ab etruſcis ſaucius aggeribus:
Quid noſtro gemitu turgentia lumina torqu
Pars ego ſum ueſtræ proxima militiæ:
Sic te ſeruato ut poſſint gaudere parentes
Nec ſoror acta tuis ſentiat e lachrymis:
Gallum per medios ereptum cæſaris enſes:

ite oppidū hēt ſupra ſe ab aſcāio rege dictus de quo homerus. Phorcys & a ſcāius phrigias duxere cateruas. Aſca nius crudelis:lacus ipius & nymphę a ſcanides crudeles in herculē cui dile / ctū puerę ademerūt. Minyę argonau tę dicti ſūt a minyarę familia:quę oli Orcomenō in boetia tenuit poſtea in theſſaliā migrauit:ad iolcū unde ar / gonautę ſūt oriūdi. Inter argonautas aūt erat hercules:& ut ait Papinius ar goos frāgebāt brachia remos. crude / lis ergo aſcanius dixerat minyis hoc ē docuit atis argonautas:hoc quod ſe quit ſępe imprudēti fortuna occurrit amanti. Nā & nymphę aſcanides nō expectatū hylā rapuerūt. Littoris gi / gātei. Ideſt i littore cāpano. ubi gigan tes interfecti ſunt. Nō minor auſonius Pariter inquit oēs nymphę amāt : nā & hę raperēt tuū ut aſcanides hylam. Pogaſę ſūt emporiū ferarū urbis theſ ſalię. iuxta ē iolcus unde pelias iaſonē & argonautas emiſit dictę pegaſę u l a πηγνιμι quod eſt cōpingo:nā illic cōpacta fuit nauis argo uel a πηγη qđ ſignificat fōtē. nā fontes multos hēnt propinquos. hic erat arganti phegi. Mendoſa eſt dictio uel apud Strabo nē uel apud hūc:nā Strabo ſcripſit ar gātoninū mōtē eſſe q pruſiadi iminet ubi raptus fuerit hylas in cuius rei mo numentū pruſienſes ſingulis annis ua gi p montes hylā inclamāt eū quęren tes. id fieri ad hylā lacū ſcribit ſolinus Legas igitur ex ſentētia Strabonis. hic erat ſub uertice mōtis argātonini domus grata & humectans nymphis thyniaſis ideſt bithynicis nā Thynias e regione bithynię ē:ſed barbari eam bithyniā uocant:auctor Plinius. Do / mus humida:fons ſonitum quem pri mus audiuit hercules ut ſcribit theo / critus monitus etiam uoce ſocii:ut ue ro apollonius tradit:Polyphemus au diuit primus qui laonomen herculis ſororem habebat uxorem.

Effugere ignotas non potuiſſe manus:
Et quæcunq; ſuper diſperſa inuenerit oſſa
Montibus hetruſcis hæc ſciat eſſe mea.

Ad Tullum de patria ſua.

Valis: & ũde gẽus: q ſint mihi tulle pẽates
Quæris pro noſtra ſemper amicitia.
Si peruſina tibi patriæ ſunt nota ſepulchra
Italiæ: duris funera temporibus:
Cum Romana ſuos ægit diſcordia ciues
Sit mihi præcipuæ puluis hetruſca dolor:
Tu proiecta mei perpeſſa es membra Propinqui
Tu nullo miſeri contegis oſſa ſolo:
Proxima ſuppoſito contingens umbria campo
Me genuit terris fertilis uberibus.

Propertii Aurelii Nautæ. Liber ſecundus.

Ad Mœcenatem.

Væritis un mihi totiẽs ſcribãtur ãores
Vnde meus ueniat mollis in ora liber:
Nõ mihi calliope: non hæc mihi cantat apollo
Ingenium nobis ipſa puella facit:
Siue illam cæis fulgentem incedere togis
Hoc totum e cæa ueſte uolumen erit:
Seu uidi ad frontem ſparſos errare capillos
Gaudet laudatis ire ſuperba comis:
Siue lyræ carmen digytis percuſſit eburnis
Miramur faciles ut premat arte manus:
Seu quum poſcentes ſomnus declinat ocellos
Inuenio cauſas mille poeta nouas:
Seu nuda erepto mecum luctatur amictu
Tunc uero longas condimus iliadas:
Seu quicquid fecit: ſiue eſt quodcunq; locuta
Maxima de nihilo naſcitur hiſtoria:
Quid mihi ſi tantum mœcenas fata dediſſent
Vt poſſem heroas ducere in arma manus:
Non ego titanas canerem: non oſſan olympo
Impoſitum: ut cœli pelion eſſet iter:
Non ueteres thebas: nec pergama nomẽ homeri
Xerxis: & imperio bina coiſſe uada.
Regna ue prima remi: aut aĩos Cartagis altæ
Cymbrorumq; minae: & benefacta mari:

Bellaq; resq; tui memorarem Cæsaris: & tu
Cæsare sub magno cura secunda fores:
Ni quotiēs muti nam: aut ciuilia busta philippos
Aut canerē siculæ classica bella fugæ:
Euersosq; focos antiquæ gentis hetruscæ:
Et ptholem enæi littora capta phari:
Aut canerē ægyptum: & nilum: cōtractus in urbē
Septem captiuis debilis ibat aquis:
Aut regum auratis circundata colla cathenis
Actiaq; in sacra currere rostra uia:
Te mea musa illis semper contexerit armis
Et sumpta: & posita pace fidele caput:
Theseus infernis: superis testatur achilles
Hic ixionidem: ille monœtiadem:
Sed ne q; phlegreos iouis enceladiq; tumultus
Intonet angusto pectore callimachus:
Nec mea conueniunt duro præcordia uersu
Cæsaris in phrygios condere nomen auos:
Nauita de uentis: de tauris: narrat arator.
Enumerat miles uulnera pastor oues:
Nos contra angusto uersantes prælia lecto
Qua pote quisq; mea conterat arte diem:
Laus in amore mori: laus si datur altera uiuo
Posse frui: fruar o solus amore meo:
Si memini solet illa leues culpare puellas
Et totam ex helena non probat iliada:
Seu mihi sint tangenda nouercæ pocula phedræ:
Pocula priuigno non nocitura suo:
Seu mihi circæo pereundum est gramine: siue
Colchis colchiacis urat ahena focis:
Vna meos quoniam prædata est fœmina sensus
Ex hac ducentur funera nostra domo.
Omnes humanos sanat medicina dolores
Solus amor morbi non amat artificem:
Tarda philoctetæ sanauit crura machaon
Phœnicis chiron lumina philirides:
Et deus extinctum cresis epidaurius herbis
Restituit patriis androgeona focis:
Mysus: & hemonia iuuenis: qua cuspide uulnus
Senserat: hac ipsa cuspide sensit opem:
Hoc si quis uitiū potuit mihi demere solus
Tantalea poterit tradere poma manu:

Quę modo deſeruit conſtanti pectore caſtra.

Nunc repetit miles magne cupido tuus. Mercurio ſais. Mendoſi codices modo ſanctis modo ſatis ſcripti ſunt nos ſais legendum putamus nam ſais lingua egyptia palladem ſignificat ut ſcribit Iycophronis iterpres: & hoſtiũ nili ſaiticum eſt appellatum q̃ pallas illic coleretur: ut ex Strabõis uerbis facile diſcere poteſ. boebeis lacus ẽ theſſalie: ubi pallas cum mercurio concubuiſſe dicitur. quod uerecunde ſignificans heſiodus ita ait. Per multis corã plantam ſibi uirgo ſeueratum boebei dos undis tixit. huius rei meminit Strabo primo tunc primum. nam ſemper ante fuerat uirgo.

Vix uno potuit liber requieſcere menſe.

Artibus hunc reuocas Cynthia docta tuis. Antiquę continuę. de tribus corinnis diximus i ultimo libro ſylvarum. Turpia ppeſſus Diodorus ut mihi quidem uidetur: & aliã hiſtoriam ſecutus ẽ quam homerus ac theocritus & alienã a propertio: ſcribit. n. hercules eurytı equos abegiſſe cum filiam noluiſſet dare uxorem: & iphiclum ueniſſe thirynte ad equos repetẽdos herculéque iuſſiſſe ut turrim cõſcenderet inde conſpiceret agrum an uſq; apparerent equi mox eum prȩcipitaſſe: hęc Diodorus. homerus iu euocatione manium chlorim amphianis filiam neleo nupſiſſe ſcribit: unde nati ſint neſtor chromius periclimenes & pero. Neleus autẽ ut ait pronunciauit nemini filiam uxorem ſe daturũ niſi ei qui boues iphycli ex phylaca urbe theſſalię ad ſe duceret. Solus melampus amythaonis filius ſciẽtia diuinãdi clarus id promiſit. Is ab iphiclo deprehẽſus in uincula coniectus eſt ſed poſt anum ſolutus egit: ut pero ſibi data bianti fratri nuberet. nam illius fuiſſe uxorem ſcribit theocritus ſurripuiſſe qui uolebat ſurripere deprehenſus. Quam non lucra magis. Nã ditiſſimus erat duabus partibus regni argiui dõatus ab anaxagora Megapenti filio cum argiuas mulieres bacchi ira inſanientes furore libe/raſſet. Nam Medicus fuit. Vnde & melãpodiũ herba dicta eſt.

Dolia uirgineis idem ille repleuerit urnis
Ne tenera aſſidua colla grauentur aqua:
Idem caucaſea ſoluet de rupe promethei
Brachia: & a medio pectore pellet auem:
Quandocunq; igitur uitam mea fata repoſcẽt
Et breue in exiguo marmore nomẽ ero:
Mœcẽas noſtræ ſpes inuidioſa iuuẽtæ
Et uitæ & morti gloria iuſta meæ:
Si te forte meo ducet uia proxima buſto
Eſſeda cælatis ſiſte britanna iugis:
Taliaq; illachrymans mutæ iace uerba fauillæ
Huic miſero fatum dura puella fuit.

Cynthiæ puellæ laudes.

Iber eram & uacuo meditabar uiuere lecto
At me compoſita pace fefellit amor.
Cur hæc in terris facies humana moratur?
Iuppiter ignoro priſtina furta tua.
Fulua coma eſt: longæq; manus: & maxima toto
Corpore & incedit uel Ioue digna ſoror.
Aut cum dulichias pallas ſpatiatur ad aras
Gorgonis anguiferæ pectus operta comis:
Qualis: & iſchomacæ laphitæ genus heroinæ
Centaurus medio grata rapina mero
Mercurio ſais fertur bobeidas undis
Virgineum primo compoſuiſſe latus:
Cedite etiam diuæ quas paſtor uiderat olim:
Ideis tunicam ponere uerticibus:
Hanc utinam faciem nolit mutare ſenectus
Et ſi cumeæ ſecula uatis eget.

Ad irriſorem.

q Vi nullum tibi dicebas iam poſſe nocere
Haeſiſti cecidit ſpiritus ille tuus:
Vix unum potes infelix requieſcere menſem:
Et turpis de te iam liber alter erit:
Quaerebam ſicca ſi poſſit piſcis arena
Nec ſolitus ponto uiuere toruus aper:
Aut ego ſi poſſem ſtudiis uigilare ſeueris
Differtur nũqua tollitur ullus amor.
Nec me tam facies: quãuis ſit candida: caepit
Lilia non domina ſint magis alba mea:
Et maeotica nix minio ſi certet hybero
Vtq; roſæ puro lacte natant folia:

Nec de more comæ per leuia colla fluentes
Non oculi geminæ ſydera noſtra faces:
Nec ſi qua arabio lucet bombyce puella
Non tum de nihilo blandus amator ego:
Quantum quod poſito formoſæ ſaltat iocho
Egit ut euantes dux ariadna choros:
Et quantum æolio cum tentat carmina plectro
Par aganippeæ ludere docta lyræ:
Et ſua cum antiquæ cõmittit ſcripta corynæ
Carmina quæ quiuis non putat æqua ſuis:
Num tibi naſcenti primis mea uita diebus
Arridus argutum ſtertuit omnis amor:
Hæc ubi contulerint cæleſtia munera diui
Hæc tibi ne matrem forte dediſſe putes:
Non non humani ſunt partus talia bona
Iſta decem menſes non peperere bona:
Gloria romanis una es tu nata puellis
Romana acumbẽs prima puella Ioui:
Nec ſemper nobiſcum humana cubilia uiſes
Poſt helenam hæc terris forma ſecunda redit:
Ah ego nunc miſer ſi flagret noſtra iuuentus
Pulchrius ah fuerat Troia perire tibi:
Olim mirabar: quod tanti ad pergama belli
Europæ atq; Aſiæ cauſa puella fuit:
Nunc pari tu ſapiens: & tu menelae fuiſti
Tu quia poſcebas: tu quia lentus eras:
Digna quidem facies pro qua uel obiret achilles
Vel priamus belli cauſa probanda fuit.
Si quis uult fama tabulas anteire uetuſtas
Hic dominam exemplo ponat in arte meam:
Siue illam heſperiis: ſiue illam oſtendit eois
Vret & eoos: uret & heſperios:
His ſaltẽ ut teneat iam finibus aut mihi ſi quis
Acrius ut moriar uenerit alter amor:
Ac ueluti primo taurus detractat aratra
Poſt uenit aſſueto mollis ad arua iugo:
Sic primo iuuenes trepidant in amore feroces:
De hinc domiti poſt hæc æqua: & iniqua ferũt:
Turpia perpeſſus uates eſt uincla melãpus
Cognitus hyphicli ſubripuiſſe boues:
Quẽ nõ lucra magis phæro formoſa coegit
Mox amithaonia nupta futura domo.

Ad Amantem.

m Vlta priùs domiæ delicta queraris oportet
Sæpe roges aliquid: sæpe repulsus eas:
Et sæpe immeritos corrumpas dentibus ungues
Et crepitum dubio suscitet illa pede:
Nequicquã perfusa meis unguenta capillis
Ibat & expẽso planta morata gradu:
Non hic herba ualet: non hic nocturna cythæis
Non per medeæ gramina cocta manus:
Quippe ubi nec cãs nec apertos cernimus ictus
Vnde tamen ueniant tot mala cæca uia est:
Non æget hic medicis: non lectis mollibus æger
Huic nullũ cœli tempus & aura nocet.
Ambulat & subito mirantur funus amici
Sic est incautum quicquid habetur amor:
Nam cui non ego sum fallaci præmia uati:
Quæ mea non decies somnia uersat anus:
Hostis si quis erit nobis amet ipse puellas
Gaudeat in puero si quis amicus erit:
Tranquillo tuta descendit flumine cymba
Quid tibi tam parui littoris unda nocet:
Alter sæpe uno mutat præcordia uerbo
Altera uix ipso sanguine mollis erit.

Ad Cynthiam.

h Oc uerum est tota te fieri Cynthia roma
Et non ignota uiuere nequitia:
Hæc merui sperare dabis mihi perfida pœnas:
Et nobis aquilo Cynthia uentus erit:
Inueniam tamen e multis fallacibus unam
Quæ fieri nostro carmina nota uelit:
Nec mihi tam duris insultet moribus & te
Vendicet heu sero flebis amata diu:
Nunc est ira recens nunc est discedere tempus
Si dolor abfuerit: crede redibit amor:
Non ita carpathiæ uariant aquilonibus undæ
Nec dubio nubes uertitur atra noto:
Quam facile irati uerbo mutantur amantes
Dum licet: iniusto subtrahe colla iugo:
Nec tu non aliquid sed prima nocte dolebis
Omne in amore malum si patiare leue est.
At tu per dominæ iunonis dulcia iura
Parce tuis animis uita nocere tibi:

Non ſolū taurus ferit uncis cornibus hoſtem:
Verū etiam inſtanti læſa repugnat ouis.
Nec tibi periuro ſcindam de corpore ueſtes:
Nec mea præcluſas frægerit ira fores:
Nec tibi cōnexos iratus carpere crines
Nec duris auſim lædere pollicibus:
Ruſticus hæc aliquis tā turpia præmia quærat:
Cuius non hederæ circumiere caput.
Scribam igitur quod non unq̄ tua deleat ætas:
Cynthia forma potens: Cynthia uerba leuis:
Crede mihi q̄uis contēnas murmura famæ
Hic tibi palloris Cynthia uerſus erit.

Ad Eandem.

On ita complebāt ephyreæ laidos ædes:
Ad cuius iacuit græcia tota fores:
Turba menandreæ fuerat nec thaidos olim
Tanta in qua populuſ luſit erichthonius:
Nec quæ deletas potuit componere thebas
Phyrne: tam multis facta beata uiris:
Quin etiā falſos fingis tibi ſæpe propinquos
Oſcula nec deſunt qui tibi iure ferant:
Me iuuenum facies pictæ: me nomina lædunt:
Me tener in cunis: & ſine uoce puer:
Me lædet ſi multa tibi dabit oſcula mater
Me ſoror & cum qua dormis amica ſimul:
Omnia me lædent: timidus ſum: ignoſce timori:
Et miſer in tunica ſuſpicor eſſe uirum:
His olim ut fama eſt uitiis ad prælia uentum eſt
His troiana uides funera principiis:
Aſpera centauros eadem dementia iuſſit
Frangere in aduerſum pocula perithoum:
Cur exempla petam graium? tu criminis auctor
Nutritus duro romule lacte lupæ:
Tu rapere intactas docuiſti impune ſabinas.
Per te nunc romæ quidlibet audet amor.
Felix admeti coniunx: & lectus ulyſſis:
Et quæcunq; uiri fœmina limen amat.
Templa pudicitiæ quid opus ſtatuiſſe puellis?
Si cuius nuptæ quodlibet eſſe licet:
Quæ manus obſcœnas depinxit prima tabellas
Et poſuit caſta turpia uiſa domo:
Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos

Ingemit heu nulla uiuas q̄ Cynthia lege
Indulgēs multis luxurioſa procis

Laidos ephyreę. nō q̄ lais corinthū patriā habuerit ſed q̄ ibi proſtitit: Lais aſycaris ſicilię urbe inſula capta ab atheniēſibus duce Nicia Corinthum captiua deducta eſt: ibique diuendita meretrices oēs forma ſuperauit: habuit tumulū leena inſculpta arietē priſmoribus pedibus ſuſtinēte i coitus meretricii ſimulacrum: amauit hippoſtratum quē in theſſaliam eſt ſecuta ubi alter ei tumulus erectus eſt. Auctor pauſanias. Phyrne Teſpienſis fuit ex agro Thebano ſtatuam Cupidinis eximia forma a praxitele extorſit nouo commento de quo ſcripſimus in cōmentariis ſyluarū: in iudiciū uocata non tam oratione hyperidis abſoluta eſt: q̄ forma corporis. quod nudauit: eadem diſſima cupidinem theſpienſibus dedit multiſque ſignis ornauit agrū thebanum. Strabo eandem fuiſſe glycerium putat. deletas itaque thebas ſignorum magnificentia & opibus potuit cōponere & ad priſtinum nomē reuocare.

Quę modo iungebat genialis
foedera lecti.

Lex silet: incepto uiuere amore licet.

Sublatam legem. Augustus legem de maritandis ordinibus reuocauit: quã prę tumultu recusantiũ ferre non potuit nisi adępta demũ & lenita parte poenarum: ut scribit tranquillus & ut tradit liuius eo tempore orationẽ metelli qua olim ille cohortatus fuerat quirites ad connubia in senatu recitauit. Cum igitur legis mentio orta esset: qua propertius quoq; ut alii uxorem ducere cogebat: & Augustus cessasset ob tumultum recusantium gratulans sibi & amicę se in amore pmãsurum pollicetur. Deuictę gentes. nõ propterea q; deuicit multas gentes cę sar possit quoque amori imperare.

Vnde mihi idem argumentum. Vnde inquit mihi datum est procreare filios in partiam ducãt triumphos: hac.n. de causa legem tulerat augustus ut militum numerus augeretur. Atqui iquit propertius nullus de nostro sanguine miles erit: ad hibernos boristhenidas boristhenes Scytharũ fluuius: ut scribit herodotus in euxinum erumpit in comperto fonte ut in nilo accidit.

Heu miser acceleras extrema in
fata properti.

Alterius quoniã facta puella tua est.

Quid non antigones tumulo. Antigone contempto edicto: ne quis polynicem mortuum sepeliret: eum: quoniam frater erat: humauit. deprehensa iussu creontis regis iugulatur ex lege ad tumulum polynicis. Hemõ qui eam impatienter amabat perfosso pectore gladio ibidem sibi mortem consciuit. Eum secuta est mater eurydice doloris impatiens. Tragoedia extat sophoclis quę antigone inscribit hoc argumento. & euripidis. sed illic deprehensa in adulterio cum hemone dat ei in uxorem & parit hemonem filiũ: Ouidius. nec tibi siquid amas foelicius hemone cedat: hemonis itaque exẽplo hortatur se ad necem propitius.

Nequitiæq; suæ noluit esse rudes:
Ah gemat in terris ista qui protulit arte
Iurgia sub tacita condita lætitia:
Non istis olim uariabant tecta figuris
Cum paries nullo crimine pictus erat:
Sed non imerito uelauit aranea phanum:
Et mala desertos occupat herba deos:
Quos igiur tibi custodes: quæ lumina ponam:
Quæ nũq; supra pes in mic'is eat:
Nam nihil inuitæ tristis custrodia Prodest
Quam peccare pudet. cynthia tuta sat est:
Hos uxor nunq̃: nunq̃ me ducet amica
Semper amica mihi: semper & uxor eris.

Ad Cynthiam.

Auisa est certe sublatam cynthia legem.
Qua quondam edicta stemus uterq; diu:
Ni nos diuideret quãuis diducere amantis
Non queat inuitos iuppiter ipse duos:
At magnus cæsar: sed magnus cæsar in armis.
Deuictæ gentes nil in amore ualent:
Nam citius paterer caput hoc discedere collo:
Quam possem nuptæ perdere in ore faces:
Aut ego transirem tua limina clausa maritus
Respiciens udis perdita luminibus:
Ah mea tum qualis caneret tibi cynthia somnos
Tibia: funesta tristior illa tuba.

Ad Cynthiam.

Nde mihi patriis natos præbere triũphis
Nullus de nostro sanguine miles erit:
Et si uera meæ comitarent castra puellæ
Non mihi sat magnus castoris iret equus:
Hinc & enim tantum meruit mea gloria nomen
Gloria ad hybernos lata boristenidas:
Tu mihi sola places placeam tibi cynthia solus
Hic erit & patrio sanguine pluris amor:

Ad Cynthiam.

Ripitur nobis iam pridem cara puella
Et tu me lachrymas fundere amice uetas:
Nullæ sunt inimicitiæ: nisi amoris acerbæ:
Ipsum me iugula leuior hostis ero:
Possum ego in alterius positam spectare lacerto
Nec mea dicetur quæ modo dicta mea est:

Omnia uertuntur: certe uertuntur amores
Vinceris aut uincis: hæc in amore rota est.
Magni sæpe duces: magni cecidere tyranni:
Et thebæ steterant altaq; troia fuit:
Munera quanta dedi: uel qualia carmina feci:
Illa tamen nunq̃ ferrea dixit amo.
Ergo iam multos nimium temerarius annos
Improba qui tulerim teq; tuamq; domum:
Et quando ire tibi liber sum uisus: anusq;
In nostrum iacies uerba superba caput:
Sic igitur prima moriere ætate properti
Sed morere interitu gaudeat illa tuo:
Exagitet nostros manes: sectetur & umbras
Iusultetq; rogis calcet & ossa mea:
Quid? non antigonæ tumulo boetius hæmon
Corruit ipse suo saucius ense latus:
Et sua cum miseræ permiscuit ossa puellæ
Qua sine thebanam noluit ire domum:
Sed non efficies: mecum moriaris oportet:
Hoc eodem ferro stillet uterq; cruor.
Quamuis ista mihi mors est inhonesta futura
Mors inhonesta quidem: tu moriere tamen:
Ille etiam abrepta desertus coniuge achilles
Cessare intectis pertulit arma sua:
Viderat ille fuga tractos in littore achiuos:
Feruere & hectorea dorica castra face:
Viderat informem multa patroclon harena
Porrectum: & sparsas cæde iacere comas:
Omnia formosam propter briseida passus:
Tantus in erepto sæuit amore dolor:
Atposteq̃ fera captiua est reddita pœna
Fortem illum hæmoniis hectora traxit equis:
Inferior multo cum sim uel in arte uel armis:
Mirum si de me iure triumphat amor.

Ad Amicam de Riuali.

Ste quod ẽ ego sæpe fui: sed fors & in hora
Hoc ipso erepto carior alter erit.

Penolope poterat bis denos salua per annos
Viuere: tam multis fœmina digna procis:
Coniugium falsa poterat differre minerua
Nocturno soluens tecta diurna dolo:
Visura & q̃is nunq̃ speraret ulyssem:

Illum expectando facta remansit anus:
Nec non exanimem amplectens brisеis achillem
Candida uæsana uerberat ora manu:
Et dominum lauit mœrens captiua cruentum
Appositum fluuiis in simoenta uadis:
Fœdauit q3 comas & tanti corpus achillis:
Maximaq; in parua sustulit ossa manu:
Cum tibi nec peleus aderat nec cærula mater
Syria nec uiduo deidamia uiro:
Tunc igitur cæstis gaudebat græcia natis
Tunc etiam felix inter & arma pudor:
At tu non una potuisti nocte uacare
Impia non unum sola manere diem:
Quin etiam multo duxisti pocula risu
Forsitan: & de me uerba fuere mala:
Hic etiam petitur qui te prius ipse reliquit
Dii faciant isto capta fruare uiro:
Nec mihi uota tuam propter suscepta salutem
Cum capite hoc stygias iam peterentur aquæ:
Et lectum flentes circunstaremus amici
Hic ubi tum prodii perfida quis ue fuit?
Quid si longinquos retinerer miles ad indos:
Aut mea si staret nauis in oceano?
Sed uobis facile est uerba: & componere fraudes
Hoc unum didicit fœmina semper opus:
Non sic incerto mutantur flamine syrtes
Nec folia hyberno tam tremefacta notho:
Quam cito fœminea non constat fœdus in ira
Siue ea causa grauis: siue ea causa leuis:
Nunc quoniam ista tibi placuit sentẽtia cedam:
Tela precor pueri promite acuta magis:
Figite certantes atq; hanc mihi soluite uitam
Sanguis erit nobis maxima palma meis:
Sydera sunt testes: & matutina pruina:
Est furtim misero ianua aperta mihi:
Te nihil in uita nobis acceptius unq̃
Nunc quoq; eris q̃uis sis inimica mihi:
Nec domina ulla meo pone uestigia lecto:
Solus ero quoniam non licet esse tuum:
Atq; utinam si forte pios eduximus annos
Ille uir in medio fiat amore lapis:
Non ob regna magis diris cecidere sub armis

Thebani media non ſine matre duces:
Quam mihi ſi media liceat pugnare puella:
Mortem ego non fugiam: morte ſubire tua:
Sed tempus luſtrare alus helicona choreis
Et campum æmonio iam dare tempus equo:

Ad muſam.

Am libet & fortes mmorare ad plia turmas
Et romana mei dicere caſtra ducis:
Quod ſi deficiant uires: audacia certe
Laus erit in magnis & uoluiſſe ſat eſt:
Aetas prima canat ueneres: extrema tumultus
Bella canam: quando ſcripta puella mea eſt:
Nunc uolo ſubducto grauior ſuccedere uultu
Nunc aliam cytharam me mea muſa docet:
Surge anima ex humili ia carmina ſumite uires
Pierides magni nunc erit oris opus:
Iam negat euphrates equitem poſt terga tueri
Parthorum: & craſſos ſe tenuiſſe dolet:
India quis auguſte tuo dat colla triumpho
Et domus intactæ te tremit arabiæ
Et ſi qua extremis tellus ſe ſubtrahit oris
Sentiat illa tuas poſtmodo capta manus:
Nec ego caſtra ſequar uates tua caſtra canendo
Magnus ero: ſeruent hunc mihi fata diem:
Vt caput in magnis ubi non eſt tangere ſignis:
Ponitur hac imos ante corona pedes:
Sic nos nunc inopes laudis conſcendere carmen
Pauperibus ſacris uilia thura damus:
Nondū etiam aſcræos norūt mea carmina fōtes
Sed modo permeſſi flumine lauit amor.

Ad Cynthiam.

Cribant de te alii uel ſis ignota licebit:
Ludet qui ſterili ſemina ponit humo.
Omnia crede mihi tecum uno munera lecto
Auferet extremi funeris atra dies:
Et tua tranſibit contemnēs oſſa uiator:
Nec dicet cinis hic docta puella fuit.

De Amore.

Vicunq; ille fuit primus qui pinxit amorē
Non ne putas miras hūc habuiſſe manus?
Hic primum uidit ſine ſenſu uiuere amantes
Et leuibus curis magna perire bona:

Idem non fruſtra uentoſas addidit alas
Fecit & humano corde uolare deum:
Scilicet alterna quoniam iactamur in unda
Noſtra q; non ullis permanet aura locis:
Et merito hamatis manus eſt armata ſagittis
Et pharetra ex humero gnoſia utroq; iacet:
Ante ferit quoniam: tuti quã cernimus hoſtem:
Nec quiſquã ex illo uulnere ſanus abit:
In me tela manent: manet & puerilis imago
Sed certe pennas perdidit ille ſuas:
E uolat e noſtro quoniam de pectore nuſquam
Aſſiduuſq; meo ſanguine bella gerit:
Quid tibi iocũdum ſiccis habitare medullis?
Si puer eſt alio traice tela tuo:
Intactos iſto ſatius tentare ueneno
Non ego: ſed tenuis uapulat umbra mea:
Quam ſi pdiderit quis erit qui talia cãtet?
Nec mea muſa leuis gloria magna tua eſt:
Qui caput: & digytos: & lumina nigra puellæ
Et canit: ut ſoleam molliter ire pedes.

Ad Cynthiam.

On tot achæmeniis armãtur hetruſca ſagittis
Spicula: quot noſtro pectore fixit amor:
Hic metam graciles uetuit contemnere muſas
Iuſſit & aſcræum ſic habitare nemus:
Non ut pieriæ quercus mea uerba ſequantur
Aut poſſim hiſmaria ducere ualle feras.
Sed magis ut noſtro ſtupeſcat cynthia uerſu
Tunc ego ſim inachio notior arte lino:
Non ego ſum formæ tantum mirator honeſtæ
Nec ſi qua illuſtres fœmina iactat auos:
Me iuuet in gremio doctæ legiſſe puellæ:
Auribus: & pueris ſcripta probaſſe mea:
Hæc ubi contigerint populi confuſa ualeto
Fabula: nam domina iudice tutus ero:
Quod ſi forte bonas ad pacem uerterit aures
Poſſum inimicitias tunc ego ferre iouis:
Quãdocunq; igitur noſtros mors claudet ocellos
Accipe quæ ſerues funeris acta mei:
Nec mea tunc longa ſpatietur imagine pompa
Nec tuba ſit fati uana querela mei:
Nec mihi tunc fulcro ſternatur lectus eburno

Admonet inſanus quum ſit moritu rus amando
Quę tibi ſit tumuli cynthia cura ſui.
Acheméis acheméii pſę dicti ſũt. pſã rum autem bella ſagittis pręcipue ge/ rebãtur: unde ſagittę achemenię dicũ tur Achemenidarum prętерea erat tri bus in perſis. unde qui erant oriundi habebantur nobiliſſimi Propterea ita ſcribit herodotus Artacem Prefectũ foſſę faciendę audiit mortuum eẽ ma gna apud ſe auctoritate uirum. & ge/ nere achemenidem. Spicula. dicuntur cuſpides ferreę ſagittarũ. Plinius. Ca/ lamis ſpicula addũt ireuocabili hamo noxia. Iiua ſeu ethalia iſula littoris thu ſci ferri prętãtia & copia nobilis ẽ. un de proptius appellat ſpicula hetruſca .i. cuſpides ex ferro hetruſco.

Nec ſit in attalico mors mea nixa thoro:
Deſit odoriferis ordo mihi lancibus: adſint
Plebei paruæ funeris exequiæ:
Sat mea ſit magna: ſi tres ſint pompa libelli:
Quos ego pertephoræ maxima dona feram:
Tu uero nondum pectus lacerata ſequeris
Nec fueris nomen laſſa uocare meum:
Oſcula q̄ in gelidis pones ſuprema labellis
Cum dabitur ſyrio munere plenus onyx:
Deinde ubi ſuppoſitus cinerem me fecerit arc
Accipiat manes paruula teſta meos:
Et ſit in exiguo laurus ſuperaddita buſto
Quæ tegat extincti funeris umbra locum:
Et duo ſint uerſus qui nunc iacet horrida pului
Vnius hic quondam ſeruus amoris erat:
Nec minus hæc noſtri noteſcet fama ſepulchri
Quam fuerant phthii buſta cruenta uiri:
Tu quoq; ſi quando uenies ad fata memento
Hoc iter ad lapides cana ueni memores:
Interea caue ſis nos aſpernata ſepultos:
Non nihil ad uerum conſcia terra ſapit:
At q̄ utinam primis animam me ponere cun
Iuſſiſſet quæ uis de tribus una ſoror:
Nam quo tam dubiæ ſeruetur ſpiritus horæ
Neſtoris eſt uiſus poſt tria ſecla cinis
Quis tam long ruæ minuiſſet fata ſenectæ
Gallicus illiacis miles in aggeribus:
Non ille antilochi uidiſſet corpus humati
Diceret aut o mors cur mihi ſera uenis?
Tu tamen amiſſo non nunq̄ flebis amico
Fas eſt præteritos ſemper amare uiros:
Teſtis qui niueum quondam percuſſit adonem
Venantem idalio uertice durus aper:
Illis formoſum iacuiſſe paludibus illuc
Diceris effuſa tu uenus iſſe coma:
Sed fruſtra mutos reuocabis cynthia manes
Nam mea quid poterunt oſſa minuta loqui?

De Receptione in nocte.

Non ita dardanio gauiſus atrida triumpho
Cum caderent magnæ laomedontis opes
Nec ſic errore exacto lætatus ulyſſes
Cum tetigit caræ littora dulichiæ:

Nec ſ electra: necato agamemnõe do lis egiſti cum horeſtes eius filius ad ne/ cem quereret electra ſoror beneficio ſtrophii phocẽſis eũ ſeruauit: allata. n. urna fi ns ſimulabat illic eſſe oſſa ho/ reſtis extincti cum tamẽ alibi lateret. Il/ luſtra ẽ pricipium duarum tragoedia/ rũ Sophoclis & Euripidis mitto hic ſũ pto quod electra urnã iferti ſcenã: & luget. polus tragoediarum hiſtrio hec repreſẽtaturus cum dolore filii paulo ãte amiſſi ãgeretur: allatis oſſibus in ur na ex illius tumulo falſam actionem ue ro dolore impleuit exemplo memora bili. Saluũ cum uenit mycenas: & ultus eſt iniuriam paternam. Electra poſtea nupſit piladi ſtrophii filio duoſque ge nuit ſtrophium & medontem ut hella nicus ſcribit. De eriphile & glauce ſiue creuſa quere que ſcripſimus in com/ mentariis ſiluarum.

Nec ſic electra ſuum ſaluum cū aſpexit horeſtē.
Cuius falſa tenens fleuerat oſſa ſoror:
Nec ſic incolumem minois theſea uidit
Dædalium lino cum duce rexit iter:
Quanta ego præterita collegi gaudia nocte
Immortalis ero ſi altera talis erit:
At dum demiſſis ſupplex ceruicibus ibam
Dicebar ſicco uilior eſſe lacu:
Nec mihi iam faſtus opponere quærit iniquos
Nec mihi ploranti lenta ſedere poteſt:
Atq; utinam non tam ſero mihi nota fuiſſet
Conditio: cineri nunc medicina datur:
Ante pedes cæcis lucebat ſemita nobis
Scilicet inſano nemo in amore uidet:
Hoc ſenſi prodeſſe magis: contēnite amantes
Sic hodie uenit ſi qua negauit heri:
Pulſabant alii fruſtra: dominamq; uocabant
Mecum habuit poſitum lenta puella caput:
Hæc mihi deuictis potior uictoria parthis
Hæc ſpolia: hæc reges: hæc mihi currus erunt.
Magna ego dona tua figam cytherea columna
Taleq; ſub noſtro nomine carmen erit:
Has pono ante tuas tibi diua propertius aedes
Exuuias tota nocte receptus amans:
Nunc ad te mea lux ueniet mea littore nauis:
Seruata: an mediis ſidat honuſta uadis:
Quæ ſi forte aliqua nobis mutabere culpa
Veſtibulum iaceam mortuus ante tuum.

Intimatio animi.

Me felicem: o nox mihi candida: & o tu
Lectule deliciis facte beate meis:
Quam multa appoſita narramus uerba lucerna
Quantaq; ſublato lumine rixa fuit:
Nam modo nudatis mecum eſt luctata papillis
Interdum tunica duxit operta moram:
Illa meos ſomno lapſo patefecit ocellos
Ore ſuo: & dixit ſiccine lente iaces?
Quam uario amplexu mutamus brachia: q̄tū
Oſcula ſunt labris noſtra morata tuis.
Non iuuat in cæco uenerem corrumpere motu
Si neſcis: oculi ſunt in amore duces:
Ipſe paris nuda fertur peruſte lacana:

Cum menelen ro ſurgeret è thalamo:
Nudus & endimion phœbi cepiſſe ſororem
Dicitur & nudæ concubuiſſe dee:
Quod ſi pertendens animo ueſtita cubares
Sciſſa ueſte meas experiere manus:
Quin etiam ſi me ulterius prouexerit ira
Oſtendens matri brachia læſa tuæ:
Nec dum inclinatæ prohibẽt te ludere mammæ
Viderit hæc: ſi quam iam peperiſſe pudet:
Dum nos fata ſinunt oculos ſatiemus amore
Nox tibi longa uenit nec reditura dies:
Atq; utinã hærentes ſic nos uincire eathena
Velles ut nunq̃ ſolueret ulla dies:
Exemplo iunctæ tibi ſunt in amore columbæ
Maſculus & totum fœmina coniugium.
Errat qui finem uæſani quærit amoris:
Verus amor nullum nouit habere modum:
Terra prius falſo partu deludet arantes
Et citius nigros ſol agitabit equos:
Flumina q; ad caput incipient reuocare liquores
Aridus & ſicco gurgite piſcis erit:
Quam poſſim noſtros alio tranſferre dolores
Huius ero uiuus mortuus huius ero:
Quod mihi ſi tecum tales concedere noctes
Illa uelit: uitæ longus & annus erit:
Si dabit hæc multas fiam immortalis in illis
Nocte una quiuis uel deus eſſe poteſt:
Qualem ſi cuncti uellent decurrere uitam:
Et preſſi multo membra iacere mero:
Non ferrum crudele eſſet: neq; bellica nauis:
Nec noſtra acciacum uerteret oſſa mare:
Nec totiens propriis circum oppugnata triũphis
Laſſa foret crines ſoluere roma ſuos:
Hæc certa merito poterunt laudare minores
Læſerunt nullos pocula noſtra deos:
Tu modo dum licet fructum ne deſere uitæ
Omnia ſi dederis oſcula pauca dabis:
At ueluti folia arentes liquere corollas
Quæ paſſim calathis ſtrata natare uides:
Sic nobis qui nunc magnum ſperamus amantes
Forſitan includet craſtina fata dies.

Ad Cynthiam:

Diuitias damnat peregrino ex or
be petitas:
Ob quas riuale cynthia auara fouet.

Deceptus quoniam fleuit & ipſe de
us. Carmen eſt in. xii. apud home. ubi
ardentes amores ſuos narrat iuppiter
& in primis uxorem ixionis a ſe uehemē
ter amatā. Interpres gonei eā filiā fuiſ
ſe ſcribit quę cū a ioue eſſet corrupta
nupſerit ixioni cum tamē numini pro
miſiſſet ſe nupturam nemmi. Diodo/
rus eam fuiſſe filiam aſionei ſcribit &
matrem pirithoi.

Rator ab illyricis uēit modo cynthia terris
Maxima præda tibi: maxima cura mihi:
Non potuit ſaxo uitam poſuiſſe cerauno
Ah neptune tibi qualia dona darem:
Nunc ſine me plena fiunt conuiuia menſa
Nunc ſine me tota ianua nocte patet:
Quare ſi ſapis oblatas ne deſere meſſes
Et ſtolidum pleno uellere carpe pecus:
Deinde ubi conſumpto reſtabit munere pauper
Dic alias iterum nauiget illyrias:
Cynthia non ſequitur faſces: nec curat honores
Semper amatorum ponderat illa ſinus:
At tu nunc noſtro uenus o ſuccurre dolori
Rumpat ut aſſiduis membra libidinibus:
Ergo muneribus quiuis mercatus amicam
Iuppiter indigna merce puella perit:
Semper in oceanum mittit me quærere gēmas
Et iubet ex ipſo tollere dona tyro:
Atq; utinam romæ nemo eſſet diues: & ipſe
Straminea poſſet dux habitare caſa:
Nunq̄ uenales eſſent ad munus amicæ
Atq; una fieret cana puella domo:
Non quia ſeptenas noctes ſeiuncta cubares
Candida tam fœdo brachia fuſa uiro:
Non quia peccarim teſtor te: ſed quia uulgo
Formoſis leuitas ſemper amica fuit:
Barbarus excluſis agitat ueſtigia lumbis
Et ſubito felix nunc mea regna tenet:
Aſpice quid donis eriphyla inuenit amaris
Arſerit: & q̄tis nupta creuſa malis:
Nulla ne ſedabit noſtros iniuria fletus:
An dolor hic uitiis neſcit abeſſe ſuis:
Tot iam abire dies cum me nec cura theatri
Nec tetigit campi: nec mea muſa iuuat:
Ah pudeat certe: pudeat niſi forte quod aiunt
Turpis amor ſurdis auribus eſſe ſolet:
Cerne ducem modo qui fremitu compleuit iani
Actia damnatis æquora militibus:
Hunc infamis amor uerſis dare terga carinis
Iuſſit: & externo quærere in orbe fugam:
Cæſaris hæc uirtus: & gloria cæſaris hæc eſt:
Illa qua uicit condidit arma manu:

Sed quaſcunq; tibi ueſtes: quoſcũq; ſmaragdos
Quos ue dedit flauo lumine chryſolitos:
Hæc uideam rapidas in uanum ferre procellas
Quæ tibi terra uelim: quæ tibi fiet aqua:
Non ſemper placidus periuros ridet amantes
Iuppiter: & ſurda negligit aure preces:
Vidiſtis toto ſonitus percurrere cælo
Fluiaq; ætherea deſiluiſſe domo.
Non hæc pleiades faciunt neq; aquoſus orion:
Nec ſic de nihilo fulminis ira cadit:
Periuras tunc ille ſolet punire puellas
Deceptus quoniam fleuit & ipſe deus.
Quare ne tibi ſit tanti ſidonia ueſtis
Vt timeas quotiens nubilis auſter erit.

De Excluſione.

Entiri noctem: promiſſis ducere amantẽ:
Hoc erit infectas ſanguine habere manus:
Horum ego ſum uates quotiẽs deſertus amara
Expleui noctes: fractus utroq; toro:
Vel tu tantalia moueare ad flumina ſorte
Vt liquor arenti fallat ab ore ſitim:
Vel tu ſiſyphios licet admirere labores
Difficile ut toto monte uolutet onus:
Durius in terris nihil eſt quod iuuat amante
Nec modo ſi ſapias quod minus eſſe uelis:
Quem modo felicem inuidia admirante ferebãt
Nunc decimo admittor uix ego quoq; die:
Nunc iacere e duro corpus iuuat impia ſaxo
Sumere & in noſtras tertia uena manus:
Nec licet in triuiis ſicca requieſcere luna
Aut per rimoſas mittere uerba fores:
Quod q̃uis ita ſit dominam mutare cauebo
Tum flebit: tum in me ſenſerit eſſe fidem:

Ad Cynthiam:

Sſiduæ multis odium peperere querelæ
Frangitur in tacito fœmina ſæpe uiro:
Si quid uidiſti ſemper uidiſſe negato
Aut ſi quid doluit forte dolere nega:
Quid ſi iam canis ætas mea candeat annis?
Et faceret ſciſſas languida ruga genas?
At non thitoni ſpernens aurora ſenectam
Deſertum eoa paſſa iacere domo eſt:

Nonne pudet iuuenem contem/
nere Cynthia uatem?
Quom tibi iã facié ruga ſenilis aret.
Nunc etiam infectos demens imita
re britannos. Obiicit q̃ glaſto herba
faciat cęruleos crines et canicié diſ/
ſimulet. Glaſtum herba ut ſcribit Pli
nius ſimilis plãtagini qua britãni utũ/
tur: ut caeruleum ducant colorem.
Vnde britanni caerulei dicti Caeſar ĩ
commentariis. Omnes uero ſe britan
ni ultro glaſto inficiunt. quo caerule/
um efficiant colorem atque hoc hor
ridiores ſũt i pugna aſpectu.

Illum ſæpe ſuis decedens fouit in undis
Quam prius adiunctos ſedula lauit equos:
Illum ad uicinos cum amplexa quieſceret indos
Maturos iterum eſt queſta redire dies:
Illa deos currum couſcendens dixit iniquos
Inuitum & terris præſtitit officium:
Cum maiora ſenis thitoni gaudia uiui
Quam grauis amiſſo memnone luctus erat:
Cum ſene non Puduit talem dormire puellam
Et canæ totiens oſcula ferre comæ:
At tu ét iuuenem odiſti me perfida: cum ſis
Ipſa anus haud longa curua futura die:
Quin ego diminuo curam? quod ſæpe cupido
Huic malus eſſe ſolet: cui bonus ante fuit:
Nunc ét infectos demens imitare britanos
Ludis & extremo tincta nitore caput:
Vt natura dedit ſic omnis tecta figura
Turpis romano belgicus ore color:
Illi ſub terris fiant mala multa puellæ
Quæ mentita ſuas uertit inepta comas
De me mihi certe poteris formoſa uideri
Mi formoſa ſatis ſi modo ſæpe uenis:
An ſi ceruleo quædam ſua tempora fuco
Tinxerit: iccirco cerula bona forma eſt?
Cum tibi nec frater: nec ſit tibi filius ullus:
Frater & ego tibi ſim: filius unus ego:
Ipſe tuus ſemper: tibi ſit cuſtodia lectus
Nec nimis ornata fronte ſedere uelis:
Credam ego narranti noli committere famæ
Et terram rumor tranſilit & maria.

Ad Cynthiam.

T ſi me inuito diſcedis cynthia roma
Lætor quod ſine me deuia rura colis:
Nullus erit caſtis iuuenis corruptor in agris
Qui te blanditiis non ſinat eſſe probam:
Nulla neq; ante tuas orietur rixa feneſtras
Nec tibi clamatæ ſomnus amarus erit:
Sola eris: & ſolos ſpectabis cynthia montes:
Et pecus & fines pauperis agricolæ:
Illic te nulli poterunt corrumpere ludi
Phanaq; peccatis plurima cauſa tuis:
Illic aſſidue tauros ſpectabis arantes

Et uitem docta ponere falce comas:
Atq; ibi tura fides inculto thura sacello
Hædus ubi agrestes corruet ante focos:
Protinus & nuda choreas imitabere surra:
Omnia ab extremo sint modo tuta uiro:
Ipse ego uenabor iam nunc me sacra dianæ
Suscipere: & ueneri ponere uota iuuat:
Incipiam captare feras: & reddere pinu
Cornua: & audaces ipse mouere canes:
Non tamen ut uastos ausim temptare leones
Aut celer agrestes cominus ire sues:
Hæc igitur mihi sit lepores audacia molles
Excipere: & stricto figere auem calamo:
Qua formosa sua diuitis flumina luco
Integit: & niueos abluit unda boues:
Tu quotiens aliquid conabere uita memento
Venturum paucis me tibi luciferis:
Sic me nec solæ poterunt auertere siluæ
Nec uaga muscosis flumina fusa iugis:
Quin ego in assidua mutem tua nomina lingua
Absenti nemo ne nocuisse uelit.

Ad Cynthiam.

Vid fles abducta grauius briseide? qd fles
Anxia captiua tristius andromacha?
Quid ue mea de fraude deos insana fatigas?
Quid quereris nostram sic cecidisse fidem?
Non tam nocturna uolucris funesta querela
Attica cecropiis obstredit in foliis:
Nec tantum niobæ bis sex ad busta superbæ
Solicito lachrymas defluit asyphilo:
Me licet æratis astringant brachia nodis
Sint mea uel danaes condita membra modo:
In te ego & æratas rumpam mea uita cathenas:
Ferratam danaes trasiliamq; domum:
De te quodcumq; ad surdas mihi dicitur aures
Tu modo ne dubita de grauitate mea:
Ossa tibi iuro per matris & ossa parentis
Si fallo cinis heusit mihi uterq; grauis
Me tibi ad extremas mansurum uita tenebras
Ambos una fides auferet una dies:
Quod si nec nomen: nec me tua forma teneret
Posset seruitium mite tenere tuum:

Septima iam plenæ deducitur orbita lunæ
Cum de me & de te conpita nulla tacent:
Interea nobis non nunq̃ ianua mollis
Non nunq̃ lecti copia facta tui:.
Nec mihi muneribus nox ulla est empta beatis
Quicquid eram hoc animi gratia magna tui.
Cum te tam multi peterent: tu me una petisti
Possum ego naturæ non meminisse tuæ:
Tũ me uel tragicæ uexetis erinnydes & me
Inferno damnes æace iudcio:
Atq; inter titii uolucres me penna uag tur
Tumq; ego sisyphio saxa labore geram:
Nec tu supplicibus me sis uenerata tabellis
Vltima talis erit quæ mea prima fides:
Hoc mihi perpetuo ius est: quod solus amator
Nec cito desisto: nec temere incipio:

Ad Cynthiam de pantho.

H quãtum de me panthi tibi pagina finxit
Tantum illi pantho: ne sit amica uenus:
Sed tibi iam uideor dodona uerior augur:
Vxorem ille tuus pulcher amator habet:
Tot noctes perire nihil pudet: aspice cantat
Liber: tu nimium credula sola iaces:
Et nunc inter eos tu sermo es: te ille superbus
Dicit se inuito sæpe fuisse domi:
Dispeream si quicq̃ aliud quam gloria de te
Quæritur has laudes ille maritus habet:
Colchida sic hospes quondam decepit iason
Eiecta est tenuis nanq; creusa domo:
Sic a dulichio iuuene est elusa calypso
Vidit amatorem pandere uela suum:
Ah nimium faciles aurem præbere puellæ
Discite desertæ non temere esse bonæ:
Huic quoq; qui restat iam pridem quæritur alter
Experta in primo stulta cauere potest:
Hos quocunq; loco: nos omni tempore tecum
Siue ægra pariter: siue ualente sumus.

Ad Heremium demophoontẽ.

Cis heremi multas pariter placuisse puellas
Scis mihi demophoon multa uenire mala:
Nulla mihi frustra lustrantur compita plantis.
O nimis exitio nata theatra meo:

Mẽ licet & thamyrę. thamyras ab homẽ. dicit thamyris filius philamonis unde dictus philamonides & argiones ut scribit pausanias mater p̃ gnãs spreta a philamõe fugit ad odrysas populos thracię. unde Chamisas odrysius dictus quoniã illic natus sit. priuatus oculis a musis quas ad certamen cytharę prouocauarat: cytharã in balurã fluuiũ abiecit: ũde & ipse baluras dictus. Diodorus priuatũ cytharа fuisse ait: quod & homerus quodã in loco indicat. Irato nuie dulces amisit cytharę cãtus. licet etiam si amitterem oculos: ut thamyris.

Siue aliquis molli deducit candida geſtu
Brachia: ſeu uarios incinit ore modos.
Interea noſtri quærunt ſibi uulnus ocelli
Candida non tecto pectore ſi qua ſedet:
Siue uagi crines puris in frontibus errant
Indica quos medio uertice gemma tenet:
Quæ ſi forte aliquid uultu mihi dura negaret
Frigida de tota fronte cadebat aqua:
Quæris demophoon cur ſim tam mollis in oẽs.
Quod quæris quare non habet illud amor:
Cur aliquis ſacris laniat ſua brachia cultris:
Et phrygis inſanos cæditur ad numeros:
Vnicuiq; dedit uitium natura creato
Mi for una aliquid ſemper amare dedit:
Me licet & thamyræ cantoris fata ſequantur
Nunq̃ ad formoſas inuide cæcus ero.
Sed tibi ſi exiles uideor tenuatus in artus
Falleris: haud unq̃ eſt culta labore uenus:
Percontere licet: ſæpe eſt experta puella
Officium tota nocte ualere meum:
Iuppiter alcmenæ geminas requieuerat arctos
Et cælum noctu bis ſine rege fuit:
Nec tamen iccirco languens ad fulmina uenit
Nullus amor uires eripit ipſe ſuas:
Quid cum e conplexu briſeidos iret achilles
Num fugere minus theſſala tela phryges?
Quid ferus ãdrõachæ lecto cũ ſurgeret hector
Bella mycenaeæ non timuere rates?
Ille uel hic claſſes poterat: uel perdere muros:
Hic ego pelides: hic ferus hector ego:
Aſpice uti cælo modo ſol modo luna miniſtret.
Sic etiam nobis una puella parum eſt:
Altera me cupidis teneat: foueatq; lacertis:
Altera ſi quando eſt non ſinat eſſe locum:
Aut ſi forte irata meo ſit facta miniſtro
Vt ſciat eſſe aliam: quæ uelit eſſe mea:
Nam melius duo defendunt retinacula nauem
Tutius & geminos anxia mater alit:
Aut ſi es dura nega: ſin es non dura uenito
Quid iuuat: & nullo ponere uerba loco:
Hic unus dolor eſt ex omnibus acer amanti
Speranti ſubito ſi qua uenire negat:

Quanta illum toto uerſant ſuſpiria lecto
Cui recipi quæ non nouerit ille uetat:
Et rurſum puerum quærendo audita fatigat
Quem quæ ſcire timet quærere plura iubet.

De Amoris ſeruitute.

Vi fuit indocti fugienda & ſemita uulgi
Ipſa petita lacu nunc mihi dulcis aqua eſt:
Ingenuus quiſq; alterius dat muneta ſeruo
Vt promiſſa ſuæ uerba fetat dominæ:
Et quærit totiens quæ nam nunc porticus illam
Integit: & campo quo mouet illa pedes:
Deinde ubi pertuleris quos dicit fama labores
Herculis: & ſcribat muneris: & quid habes:
Cernere uti poſſis uultum cuſtodit amari
Captus: & in munda ſæpe latere caſa:
Quam care ſemel in toto nox uertitur anno
Ah pereant ſi quos ianua clauſa iuuat:
Contra reiecto quæ libera uadit amictu
Cuſtodum: & nullo ſepta timore placet:
Cui ſæpe in mundo ſacra conteritur uia ſocco
Nec ſinit eſſe moram ſi quis adire uelit:
Differt hæc nunq̃ nec poſſet garrula quæ te
Aſtrictus ploret ſæpe dediſſe pater:
Nec dicet timeo: propera iam ſurgere quæſo
Infelix hodie uir mihi rure uenit:
Et quas euphrates: & quas mihi miſit orontes
Me capiant nolim furta pudica tori:
Libertas quoniam nulli iam reſtat amanti
Nullus liber erit: ſi quis amare uolet.

Ad Cynthiam.

V loqueris cum ſit iam noto fabula libro
Et tua ſit toto cynthia lecta foro:
Cui non his uerbis aſpergat tempora ſudor?
Aut pudor ingenuus: aut reticendus amor.
Quod ſi tam facilis ſpiraret cynthia nobis
Non ego nequitiæ dicerer eſſe caput:
Nec ſic per totam infamis traducerer urbem
Vrerer & q̃uis nomine uerba darem:
Quare ne tibi ſit mirum me quærere uiles
Parcius infamant: num tibi cauſa leuis?
Et modo pauonis caudæ flabella ſuperbæ
Et manibus dura ſrigus habere pila.

Et cupit iratum talos me boscere eburnos
Quæq; nitent sacra iulia dona uia:
Ha peream si me ista mouent dispendia: si me
Fallaci dominæ iam pudet esse iocum:
Hoc erat in primis quod me gaudere uidebas
Tam te formosam non pudet esse leuem?
Vna aut altera nox nondum est i amore peracta
Et dicor lecto iam grauis esse tuo:
Me modo laudabas: & carmina nostra legebas
Ille tuus pennas tam cito uertit amor:
Contendat mecum ingenio: contendat & arte
Imprimis una discat amare domo:
Si libitum tibi erit lernæas purget ad hydras
Et tibi ab hesperio mala dracone ferat:
Tetra uenena bibens & naufragus ebibat undas
Et nūq̄ pro te deneget esse miser:
Quos utinam in nobis uita experiare labores
Iam tibi de timidis iste proteruus erit
Qui nunc se in tumidum iactando uenit honorē
Dissidium uobis proximus annus erit:
At me non ætas mutabit tota sibyllæ
Non labor alcidæ non niger ille dies
Tu mea compones: & dices ossa properti
Hæc tua sunt: heu heu tu mihi certus eras:
Certus eras heu heu q̄uis nec sanguine auito
Nobilis & quāuis nauita diues eras:
Nil ego non patiar: nunq̄ me iniuria mutat
Ferre ego formosam nullum onus esse puto
Credo ego non paucos ista periisse figura
Crede ego sed multos non habuisse fidem:
Paruo dilexit spatio minoida theseus
Phillida demophoon hospes uterq; malus:
Iam tibi iasoniæ nota est medea carinæ
Et modo seruato sola relicta uiro:
Dura est quæ multis simulatum fingit amorē
Et se plus uni si qua parare potest:
Noli nobilibus: noli conferre beatis:
Vix uenit extremo qui legit ossa die:
Ii tibi nos erimus: sed tu potius precor ut me
Demissis plangas pectora nuda comis.
Ad Cynthiam quod perpetuo eā amabit:
u Nica nata meo pulcherrima cura dolori

Multa licet miserū uexēt incōmo/da amātem:
Viuet ad extremos cynthia amata rogos.
Vultu gorgonis. i. ore meduse. Ita. n. nostri acceperūt gogonē pro meduſa sed hānno poenorū dux tradidit se in gorgones isulas penetrasse ubi sunt fę minę hirtis corporibus ex his duarum cutes miraculi gratia in tēplo iunonis affixę sūt rome spectatęq; usq; ad carthaginē captā. At āor terit' nullo sub/limine dominę. q̄uis inquit ferrū cōteratur rubiginę amor meus in cynthiā nullo eius sublie. i. elimatiōe & inuriis cōsumi pōt. Noue autē dixit sublimen pro elimatiōe uerbo deducto a lima i/strumēto fabrili. pmāsit in trāslatiōe: nam ante dixerat: terit' rubigie mucro ferreus: quod si diuisa dictiōe legas sb limine nullus erit sensus. Septia rota. septimā fuisse lustrationē metę ostēdit Ouidius & trāquillus in domitiāo. qui scribit impatorem redegisse aurigas a septenis spatiis ad qna quo facilius cē/tū missus uno die pagerēt'. Amictu sā dicis. Plinius sandicē ait esse colorē ex Sādraca & rubrica quanq̄; inquit animaduerto Virgiliū herbā ita existiasse illo uersu: spōte sua sandix pascētes uestiet agnos. Dux erat ignota missa colūba mari: De hoc lege cōmentarios nostros i ibyn: ubi de nauplio: de glauco: de Cyaneis scopulis: de Helle mōumēta repies. Amymone puella argiua Neptunū in amorē allexit & cū aquā urna gestaret iuxta lernam paludē neptunus amoris impatiēs disiecto uase eā cōpressit: sed i monumētū impetratiā plexus effecit ut fons ex aqua effusa oreret': inde natus est nauplius palamedis pater a quo nauplia ut nōnulli putarūt Corynthiorū nauale nomē accepit: sed strabo ōino a fabula dissentiēs naupliā dictā ait q̄ naues illuc πλεοῦσι. i. nauigāt: negatq; fieri posse ut āymone fuerit nauplii mater cū tēpora non cōueniāt: amymonē fontē iuxta lernā esse assentitur: testis est quā incē/dāt' amore neptunus. palus lernę: iuxta quā est cōpressa amymone.

Excludit quoniam fors mea ſæpe: ueni:
Iſta meis fiet notiſſima forma libellis
Calue tua uenia: pace catulle tua:
Miles depoſitis annoſus ſecubat armis
Grandæuiq; negant ducere aratra boues:
Putris: & in uacua requieſcit nauis arena
Et uetus in templo bellica palma uacat:
At me ab amore tuo deducet nulla ſenectus
Siue ego titonus ſiue ego neſtor ero:
Nonne fuit ſatius duro ſeruire tyranno
Et gemere in tauro ſæpe perille tuo:
Gorgonis & ſatius fuit obdureſcere uultu
Caucaſias etiam ſi pateremur aues:
Sed tamen obſita teritur rubigine mucro
Ferreus: & paruo ſæpe liquore ſilex:
At nullo dominæ teritur ſublimine amor: qui
Reſtat: & imerita ſuſtinet aure minas:
Vltro contemptus rogat: & peccaſſe fatetur
Læſus & inuictis ipſe redit pedibus:
Tu quoq; qui pleno faſtus aſſumis amore
Credula nulla diu fœmina pondus habet:
An quiſq̃ i mediis perſoluit uota procellis:
Cum ſæpe in portu fracta carina natet:
Aut prius infecto depoſcit premia curſu
Septima q̃ metam triuerit ante rota:
Mendaces ludunt flatus in amore ſecũdi
Si qua uenit ſero magna ruina uenit:
Tu tamen interea q̃uis te diligat illa
In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu:
Nanq; in amore ſuo ſemper ſua maxima cuiq;
Neſcio quo pacto uerba nocere ſolent:
Quãuis te perſæpe uocet: ſemel ire memento
Inuidiam quod habet non ſolet eſſe diu:
Et ſi ſæcla forent antiquis grata puellis
Eſſem ego quod nunc tu: tempore uĩcor ego:
Non tamen iſta meos mutabũt ſæcula mores
Vnus quiſq; ſua nouerit ire uia:
At uos qui offam in multos reuocatis amores
Quantum ſi cruciat lumina ueſtra dolor:
Vidiſtis pleno teneram candore puellam
Vidiſtis fuſco: dulcis uterq; color:
Vidiſtis quandam argiua prodire figura

Vidistis nostras utraq; forma rapit:
Illaq; plebeio: uel sit sandicis amictu:
Hæc atq; illa mali uulneris una uia est:
Cum satis una tuis insomnia portet ocellis
Vna sit & cui uis fœmina multa mala.

Ad Cynthiam de somnio naufragii.

Idi te in somnis fracta mea uita carina
Ionio lassas ducere rore manus:
Et quæcunq; in me fueras mentita fateri
Nec iam humore graues tollere posse comas:
Qualem purpureis agitauit fluctibus hellen
Aurea q̄ molli tergore uexit ouis:
Quā timui ne forte tuum mare nomen haberet
Atq; tua labens nauita fleret aqua:
Quæ tum ego neptūo: quæ tum cū castore fratri
Quæq; tibi excæpi iam dea leucothoe.
At tu uix primas extollens gurgite palmas
Sæpe meum nomen iam peritura uocas:
Quod si forte tuos uidisset glaucus ocellos
Esses ionii facta puella maris:
Et tibi præ inuidia nereides increpitarent
Candida niseæ cærula cymotoæ:
Sed tibi subsidio delphinum currere uidi
Qui puto arioniam uexerat ante lyram:
Iamq; ego conabar summo me mittere saxo
Cum mihi discussit talia uisa metus:
Nunc admirentur quod tā mihi pulchra puella
Seruiat: & tota dicar in urbe potens:
Non si cambysæ redeant: & flumina croesi
Dicat de nostro surge poeta toro:
Nam mea cum recitat dicit se audisse beatos
Carmina tam sanctæ nulla puella colit:
Multum ī amore fides multum cōstātia prodest:
Qui dare multa potest: multa & amare potest:
Seu mare per longum mea cogitet ire puella
Hanc sequar & fidos una aget aura duos:
Vnum littus erit sopitis: unaq; tecto
Arbor: & ex una sæpe bibemus aqua:
Et tabula una duos poterit componere amantes
Prora cubile mihi seu mihi puppis erit:
Omnia perpetiar sæuus licet urgeat eurus
Velaq; in incertum frigidus auster agat:

Quicunq; & uenti miſerum uexaſtis u'yſſem
Et danaum euboico littore mille rates:
Et qui nouiſtis duo littora cum ſatis argo
Dux erat ignoto miſſa columba mari:
Illa meis tantum non unq̄ deſit ocelis
Incendat nauem iuppiter ipſe licet
Certe hiſdem nudi pariter iactabimur oris
Me licet unda ferat te modo terra tegat:
Sed non neptunus tanto crudelis amori
Neptunus fratri par in amore ioui:
Teſtis amymone latices cum ferret in aruis
Compreſſa: & lernæ pulſa tridente palus:
Iam deus amplexu uotum perſoluit: at illi
Aurea diuinas urna refudit aquas:
Crudelem: & boream rapta orithiya negauit:
Hic deus & terras & maria alta domat:
Crede mihi nobis miteſcet ſcylla: nec unq̄
Alternante uorans uaſta charybdis aqua:
Ipſaq; ſydera erunt nullis obſcura tenebris
Purus & orion: purus & hædus erit:
Quod mihi ſi ponenda tuo ſit corpore uita'
Exitus hic nobis non inhoneſtus erit.

Ad Cynthiam ægrotantem de certitudine horæ mortis.

Tuos incertam mortales funeris horam
Quæritis: & qua ſit mors aditura uia:
Quæritis & cælo phœnicum inuenta ſereno
Quæ ſit ſtella homini commoda: quæq; mala
Seu pedibus parthos ſequmur: ſeu claſſe britãnos
Et maris & terræ cæca pericla uiæ:
Rurſus & obiectum flemus capiti eẽ tumultum
Cum mauors dubias miſcet utriq; manus:
Præterea domibus flammam dom buſq; ruinã
Heu ſubeant labris pocula nigra tuis:
Solus amans nouit quando periturus: & a qua
Morte: neq; hic boreæ flabra neq; arma timet:
Iam licet & ſtygia ſedeat ſub arundine remex
Cernat & infernæ triſtia uela ratis:
Si modo clamantis reuocauerit aura puellæ
Conceſſum nulla lege redibit iter.

Ad Iouem pro amica ægrotante.

Vppiter affectæ tandem miſerere puellæ

Vndiq; circũſtãt incertis fata periclis:
Sed quę ab amore uenit mors tibi certa uenit.

Inuẽta phoenicũ. immo atlas libyę filius ut plinius ſcribit primus rationẽ aſtrorũ inuenit: ut alii ſcribũt ęgptii: ut alii conſentiũt phoenices & aſſyrii: & Hyginus ita ſcribit: Thales qui primũ ſyderũ rationẽ inuenit phoenix fuit. ũde & urſa minor phoenice eſt appellata. de ſyrio lege quę i ſiluis ſcripſimus. Magico rũbo. ait ſe exploraſſe oes artes omnia quę ei portẽdere. morte. rũbus piſcis: rũbus itẽ inſtrumẽtũ magicum cuius memit Theocritus & apud nos Martialis. ad meũ erat amoribus precipue dicatũ: agebaſq; in uertiginẽ & tria fila retorquebat. Lucanus magicã uertiginẽ appellat. uobiſcũ eſt lope Hec fabula latinis ignota eſt: q̃uis non nulli falſo forſan coiectare audeãt de andrõede eſſe intelligẽdũ quę in iope portu expoſita fuit moſtro: quod pabſurdũ eſt. interpres certe lycophronis hęc tantũ ſcribit: iopen puellã amauit iuppiter. quęcũq; erat i numero: in numero dicit' eſſe qui eſt alicuius precii: & Quintil: ait eos ſcriptores redactos fuiſſe in ordinẽ hocẽ in numero alioq; qui in precio habẽtur.

Tam formosa tuum mortua crimen erit:
Venit enim tempus quo torridus æstuat aer
Incipit & sicco feruere terra cane:
Sed non tam ardoris culpa est: neq; crimina cæli
Quam totiens sanctos non habuisse deos:
Hoc perdit miseras: hoc perdidit ante puellas:
Quicquid iurarunt uentus & unda rapit:
Num sibi collatam doluit uenus? ille p æquæ
Præ se formosis inuidiosa dea est:
An contempta tibi iunonis templa pelasgæ
Palladis aut oculos ausa negare bonos?
Semper formosæ non nostis parcere uerbis
Hoc tibi lingua nocens: hoc tibi forma dedit:
Sed tibi uexatæ per multa pericula uitæ
Extremo uenit mollior hora die:
Io uersa caput primos mugiuerat annos
Nunc dea quæ nili flumina uacca bibit:
Ino etiam prima terras ætate uagata est
Hanc miser implorat nauita leucothoen:
Andromede monstris fuerat deuota marinis
Hæc eadem persei nobilis uxor erat:
Calisto archadios errauerat ursa per agros
Hæc nocturna suo sydere uela regit:
Quod si forte tibi properarint fata quietem
Illa sepulturæ fata beata tuæ:
Narrabis semele quo sit formosa periclo
Credet & illa suo docta puella malo:
Et tibi mæonidas interq; heroidas omnis
Primus erit nulla non tribuente locus:
Nunc utcunq; potes fato gere saucia morem
Et deus: & durus uertitur ipse dies:
Hoc tibi uel poterit coniunx ignoscere iuno
Frangitur & iuno si qua puella perit:
Deficiunt magico torti sub carmine nymbi
Et iacet extincto laurus adusta foco:
Et iam luna negat totiens descendere cælo
Nigraq; funestum condidit omen anus:
Vna ratis fati nostros portabit amores
Cærula ad infernos uelificata lacus:
Si non unius quæso miserere duorum
Viuam si uiuet: si cadet illa cadam:
Pro quibus optatis sacro me carmine damno

Scribã ego per magnum ẽ ſalua puella iouem ;
Ante tuoſq; pedes illa ipſa adoperta ſedebit
Narrabitq; ſedens longa pericla ſua:
Hæc tua perſephone maneat clementia: nec tu
Perſephone coniunx ſæuior eſſe uelis :
Sunt apud infernos tot milia formoſarum:
Pulchra ſit in ſuperis ſcilicet una locis:
Vobiſcum eſt iope: nobiſcum candida tyro
Vobiſcum europe nec proba paſyphae.
Et quod troia tulit: uetus & quod achaia formas
Et phœbi & priami diruta regna ſenis:
Et quecunq; erat in numero romana puella
Occidit: has omnes ignis auarus habet:
Nec forma æternũ: aut cuiq; eſt fortũa perennis
Longius: aut propius mors ſua quenq; manet :
Tu quoniam es mea lux magno demiſſa pericło
Munera dianæ debita redde choros :
Redde etiã excubias diuæ nunc: ãte iuuencæ
Votiuas noctes: & mihi ſolue decem.

Ad Cynthiam.

Eſterna mea lux cum potus nocte uagarer
Nec me ſeruorum duceret ulla manus:
Obuia neſcio quot pueri mihi turba minuta
Venerat: hos uetuit me numerare timor:
Quorum alii faculas: alii retinere ſagittas
Pars etiam uiſa eſt uincla parare mihi:
Sed nudi fuerant: quorum laſciuior unus
Arripite hunc iquit: nam bene noſtis eum.
Hic erat: hunc mulier nobis irata reliquit
Dixit: & in collo iam mihi nodus erat.
Hic alter iubet in medium propellere: & alter
Intereat qui nos non putat eſſe deos:
Hæc te non meritum totas expectat in horas
At tu neſcio quas quæris inepte fores
Quæ tum ſidoniæ nocturna ligamina mitræ
Soluerit: atq; oculos mouerit illa graues:
Afflabunt tibi nõ arabum de gramine odores
Sed quos ipſe ſuis fecit amor manibus :
Parcite iam fratres iam certos ſpondet amores
Et iam ad mandatam uenimus ecce domum :
Atq; ita me iniecto duxerunt rurſus amictu
Inunc & noctes diſce manere domi :

Mane erāt: & uolui si sola quiesceret illa
Visere: at in lecto cynthia sola fuit:
Obstupui non illa mihi formosior unquā
Visa: neq; ostrina tum fuit in tunica:
Ibat: & hinc castæ narrabant somnia uestæ
Neu sibi ne ue mihi quæ nocitura forent:
Talis uisa mihi somno demissa recenti
Heu quantum per se candida forma ualet:
Quæ tu matutinus ait speculator amicæ
Me similem uestris moribus esse putas?
Non ego tam facilis: sat erit mihi cognitus unus
Vel tu si quisq̄ uerior esse potest:
Apparent non ulla toro uestigia pressa
Signa uoluptatis non iacuisse duos:
Aspice ut in toto nullus mihi corpore surgat
Spiritus: admisso notus adulterio.
Dixit: & opposita propellens suauia nostra
Prosilit in laxa nixa pedem solea:
Sic ego tam sancti custodis rector amoris
Ex illo felix non mihi nulla fuit.

Ad Eandem.

Vo fugis ah demēs? nulla ē fuga: tu licet usq;
Ad tanaim fugias: usq; sequetur amor:
Non si pegaseo uerteris in aere dorso
Nec tibi si persei mouerit ala pedes:
Vel si te sectæ rapiant talaribus auræ
Nil tibi mercurii proderit alta uiā:
Instat semper amor supra caput: instat amanti:
Et grauis ipse super libera colla sedet:
Excubat ille acer custos & tollere nunq̄
Te patietur humo lumina capta semel:
Et iam si pecces deus exorabilis ille est
Si modo præsentis uiderit esse preces:
Ista senes licet accusent conuiuia duri
Nos modo propositum uita teramus iter:
Illorum antiquis onerentur legibus aures
Hic locus est in quo tibia docta sonet:
Quæ non iure uado menandri iacta natasti
Turpia cum faceret pallidus ora timor:
Nunc iam dura paras phrygias nunc ire p undas
Et petere hyrcani littora nota maris:
Spargereq; alterna communes cæde penates

Non de liuia porticu: nec de pom
peia: nec de octauia intelligas sed de
ea quam erexit Augustus in parte pa/
latii iuxta biblyothecam & templum
apollinis. cuius operis meminit tran/
quillus in augusto. Apta. i. publicata.
Marmoreus. At quam Pli. scribit sta/
tuam phoebi eo in loco fuisse eneam
miranda arte & magnitudine octo:
de mirone alibi diximus gallos deie/
ctos. Templum delphis erat in mõte
parnaso in rupe undique pẽdenti opu
lentissimum donis: quorum cupidita/
te brenus gallorum dux cum sexagin
ta milibus peditum in asiam trãsgres/
sus delphis bellũ intulit: delphici quat
tuor milibus hominum ope diuia gal
lorum impetum sustinuerunt. nam su
scepta est opinio iuuenem mortali sta
tura augustiorem & duas uirgines ar
matas dianam & mineruam eo in
bello affuisse tempestate preterea &
terremotu galli repressi sunt: demum
brenus uulnerum dolorem non ferẽs
manum in se uertit: hec historia erat
i aula templi palatini perscripta a tro
go & pausania: Dubias sortes. prene/
stinas de qbus diximus in siluis: Tele/
goni aeęi. idest filii cyrces. aeęe & uly
xis Sylus. Cicero tusculanum dor so moe
nia laerta: quondam regnata nepoti:
aeęa regio iuxta phasim patria cir ces
unde aeaea dicta. Marõe sopito; quę
somnum excitant qualem Virgilius i
agris habet ipetratis ab augusto: qđ
meliboeus carmine bucolico ei nar/
rat: sępe leui somnum suadebit inire
susurro. hoc propertius carmini iseru
it cũ paulo ãn opus uirgilianũ legisset
Quãuis ida parim. Oenonẽ intelligit
quę nympha fluuii fuit & nais. hãc pa
ris ante raptũ helenę amauit & hũit u
xorẽ: quod demetrius scribit: Is. n. af/
firmat i finibus agri liẽsis ad cebrintã
fuisse tumulũ paridis & oenones illius
uxoris prius q̃ raperet helenã: Ait igi
tur propertius oenonẽ q̃uis accubue/
rit cũ paride nihilominus fuisse in pre
cio inter alias nymphas. Naica dona
.i. dona quę tibi donabãt ab oenone
naide. Ismario mero. i. thracio: quod
Plinius maroneũ appellat: Maroneo
inquit antiquissima claritas ẽ in thraci
ę maritima parte genito: Illac cũ naui
garet ulysses a marone euãthei filio
sacerdote appollinis cũ alia dona ac/
cepit tũ utres uino maroneo plenos:
quorũ unũ postea secũ detulit i antrũ

Et ferre ad patrios prædia dira lares:
Vnã contentum pudeat me uiuere amica
Hoc si crimen erit: crimen amoris erit:
Mi nemo obiiciat: libeat tibi cynthia mecum
Roscida muscosis antra tenere iugis:
Illic aspicies scopulis hærere sorores
Et canere antiqui dulcia furta iouis:
Vt semele est combustus: ut est deperditus io
Deniq; ut ad troiæ tecta uolaret auis:
Quod si nemo extat qui uicerit alitis arma
Communis culpæ cur reus unus agor?
Nec tu uirginibus reuerentia moueris ora:
Hic quoq; non nescit quid sit amare chorus:
Si tamen ægri quædam compressa figura
Bistonijs olim rupibus accubuit:
Hic ubi me prima statuent in parte choreæ
Et medius docta cuspide bacchus erit:
Tum capiti sacros patiar pendere corymbos
Nam sine te nostrum non ualet ingenium.

Ad Cynthiam.

Væris cur uenia tibi tardior: aurea phœbi
Porticus a magno cæsare operta fuit:
Tanta erat in speciem pœnis digesta columnis
Inter quas danai fœmina turba senis:
Hic equidem phœbo uisus mihi pulchrior ipso
Marmoreus tacita crimen hiare lyra:
Atq; aram circum steterant q; armenta myronis
Quatuor artificis nuida signa boues:
Tum medium claro surgebat marmore templũ
Et patria phœbo carius ortygia:
Et quo sol s erat supra fastigia currus
Et ualuæ libyci nobile dentis opus:
Altera deiectos parnasi uertice gallos
Altera mœrebat funera tantalidos:
Deinde inter matrem deus ipse interq; sororẽm
Phythius in longa carmina ueste sonat:
Qui uidet is peccat: quinon te uiderit ergo
Non cupiet: facti carmina lumen habet:
Nam quid pernosti dubias o cynthia sortes?
Quid petis aeaei mœnia thelogoni?
Cur uatem herculeum deportant esseda tybur?
Appia cur totiens te tua dicit anum?

Hoc utinam ſpatiere loco: quocũque uacabis
Cynthia: ſed tibi me credere turba uetat:
Cum uidet accẽſis deuotam currere tedis
In nemus: & triuiæ lumina ferre deæ
Scilicet umbroſis ſordet pompeia columnis
Porticus auleis nobilis attalicis:
Et creber pariter platanis urgentibus ordo
Flumina ſopito quæq; marone cadunt:
Et leuiter nymphis tota crepitantibus urbe
Cum ſubito triton ore recondit aquam:
Falleris: iſta tui furtum uia monſtrat amoris
Non urbem demens: lumina noſtra fugis:
Nil agis: inſidias in me componis inanes
Tendis ineris docto retia nota mihi:
Sed de me minus eſt: famæ iactura pudicæ
Tanta tibi miſeræ quãta mereris erit:
Nuper eim de te noſtras me lædit ad aures
Rumor: & in tota non bonus urbe fuit:
Sed tu non debes inimicæ credere linguæ
Semper formoſis fabula pœna fuit:
Non tua deprenſo damnata eſt fama ueneno
Teſtis eris puras phœbe uidere manus:
Sin autem longo nox una aut altera luſu
Conſumpta eſt: non me crimina parua mouent
Tyndaris externo patriam mutauit amore
Et ſine decreto eſt uiua reducta domum:
Ipſa uenus q̃uis corrupta libidine martis
Nec minus in cælo ſemper honeſta fuit:
Quãuis ida parim paſtorem dicat amaſſe
Atq; inter pecudes accubuiſſe deam:
Hoc & hamadryadum ſpectabit turba ſororum
Sileniq; ſenis: & pater ipſe tori:
Cum quibus idæo legiſti poma ſub antro
Suppoſita excipiens naica dona manu:
An quiſq̃ in tãto ſtuporum exagmine quærit
Cur hæc tam diues: quis dedit: unde dedit:
O nimium noſtro felicem tempore romam
Si contra mores una puella facit:
Hæc eadem ante illam impune & leſbia fæcit
Quæ ſequitur certe eſt inuidioſa minus:
Qui quærit tacios ueteres: duroſq; ſabinos
Hic poſuit noſtra nuper in urbe pedem:

polyphemi & illũ ſopiuit propinatis a liquot ex eo calicibus: nã ita ille eſt ca/ptus ſuauitate ii ut dicat apud hõerũ ap̃ nos uinũ quidẽ naſcit: ſed tuũ iſtud ulyſſes ãbroſię & nectaris é riuulus pr oide iteꝝ mihi propina. uicies tãtũ ad/dito aquę miſcebat ut homerus cecit & repetitũ eſt a plinio. Aut quid critei. eſt ne de homero intelligendũ? q meo nis filius fuit & criteis: nã quod ſequit de bello thebão ad hõmerũ cõmodiſ/ſime refert: Ille. n. ut herodotus tradit ſcripſit etiã expeditionẽ amphiarai ad thebas quod tichio cerdoni recitauit. an critei nomẽ é alterius poetę? Quid proſunt: ante plus in ar ore ualet mi/mnerni uerſus hõero philetas cous po eta elegiaꝝ ſcriptor & critius ãtiquoꝝ Arion adraſti: lege de arione equo q̃ dictauimus in prmã ſiluã uocalis: cele bratus uel ad arionẽ cytharoedũ allu dit. Cothurno ęſchileo. i. tragica ma/gnitudine: nam ęſchilus iter tragicos ſublimis & grãdiloquus fuit uſq; ad u tiũ ut ſcribit fabius. antimacho. ãtima chitre fuerũt prius colophõius hippar chi filius grãmaticus & poeta quẽ qui dã ſcripſerũt panaſidis poetę ſeruum fuiſſe ſed fuit tãtũ eius auditor & Ste/ſimbroti. ſecũdus ęgyptius ex heliopo li urbe qui de ſitu orbis ſcripſit: qui pri mus ſtatuit ne quis propria appellatio ne in comoedia nominaret at unus ex his tẽporibus platõis floruit: Requie/ſcat: deſiſtat a cãtilena dũ cũ thyrſide certaret. i. quãuis iure uicatur a thyr/ſide: tamen poeta ut ſe iactaret puero declarat ſe uictorem. Anſer poeta procax fuit. & laſciuo carmine nobilis ouidius. Cinna quoq; iis comes eſt: cin naq; procacior ãſer. Cũ ergo illud ſit i prouerbio q̃ ãſer ſtrepit iter olores: alludẽs propertius ad nomẽ ãſeris ait oloreẽ i carmie do cto ceſſiſſe ãſeri. uar ro: lege q̃ de uarrone ſcripſimus in gẽ thliacõ lucani in ſyluis. Caluus: hic po eta exili carmie & tenui qntiliã amicã defleuit. Ouĩ. Par fuit exigui ſimiliſq; licẽtia ca lui: Detexit uariis q ſua furta mõis. Gallus. Cornelius gallus poeta foroiuliẽſis ex iſima ɔditiõe ad p̃fectu rã uſq; ęgypti euectus ẽ ab auguſto: ab eodẽ interdictus domo & prouiciis cõ pulſus ẽ ad necẽ ut ait trãq̃llus. i. ſe in/terfecit ut iterpretatur Euſebius: iratus ẽ. n. ip̃ator ut trãq̃llus ſcribit ob illius

ĩgratũ maliuolũq; ãimũ. ut uero ſenti/
re uidet ouidius ob illius in ſe maledi/
cẽtiã. Non fuit opprobro celebraſſe li
coryda gallo Sed liguã nimio nõ tenu
iſſe mero. imitatus ẽ euphorionẽ colo
re & genere ſcribẽdi: ut ait probus. ly/
coriden amicã habuit: ut cecinit etiam
uirgilius. Mõ tẽporibus meis paulo ãn
Multa uulnera q̃ ſibi intulit: quaſi di/
cat: nõne gallus q̃ paulo ãte ſe interſe/
cit celebaruit lycoridẽ?

Tu prius & fluctus poteris ſiccare marinos
Altaq; mortali deligere aſtra manu:
Quam facere ut noſtræ nolint peccare puellæ
Is mos ſaturno regna tenente fuit:
Et cum deucalionis aquæ fluxere per orbem
Et poſt antiquas deucalionis aquas:
Dic mihi quis potuit lectum ſeruare pudicum?
Quæ dea cum ſolo uiuere ſola deo?
Vxorem quondam magni minois ut aiunt
Corrupit torui candida forma bouis:
Nec minus errato danae circundata muro
Non potuit magno caſta negare ioui:
Quod ſi tu graias tuq; es imitata latinas
Semper uiue meo libera iudicio.

Ad Cynthiam.

Riſtia iã redeunt iterum ſollennia nobis
Cynthia iam noctes eſt operata decem:
Atq; utinam nilo pereat quæ ſacra repente
Miſit matronis inachis auſoniis:
Quæ dea tam cupidos totiens diuiſit amantes
Quæcunq; illa fuit: ſemper amara fuit:
Tu certe iouis occultis in amoribus io
Senſiſti multas quid ſit inire uias:
Cum te iuſſit habere puellam cornua iuno
Et pecoris duro perdere uerba ſono:
Ah quotiens quernis læſiſti frondibus ora
Manſiſti ſtabulis abdita paſta tuis:
An quoniam agreſtem detraxit ab ore figuram
Iuppiter iccirco facta ſuperba dea es?
An tibi non ſatis eſt fuſis ægyptus alumnis
Cur tibi tam longa roma petita uia eſt?
Quid ue tibi prodeſt uiduas dormire puellas?
Sed tibi crede mihi cornua rurſus erunt:
Aut nos e noſtra te ſæua fugabimus urbe
Cum tyberi nilo gratia nulla fuit:
Aut tu quæ noſtro nimium placata dolore es
Noctibus his uacui ter faciamus iter:
Non audis & uerba ſinis mea ludere: cum iam
Flectant icarii ſydera tarda boues:
Lenta bibis mediæ nequeunt te frangere noctes
At nondum eſt talos mittere laſſa manus?
Ah pereat quæcunq; meracas repperit uuas

Corrupitq; bona nectare primus aquas:
Icare cecropiis merito iugulate colonis
Pampineus nosti q̄ sit amarus odor:
Tu quoq; œurytio uino centaure peristi
Nec non hismario tu polypheme mero:
Vino forma perit: uino corrumpitur ætas:
Vino sæpe suum nescit amica uirum:
Me miserum: ut multo nihil es mutata lyæo
Iam bibe: formosa es: nil tibi uina nocent:
Cum tua præpendent demissa in pocula serta
Et mea delicta carmine ucce legis:
Largius effuso madeat tibi mensa phalerno
Spumet & aurato mollius in calice:
Nulla tamen lecto recipit se sola libenter
Est quiddam: quod uos quærere cogat amor:
Semper in absentis felicior æstus amantes
Eleuat assiduos copia longa uiros:
Cur quisq̄ faciem dominæ iam credit amori?
Sic erepta mihi pene puella mea est:
Expertus dico: nemo est in amore fidelis
Formosam raro non sibi quisq; petit.
Polluit ille deus cognatos: soluit amicos
Et bene concordes tristia ad arma uocat:
Hospes in hospitium menelao uenit adulter
Colchis & ignotum non nescia uirum est?
Lynceu tu ne meam potuisti tangere curam?
Perfide non ne tua tum cecidere manus?
Quid si non constans illa & tam certa fuisset
Posset & in tanto uiuere flagitio?
Tu mihi uel ferro pectus uel perde ueneno
A domina tantum te modo tolle mea:
Te socium uitæ: te corporis esse licebit:
Te dominum admitto rebus amice meis:
Lecto te solum: lecto te deprecor uno
Riualem possum non ego ferre iouem:
Ipse meas solus quod nil est æmulor umbras
Stultus quod stulto sæpe timore tremo:
Vna tamen causa est qua crimina tanta remitto
Errabant multo quod tua uerba mero:
Sed nunq̄ uitæ me fallet ruga seueræ
Omnes iam norunt q̄ sit amare bonum:
Lynceus ipse meus seros insanit amores

Solum te noſtros lætor adire deos:
Quid tua ſocraticis tibi nunc ſapientia libris
Proderit: aut rerum dicere poſſe uias?
Aut quid cretei tibi proſunt carmina lecta?
Nil iuuat in magno ueſter amore ſenex:
Tu ſatius memorem muſis imitere philetam
Et non inflati omnia callimachi:
Nam rurſus licet ætoli referas acheloi
Fluxerit ut magno factus amore liquor:
Atq; etiam ut phrygio fallax mæandria campo
Errat: & ipſa ſuas decipit unda uias:
Qualis & adraſti fuerit uocalis arion:
Triſtis & archemori funera uictor equis:
Non amphiareæ proſunt tibi facta quadrigæ
Aut capanei grata ruina ioui:
Deſine & æſchyleo componere uerba cothurno:
Deſine: & ad molles membra reſolue toros:
Incipe iam anguſto uerſus includere torno:
Inq; tuos ignes dure poeta ueni:
Tu non anthimacho: non tutior ibis homero
Deſpicit & magnos recta puella deos:
Sed non ante grauis taurus ſuccumbit aratro
Cornua q̃ ualidis læſerit in laqueis:
Nec tu tam duros parce patieris amores
Trux tamen a nobis ante domandus eris:
Harum nulla ſolet rationem quærere mundi:
Nec cur fraterni luna laboret equis:
Nec ſi poſt ſtygias aliquid reſtauerit undas
Nec ſi conſulto flumina miſſa tonent:
Aſpice me cui parua domi fortuna relicta eſt
Nullus & antiquo marte triumphus auo:
Vt regimen mixtas inter cõuiua puellas
Hoc ego quod tibi nunc eleuor ingenio:
Me iuuet æternis poſitum languere corollis
Quem tetigit iactu certus ad oſſa deus:
Actia uirgilio cuſtodis littora phœbi
Cæſaris & fortes dicere poſſe rates:
Qui nunc in æneæ troiani ſuſcitat arma
Iactaq; lauinis mœnia littoribus:
Cedite romani ſcriptores cedite grai
Neſcio quid maius naſcitur illiade:
Tu canis umbroſi ſubter pineta galeſi

Tyrſin: & attritis daphnin arundinibus:
Vtq; decem poſſint corrumpere mala puellas
Miſſus & impreſſis hædus ab uberibus:
Felix qui uiles pomis mercaris amores
Huic licet ingrate tityrus ipſe canat:
Felix intactum coridon qui tentat alexim
Agricolæ domini carpere delicias:
Quamuis ille ſuas laſſus requieſcat auena
Laudatur facilis inter amadyradas.
Tu canis aſcræi ueteris præcepta poetæ
Quo ſeges in campo quo uiret uua iugo:
Tale facis carmen docta teſtudine quale
Cynthius impoſitis temperat articulis:
Non tamen hæc ulli uenient ingrata legenti
Siue in amore rudis: ſiue peritus erit:
Nec minor his animis: aut ſi minor ore canorus
Anſeris indocto carmine ceſſit olor:
Hæc quoq; perfecto ludebat iaſone uarro
Varro laochadiæ maxima flamma ſuæ:
Hæc quoq; laſciui cantarunt ſcripta catulli
Leſbia: quis ipſa notior eſt helena:
Hæc etiam docto confeſſa eſt pagina calui
Cum caneret miſeræ funera quintiliæ:
Et modo formoſa q̃ multa lycoride gallus
Mortuus inferna uulnera lauit aqua:
Cynthia quin etiam uerſu laudata properti
Hos inter ſi me ponere fama uolet.

Propertii Aurelii Nautæ: Liber. iii.

Allimachi manes: & choi ſacra philetæ
In ueſtrum quæſo me ſinite ire nemus:
Prius ego ingredior puro d̃ fõte ſacerdos
Itala per graios orgia ferre choros:
Dicite quo pariter carmen tenuiſtis in antro:
Quoue pede ingreſſi: quãue bibiſtis aquam
Ah ualeat phœbum quicunq; moratur in armis
Exactus tenui pumice uerſus eat:
Quo me fama leuat terra ſublimis: & a me
Nata coronatis muſa triumphat equis:
Et mecum in curru parui uectantur amores
Scriptorumq; meas turba ſecuta rotas:

Mollia pegaſides.pegaſides muſę dictę ſunt a πήγη quod ſignificat fontem:nã hippocrenẽ & alios parnaſi ſacros fontes habẽt:& ab ouidio oeno/ne pegaſis dicit:nõ qꝫ muſa eẽt:ſed qꝫ nympha & nais:ut ipſa quoqꝫ ait. Edita de magno fluie nympha ſui. & pe/gaſus equus dictus qꝫ iuxta fontes oceani:ut ait heſiodus natus ſit ipe & chryſaor exciſo capite meduſę:plinius in ę thiopia tradit naſci equos alatos & armatos cornibus:quos pegaſos appel/lant.Aratus uero ſcribit eũ neptuni et meduſę gorgonis filiũ fuiſſe.Euſebius hunc equũ cuiuſdã mulieris fuiſſe tradit.palephatus(ut idem eſt auctor)tradit eũ fuiſſe pſei equum.

Troia bis capta nuie oethęi dei.bis nu mine herculis troia capta eſt:nã & ipſe ſex nauibus eá cępit(ut eſt apud homerũ: & diodorus refert : quod in ſyluis ſcripſimus)& eo relato i cęlũ ſagittas quas reliquerat philoctetę ſine quibus capi nõ poſſe reſponſũ fuerat.

Quid fruſtra miſſis in me certatis habenis?
Non datur ad muſas currere lata uia:
Multi roma tuas laudes annalibus addent
Qui finem imperii bactra futura canent
Sed quod pace legas opus hoc de monte ſororum
Detulit intacta pagina noſtra uia:
Mollia pegaſides date ueſtro ſerta poetæ
Non faciet capiti dura corona meo:
At mihi quod uiuo detraxerit inuida turba
Poſt obitum duplici fœnore reddet onus:
Omnia poſt obitum fingit maiora uetuſtas
Maius ab exequiis nomen in ora uenit:
Nam quis equo pulſas ab regno noſceret artes
Fluminaqꝫ æmonio cõminus iſſe uiro?
I dæum ſimoenta iouis cunabula parui
Hectora p campos ter maculaſſe rotas?
Deiphobum:helenũqꝫ & polydamãtes in armis
Qualẽcũqꝫ parin uix ſua noſcet humus:
Exiguo ſermone fores nunc ilion: & tu
Troia bis cętæi numine capta dei:
Nec non ille tui caſus memorator homerus
Poſteritate ſuum creſcere ſenſit opus:
Meqꝫ inter ſeros laudauit roma nepotes
Illum poſt cineres auguror eſſe diem:
Ne mea contempto lapis indicet oſſa ſepulchro
Prouiſum eſt lytio uota probante deo.

Ad Librum ſecundum.

c Arminis interea noſtri redeamus in orbẽ
Gaudeat inſolito tacta puella ſono:
Orphea te tenuiſſe feras & cõcita dicunt
Flumina treitia ſuſtinuiſſe lyra:
Saxa cythæronis thebas agitata per artem
Sponte ſua in muri mẽbra coiſſe ferunt:
Quin etiam polypheme fera galathea ſub ætna
At tua rorantes carmina flexit equos:
Miremur nobis & baccho & apolline dextro:
Turba puellarum ſi mea uerba colit:
Quod nõ tinariis domus eſt mihi fulta colũnis
Nec camera auratas inter eburna trabes:
Nec mea phæacias æquant pomaria ſiluas:
Non operoſa rigat martius antra liquor:
At muſæ comites & carmina cara legenti

Et deceſſa choris, calliopea meis:
Fortunata meo ſi qua ē celebrata libello
Carmina erunt formæ tot monimenta tuæ:
Nam neq; pyramidum ſumptus ad ſydera ducti
Nec iouis elæi cælum imitata domus:
Nec mauſolei diues fortuna ſepulchri
Mortis ab extrema conditione uacat:
Aut illis flamma aut imber ſubducet honores:
Annorum aut ictu pondera uicta ruent:
At non ingenio quæſitum nomen ab æuo
Excidet ingenio ſtat ſine morte decuſ.

Tertium ſomnium Propertii.

u Iſus erā molli recubāis heliconis in umbra
Bellerophontei qua fluit humor equi:
Reges alba tuos: & regum facta tuorum
Tantum operis neruis hiſcere poſſe meis:
Paruaq; tam magnis admoram fontibus ora
Vnde pater ſitiens enniuſ ante bibit:
Et cecinit curios fratres & oratia pila
Regiaq; æmilia uecta trophea rate:
Victriceſq; moras fabii: pugnamq; ſiniſtram
Cannenſem: & uerſos ad pia uota deos:
Hannibalemq; lares romana ſede fugantes,
Anſeris & tutum uoce fuiſſe iouem:
Cum me caſtalia ſpeculans ex arbore phœbus
Sic ait aurata nixus ad antra lyra:
Quid tibi cum tali demens eſt flumine? quis ue
Carminis heroi tangere iuſſit opus?
Non hic ulla tibi ſperanda eſt fama properti:
Mollia ſunt paruis prata terenda rotis:
Vt tuus in ſcamno iactetur ſæpe libellus
Quem legat expectans ſola puella uirum:
Cur tua præſcripto ſeuecta eſt pagina gyro?
Non eſt ingenii cymba grauanda tui.
Alter remus aquas: alter tibi radat arenas
Tutus eris medio maxima turba mari eſt.
Dixerat & plectro ſedem mihi monſtrat eburno
Qua noua muſcoſo ſemita facta ſole eſt:
Hic erat affixis uiridis ſpelunca lapillis:
Pendebantq; cauis tympana pumicibus:
Ergo muſarum: & ſileni patris imago
Fictilis: & talami pane tegæ tui.

Et ueneris dominæ uolucres mea turbe colũbæ
Tingunt gorgonio punica roſtra lacu:
Diuerſæq; nouem ſortitæ turba puellæ
Exercent teneras in ſua dona manus:
Hæc hederas legit. in tyrſos hæc carmina neruis
Aptat & illa manu texit utraq; roſam.
E quarum numero me contigit una dearum
Vt reor a facie calliopeia fuit.
Contentus niueis ſemper uectabere cygnis
Nec te fortis equi ducet ad arma ſonus:
Nil tibi ſit rauco præconia claſſica cornu
Flere: nec aonium cingere marte nemus:
Aut quibus in campis mariano prælia ſigno
Stent: & theuthonicas roma refringat opes.
Barbarus aut ſæuo pfuſus ſanguine rhenus
Saucia mærenti corpora uectet aqua.
Quippe coronato s alienum ad limen amantes
Nocturnæq; canes ebria ſigna fugæ.
Vt p te clauſas ſciat extaurare puellas
Qui uolet auſteros arte ferire uiros:
Talia calliope lymphiſq; a fonte petitis
Ora phylitea noſtra rigauit aqua.

Deſcriptio triumphi.

a Rma deus cæſar dites meditatur ad indos
Et freta gemmiferi findere claſſe maris.
Magna uiri merces parat ultima terra triũpho:
Tygris: & eufrates ſub tua iura fluent.
Sera ſed auſoniis ueniet prouintia uirgis
Aſſueſcent latio parta trophea ioui:
Ite agite exptæ bello date lintea proræ
Et ſolitum armigeri ducite munus equi:
Omnia fauſte cano craſſos cladeſq; piate
Ite & romanæ conſulite hiſtoriæ:
Mars pater & ſacræ fatalia limina ueſtæ
Ante meos obitus ſit precor illa dies:
Qua uideam ſpoliis oneratos cæſaris axes
Ad uulgi plauſus ſæpe reſiſtere equos:
Inq; ſinu caræ nixus ſpectare puellæ
Incipiam & titulis oppida capta legam:
Tela fugacis equi & brachati militis arcus
Et ſubter captos arma ſedere duces:
Ipſa tuam prolem ſerua uenus: hoc ſit. iæuum

Brachati militis. brachas ueſtes ẽe: ut in iuuenalem diximus: docet diodo/rus intonſas & coloris uarii.
Rota ſtaminea rhumbi. de rhumbo i/ſtrumento magico antea diximus.
Aut chio thalamo. puto legendũ aut thio thalamo. nam thia quę ab aliis trogete dicitur inter arbores odora/tas ab homero numeraẽ: nã in quito odyſſeę in deliciis calypſus uri tradit cedrũ laricẽ & thiam. Theophraſtus magnũ huic arbori honorẽ tribuit re/ferẽs cõtignationes uetereꝫ tẽplorũ ex ea. ex radice (qua nihil criſpius ẽ) opa fiebãt uaria & multa & menſę: in qui bus tamẽ nulla uetuſtior memoratus ciceroniana.
Terebinitho. terebinthus ex ſyria eſt arbor: ex his maſcula ſine fructu foe/minarũ duo genera: alteri fructus ru/bet lẽtis magnitudine: alteri pallidus materia & admodũ lẽta: & fidelis ad uetuſtatẽ: propterea cõiunxit proper/tius terebinthũ cũ thia & ipſa qua o/dorata eſt & diu durat: in macedonia breuis ẽ & fruticoſa: tamẽ inde epithe ton ſortita ẽ & apud uirgiliũ & apud hunc ut orithia dicatur ab oritho ur/be Macedonię.

Cernis ab ænea quod ſupereſſe caput:
Præda ſit hæc illis quorum meruere labores
Mi ſat erit media plaudere poſſe uia.

Ad Amicam iratam.

Acis amor deus ē pacē ueneramur amātes:
Stant mihi cum domina prælia dura mea:
Nec tamen inuiſo pectus mihi carpitur auro
Nec bibit e gemma diuite noſtra ſitis.
Nec mihi mille iugis campania pinguis aratur
Nec miſer ire paro claſſe corynthe tua:
O prima infelix fingenti terra prometheo
Ille parum cauti pectoris ægit opus:
Corpora diſponens mentem non uidit in arte
Recta animi primum debuit eſſe uia:
Nunc maris intātum uento iactamur: & hoſtem
Quærimus: atq; armis nectimus arma noua:
Haud ullas portabis opes acherontis ad undas
Nudus ad infernas ſtulte uehere rates:
Victor cum uictis pariter miſcebitur umbris
Conſule cum mario capte iugurta ſedes:
Lydus dulichio non diſtat croeſus ab hyrro
Optima mors parca quæ uenit apta die.
Me iuuat in prima coluiſſe helicona iuuenta
Muſarumq; choris implicuiſſe manus
Me iuuat & multo mentem uincire lyæo
Et caput in uerna ſemper habere roſa:
Atq; ubi iam uenerem grauis interceperit ætas
Sparſit & integras alba ſenecta comas
Tum mihi naturæ libeat perdiſcere mores
Quis deus hanc mundi temperet arte domum
Qua uenit exoriens qua deficit: unde coactis
Cornibus in plenum menſtrua luna redit.
Vnde ſalo ſuperant uenti: quid flamine captet
Eurus: & in nubes unde pennis aqua:
Si uentura dies mundi quæ ſubruat arces:
Purpureus pluuias cur bibit arcus aquas.
Aut cur perrhebi tremuere cacumina pindi:
Solis & atratis luxerit orbis equis?
Cur ſerus uerſare boues & plauſtra bootes?
Pleiadum ſpiſſo cur coit igne chorus?
Curue ſuos fines altum non exeat æquor:
Plenus & in partes quattuor annus eat?

pindi perrhebi. ideſt Theſſali: nam theſſalia perrhebia quoq; dicta eſt. ut ſcribit Strabo.

Sub terris ſint iura deum: & tormenta gigãtum
Thiſiphones atro ſi furit angue caput.
Aut almeoniæ furiæ: aut ieiunia phinei
Num rota: num ſcopuli: num ſitis inter aquas?
Num tribus infernum cuſtodit faucibus antrum
Cerberus &: tityo iugera pauca nouem?
An ficta in miſeras deſcendit fabula gentes
Et timor aut ultra quam rogus eſſe poteſt?
Exitus hic uitæ ſupereſt mihi: uos quibus arma
Grata magis craſſi ſigna referte domum.

Ad Lygdamum.

Ic mihi de noſtra: quæ ſentis uera puella
Sic tibi ſint dominæ lygdame dempta iuga
Dum me lætitia tumefactum fallis inani
Hæc referens quæ me credere uelle putas?
Omnis enim debet ſine uanis eſſe relator
Maioremq; timẽs ſeruus habere fidem:
Nũc mihi ſi qua tenes: ab orgine dicere prima
Incipe: ſuſpenſis auribus iſta bibam.
Sicut eam icõptis uidiſti flere capillis
Illius ex oculis multa cadebat aqua.
Nec ſpeculum ſtrato uidiſti lygdame lecto
Ornabat niueas nullaue gemma manus:
Ac mœſtã teneris ueſtem pendere lacertis.
Scriniaq; ad lecti clauſa iacere pedes:
Triſtis erat domus: & triſtes ſua pẽſa miniſtræ
Carpebãt: medio nebat & ipſa loco:
Humidaq; impreſſa ſiccabat lumina lana:
Rettulit: & querulo iurgia noſtra ſono:
Nam te teſte mihi ꝓmiſſa eſt lygdame merces:
Eſt pœnæ ſeruo rumpere teſte fidem.
Illa poteſt nullo miſerũ me linquere facto
Aequalem nulla diſcere habere domo:
Gaudet me uacuo ſolum tabeſcere lecto
Si placet inſultet lygdame morte mea:
Non me moribus illa: ſed herbis improba uicit:
Staminea rumpi ducitur ille rota:
Illum turgentis ranæ portenta rubetæ:
Et lecta ex ſectis anguibus oſſa trahunt:
Et ſtygis inuentæ per buſta iacentia plumæ
Cinctaq; funeſto lanea uitta uiro:
Si non uana canunt mea ſomnia lygdame teſtor

Pœna erit ante meos ſera: ſed ampla pedes:
Putris & in uacuo texetur aranea lecto
Noctibus illorum dormiet ipſa uenus:
Quæ tibi ſi ueris animis eſt queſta puella
Hæc eadem rurſus lygdame curre uia:
Et mea cum multis lachrymis mandata reporta
Iram non fraudes eſſe in amore meo:
Me quo cum ſimili impoſitum torquerier igni
Iurabor bis ſex integer eſſe dies:
Quod mihi ſi tanto fœlix concordia bello
Extiterit per me lygdame liber eris:
De morte peti: & malis auaritiæ:
Rgo ſolicitæ tu cauſa pecunia uitæ es?
Per te immaturum mortis adimus iter:
Tu uitiis hominum crudelia pabula prabes:
Semina curarum de capite orta tuo:
Tu petum ad pharios tendentem lintea portus
Obruis inſano ter q; quaterq; mari.
Nam dum te ſequitur primo miſer excidit æuo
Et noua longinquis piſcibus eſca natat:
Et mater non iuſta pia dare debita terræ
Nec pote cognatos inter humare rogos:
Sed tua nunc uolucres adſtant ſuper oſſa marinæ
Nunc tibi pro tumulo carpathium omne mare
Infelix aquilo raptæ timor orithyæ
Quæ ſpolia exillo tanta fuere tibi:
Aut quidnam fracta gaudes neptune carina?
Portabit ſanctos alueus ille uiros:
Pete quid ætatem numeras quid cara natanti
Mater in ora tibi eſt? non habet unda deos:
Nam tibi nocturnis ad ſaxa ligata procellis
Omnia de trito uincula fune cadunt:
Sunt agamemnonias teſtantia littora curas
Qua notat argiuum pœna minantis aquæ.
Hoc iuuene amiſſo claſſem non ſoluit atrides
Pro qua mactata eſt iphigenia mora.
Reddite corpus humo: poſita q; in gurgite uita
Petum ſponte tua uilis arena tegas:
Et quotiens peti tranſibit nauta ſepulchrum
Dicat: & audaci tu timor eſſe potes:
Ite rates curuæ & lœti quoq; texite cauſas
Iſta per humanas mors uenit acta manus:

Terra parum fuerat fatis adiecimus undas:
Fortunæ miſeras auximus arte uias.
Anchora te teneat quem non tenuere penates
Quid meritum dicas cui ſua terra parum eſt?
Ventorum eſt quodcunq; paras: haud ulla caria
Conſenuit fallit portus & ipſe fidem.
Natura inſidians pontum ſubſtrauit auaris
Vt tibi ſuccedat uix ſemel eſſe poteſt:
Saxa triumphaleſ fregere capharea puppes
Naufraga cum uaſto græcia tracta ſalo eſt:
Paulatim ſotium iacturam flebat ulyſſes
In mare cui ſoli non ualuere doli:
Quod ſi contentus patrio boue uerteret agros
Verbaq; duxiſſet pondus habere mea.
Viueret ante ſuos dulcis conuiua penates
Pauper at interea nil niſi flere poteſt.
Non tulit hic petus ſtridorem audire procellæ
Er duro teneras lædere ſune manus:
Sed chio thalamo aut orythya terebintho
Et fultum pluma uerſicolore caput:
Huic fluctus uiuo radicitus abſtulit ungues
Et miſer inuiſam traxit hiatus aquam:
Hunc paruo ferri uidit nox improba ligno
Petus ut occideret tot coiere mala:
Flens tamen extremis dedit hæc mãdata querelis
Cum moribunda niger clauderet ora liquor.
Dii maris ægei quos ſunt penes æquora uenti
Et quæcunq; meum degrauat unda caput:
Quo rapitis miſeros primæ lanuginis annos
Attulimus longas in freta uaſta manus:
Ah miſer alcinoum ſcopulis affligar acutis
In me cæruleo fuſcina ſumpta deo eſt:
At ſaltem italiæ regionibus euehat æſtuſ
Hoc de me ſat erit ſi modo matris erit.
Subtrahit hæc fantem torta uertigine fluctus
Vltima quæ peto noxq; dieſq; fuit:
O centum æquoreæ nereo genitore puellæ
Et tu materno tacta dolore thetys:
Vos decuit laſſo ſupponere brachia mento
Non poterat ueſtras ille grauare manus.
At tu ſæue aquilo nunq̃ mea uela uidebis:
Ante fores dominæ condar oportet iners.

Ad Cynthiam.

Vlcis ad externas fuerat mihi rixa lucernas
Vocis & insanæ tot maledicta tuæ:
Cur furibunda mero mensam propellis & in me
Proiicis insana cymbia plena manu?
Tu uero nostros audax inuade capillos
Et me formosis unguibus ora nota:
Tu mutare oculos subiecta exurere flamma
Fac mea rescisso pectore nuda sinu:
Ni mirum ueri dantur mihi signa coloris:
Nam sine amore graui fœmina nulla dolet:
Quæ mulier grauida iactat conuitia lingua:
Et ueneris magnæ uoluitur ante pedes:
Custodum gregibus circa se stipat euntem.
Seu sequitur medias mœnas ut acta uias:
Seu timidam crebro dementia somnia terrent
Seu miseram in tabula picta puella mouet:
His ego tormentis animi sum uerus aruspex
Nam didici certo sæpe in amore notas:
Non est certa fides quam non iniuriria uersat
Hostibus eueniat lenta puella meis:
In morso æquales uideant mea uulnera collo
Me doceat liuor mecum habuisse meam:
Aut in amore dolere uolo aut audire dolentem
Siue meas lachrymas siue uidere tuas:
Tecta supercilijs si quãdo uerba remittis
At tua cum digytis scripta silenda notas:
Odi ego quæ nunq̃ pungunt suspiria somnos
Semper in iratam pallidus esse uelim:
Dulcior ignis erat paridi cum grata parma
Tyndaridi poterat gaudia ferre suæ:
Dum uincunt danai dum restat barbarus hector
Ille helenæ in gremio maxima bella gerit:
Aut tecum aut pro te mihi cum riualibus arma
Semper erunt: in te pax mihi nulla placet:
Gaude quod nulla est æque formosa: doleres
Si qua foret: nunc sis iure superba licet:
At tibi qui nostro tendisti retia lecto
Sit socer æternum nec sine matre domus:
Cui nunc si qua data est furandæ copia noctis
Offensam illa mihi non tibi amica dedit:

Ad Mecœnatem.

Ecœnas eques hetruſco de ſanguine regũ
Intra fortunam qui cupis eſſe tuam.
Quid me ſcribendi tã uaſtũ mittis in æquor?
Non ſunt apta meæ grandia uela rati:
Turpe quod eſt nequeas capiti cõmitere põdus
Et preſſum in flexo mox dare terga genu.
Omnia non pariter rerum ſunt omnibus apta
Flamma nec ex æquo ducitur illa rogo:
Gloria lyſippo eſt animoſa fingere ſigna
Exactis calamus ſe mihi iactat equis:
In ueneris tabula ſummã ſibi ponit apelles
Parrhaſius parua uindicat arte locum:
Argumenta magis ſunt mentoris addita formæ
Ad myros exiguum flectit acanthus iter:
Phidiacus ſigno ſe iuppiter ornat eburno
Praxitelem propria uindicat urbe lapis.
Sunt quibus eleæ concurrit palma quadrigæ
Sunt quibus in celeres gloria nata pedes.
Hic ſatis ad pacem: hic caſtrenſibus utilis armis
Naturæ ſequitur ſemina quiſq; ſuæ:
At tua mœcænas uitæ præcepta recepi
Cogor: & exemplis te ſuperare tuis.
Cum tibi romano dominus in honore ſecurres
Et liceat medio ponere iura foro:
Vel tibi medorum pugnaces ire per hoſtes
Atq; onerare tuam fixa per arma domum:
Et tibi ad effectum uires det cæſar & omni
Tempore tam faciles inſinuentur opes:
Parcis & in tenues humilem te colligis umbras
Velorum plenos ſubtrahis ipſe ſinus:
Crede mihi magnos æquabunt iſta camillos
Iudicia: & uenies tu quoq; in ora uirum:
Cæſaris & famæ ueſtigia iuncta tenebris
Mœcænatis erunt uera trophea fides:
Non ego uelifera tumidum mare findo carina
Tota ſub exiguo flumine noſtra mora eſt.
Mon flebo in cineres arcem ſediſſe paternos.
Cadmi: nec ſemper prælia clade pari:
Nec referam ſcæas & pergama apollinis arces
Et danaum decimo uere rediſſe rates:
Mœnia cum graio neptunia preſſit aratro
Victor palladiæ ligneus artis equus:

Inter calimachi ſat erit placuiſſe libellos
Et ceciniſſe modis dure poeta tuis:
Hæc curant pueros: hæc curant ſcripta puellas:
Meq; deum clament: & mihi ſacra ferant:
Te duce uel iouis arma canam: cæloq; minantem
Cæum: & phlegræis oromodonta iugis:
Celſaq; romanis decerpta palatia tauris
Ordiar & cæſo mœnia firma remo:
Eductosq; pares ſilueſtri ex ubere reges:
Creſcet & ingenium ſub tua iuſſa meum:
Proſequar & currus utroq; ab littore ouantes
Parthorum: aſtutæ tela remiſſa fugæ:
Caſtraq; peluſii romano ſubruta ferro:
Antoniiq; graues in ſua fata manus:
Mollis tu cœptæ fautor cape lora iuuentæ
Dexteraq; in miſſis da mihi ſigna rotis:
Hoc mihi mecœnas laudis concedis: & a te eſt
Quod ferar in partes ipſe fuiſſe tuas.

De Niobe.

Irabar qd nã miſiſſent mane camœnæ
Ante meum ſtantes ſole rubente torum:
Natalis noſtræ ſignum miſerere puellæ:
Et manibus fauſtos ter crepuere ſonos:
Tranſeat hic ſine nube dies: ſtent aere uenti:
Ponat & in ſicco molliter unda minas:
Aſpiciam nullos hodierna luce dolentes,
Et niobe lachrymas ſupprimat ipſe lapis:
Alcyonum poſitis requieſcãt ora querelis
Increpet abſumptum nec ſua materitym:
Tuq; o cara mihi fælicibus edita pennis
Surge: & poſcentes iuſta precare deos.
Ac primũ pura ſomnum tibi diſcute lympha
Et nitidas preſſo pollice finge comas:
Dein qua primum oculos cæpiſti ueſte porperti
Iudue: nec cauum flore relique caput:
Et pete qua polles: ut tibi ſit fama perennis:
Inq; meum ſemper ſtent tua regna caput:
Inde coronatas ubi thure piaueris aras
Lux erit & tota flamma ſecunda domo:
Sit menſæ ratio: mox q; inter pocula currat:
Et crocino nates myrrheus ungat onyx:
Tibia nocturnis ſuccumbat rauca choreis

Et ſine nequitiæ libera uerba tuæ :
Dulciaq; ingratos adimant cõuiuia ſomnos.
Publica uicinæ pſtrepat ara uiæ.
Sit ſors & nobis talorum interprete tactu
Quem grauibus pennis uerberet ille puer:
Cum fuerit multis exacta trientibus hora
Noctis & inſtituet ſacra miniſtra uenus :
Annua ſoluamus thalamo & ſolẽnia noſtro :
Natalisq; tui ſic peragamur iter.

De Imperiis fœminarum :

Vid mirare meam ſi uerſat fœmina uitam
Et trahit addictum ſub ſua iura uirum?
Criminaq; ignaui capitis mihi turpia fingis
Quod nequeã fracto rumpere uincla iugo:
Venturam melius præſagit nauita mortem
Vulneribus didicit miles habere metum :
Iſta ego præterita iactaui uerba iuuenta
Tu nunc exemplo diſce timere meo:
Colchis flagrãtis adamãtina ſub iuga tauros
Aegit: & armigera prælia ſæuit humo.
Cuſtodiſq; feros clauſit ſerpentis hiatus:
Iter ut æſonias aurea lana domos:
Auſa ferox ab equo quondam oppugnare ſagittis
Iniectis danaum pantheſilea rates:
Aurea cui poſtq̃ nudauit caſſida frontem
Vicit uictorem candida forma uirum.
Omphalie in tantum formæ proceſſit honorem
Lydia gygeo tincta puella lacu :
Vt qui pacato ſtatuiſſet in orbe columnas
Tanta dura traheret mollia penſa manu:

De Semirami.

Erſarum ſtatuit babylona ſemiramis urbẽ
Vt ſolidum cocto tolleret aggere opus:
Et duo in aduerſum miſit p mœnia currus
Nec poſſent tacto ſtringere ab axe latus :
Duxit & eufratrem medium qua cõdidit arces
Iuſſit & imperio ſurgere bactra caput.
Nam quid ego heroas quid raptẽ i crimine diuos?
Iuppiter infamat ſeq; ſuamq; domum:
Quid modo quæ noſtris opprobria uexerit armis
Et famulos inter fœmina trita ſuos:
Coniugis obſcœni precium romana popoſcit

Mœnia: & addictos in ſua regna patres:
Noxia alexandria dolis aptiſſima tellus
Et totiens noſtro memphi cruenta malo:
Tres ubi pompeia detraxit harena triumphos
Tollet nulla dies hanc tibi roma notam:
Iſſent phlegræo melius tibi funera campo
Vel tua ſi ſocero colla daturus eras:
Scilicet incæſti meretrix regina canopi
Vna philippeio ſanguine aduſta nota:
Auſa ioui noſtro latrantem opponere anubim
Et tiberim nili cogere ferre minas:
Romanamq; tubam crepitanti pellere ſiſtro
Baridos: & contis roſtra liburna ſequi:
Fœdaq; tarpeio canopeia tendere ſaxo
Iura daret ſtatuas inter & arma mari.
Quid nunc tarquinii fractas iuuat eſſe ſecurres?
Nomine quem ſimili uita ſuperba notat.
Si mulier patienda fuit: cape roma triumphum:
Et longum auguſto ſalua precare diem:
Fugiſti tamen in timidi uaga flumina nili:
Accepere tuæ romula uincla manus.
Brachia ſpectaui ſacris admorſa colubris
Et trahere occultum membra ſoporis iter.
Non hoc roma fuit tanto tibi ciue uerenda
Dixit: & aſſiduo lingua ſepulta mero:
Septem urbs alta iugis toto quæ præſidet orbi
Fœmineas timuit territa marte minas:
Hannibalis ſpolia: & uicti monumenta ſiphacis
Et pyrrhi ad noſtros gloria fracta pedes:
Curius expletis ſtatuit monumenta lacunis
At decius miſſo prælia rupit equo:
Coclitis abſciſſos teſtatur ſemita pontes:
Et cui cognomen coruus habere dedit:
Hæc dii cõdiderãt hæc dii quoq; mœnia ſeruant
Vix timeat ſaluo cæſare roma iouem:
Nunc ubi ſcipiadæ claſſes? ubi ſigna camilli?
Aut ubi pompeia boſphora capta manu?
Leucadius uerſas acies memorabit apollo
Tantum operis belli ſuſtulit una dies:
At tu ſiue petes portus: ſeu nauita linquens:
Cæſaris in toto ſis memor ionio.

Baridos & contis noſtra liburna ſequi. Inuidioſe in cleopatram uerbo quoq; ęgyptio uſus eſt. nam baris lingua ęgyptia cymbam ſignificat quę gręce dicitur. auctor diodorus.

Ad Poſtumum de galla:

Oſtume plorantem potuiſti liquere gallam
Miles & auguſti fortia ſigno ſequi?
Tanti ne ulla fuit ſpoliati gloria parti
Ne faceres galla multa rogante tua?
Si fas eſt omnes piter pereatis auari:
Et quiſquis fido prætulit arma toro:
Tu tamen in tecta tectus uerſare lacerna
Potabis galea feſſus araxis aquam.
Illa quidem interea fama tabeſcet inani:
Hæc tua ne uirtus fiet amara tibi?
Neue tua medæ lætentur cæde ſagittæ:
Ferreus aurato neu cataphrattus equo:
Neu aliquid de te flendum referatur in urna
Si credent illis qui cecidere locis:
Ter quater in caſta felix o poſtume galla:
Moribus his alia cõiuge dignus eras.
Quid faciet nullo munita puella timore:
Cum ſit luxuriæ roma magiſtra tuæ?
Sed ſecurus eas: gallam non munera uincent:
Duriciæq; tuæ non erit illa memor:
Nam quocunq; die ſanum te fata remittent
Pendebit collo galla pudica tuo:
Poſtumus alter erit miranda coniuge ulyſſes
Non illi longæ tot nocuere moræ:
Caſtra decẽ ānorum. & ciconũ mõs: iſmara calpe
Exuſtæq; tuæ mox polypheme genæ.
Et circe fraudes lotoſq; herbæq; tenaces
Syllaq; & alternas ſcyſſa caribdis aquas:
Lampetiæ ſcythicis uerubus mugiſſe iuuencos
Pauerat hos phœbo filia lampetie:
Et thalamum æææ flentis fugiſſe puellæ
Totq; hyemis noctes totq; uacaſſe dies:
Nigrantesq; domos aīarum intraſſe ſilentum.
Sirenum ſurdo remige adiſſe lacus:
Et ueteres arcus lecto renouaſſe procorum:
Errorisq; ſui ſic ſtatuiſſe modum:
Nec fruſtra quia caſta domi perſederat uxor;
Vincit penolopes laīa galla fidem.

De Auaritia: & luxuria matronarum:

Væritis unde auidis nox ſit precioſa puellis
Et uenerem exhauſtæ dãna querãtur opes:
Certa quidem tantis cauſa eſt manifeſta ruinis

Lampetię. Hęc omnia ſcripta ſunt ab homero toto Odyſſęę argumẽto in cuius duodecimo in fine ulyxis ſocii edunt boues ſolis qui a lampetia illius filia cuſtodiebantur.
Renouaſſe arcus ueteres. nam domũ reuerſus una cum telemacho ſumptis ſagittis in procos impetum fecit. notũ eſt carmen ex fine odyſſęę hõeri.

Luxuriæ nimium libera facta uia est:
Inde cauis aurum mittit formica metallis
Et uenit e rubro concha ericina salo:
Et tyros ostrinos præbet cadmæa colores:
Cynamon & multi pastor odoris arabs.
Hæc etiam clausas expugnant arma pudica
Quæq; terunt fastus icarioti tuos:
Matrona incedit census induta nepotum
Et spolia opprobrii nostra per ora trahit:
Nulla est poscendi nulla est reuerentia dandi
Aut si qua est: precio tollitur ipsa mora:
Felix eois lex fuerit una maritis
Quos aurora suis rubra colorat equis.
Nãq; ubi mortifero iacta est fax ultima lecto
Vxorum fusis stat pia turba comis:
Et certamen habent leti quæ uiua sequatur
Coniugium pudor est non licuisse mori:
Ardent uictrices: & flãmæ pectora præbent:
Imponũtq; suis ora pusta uitis:
Hic genus ifidum nuptarum: hic nulla puella est
Nec fida euadne nec pia penolope:
Felix agrestum quõdam pacata iuuentus
Diuitiæ quarum messis & arbor erant:
Illis pompa fuit decussa cydonia ramo
Et dare puniceis plena canistra rubis:
Nunc uiolas tondere manu: nunc mixta, referre
Lilia: uirgineos lucida p calathos:
Et portare suis uestitas frõdibus uuas
Aut uariam plumæ pluricoloris auem:
His tum blanditiis furtiua p antra puellæ
Oscula siluicolis emptà dedere uiris:
Atq; hynuli pellis totos operibat amantes
Altaq; natiuo creuerat herba toro:
Pinus & incumbens lætas circundabat umbras
Nec fuerat nudas pœna uidere deas:
Corniger: atq; dei uacuam pastoris in aulam
Dux aries saturas ipse reduxit oues:
Diiq; deæq; omnes quibus est tutela per agros
Præbebant uestris uerba benigna focis:
Et leporem quicunq; uenis uenaberis hospes
Et si forte meo tramite quæris auem:
Et me pana tibi comitem de rupe uocato:

Quęq; terunt fastus icariote tuos:
Ego puto legendum icarioti: nt sit cassus uocandi ad penolopen icarioti filiam: & tua inquit pudicitia penolope o mulier pudica opibus expugnatur. Icarus siue Icariotus & Tyndarus fratres ex patria electi ab hipoca ad thestium pleuniorum dominum se recepertũt: tyndarus accepta uxore thestii filia lęda domum est reuersus: icarus siue icariotus ex polycasta lygei filia penolopen procreauit & alizeum atq; leucadium: & Ouidius tel :m penolopes icariotidem appellat.

Siue petes calamo premia: ſiue cane.
At nunc deſertis ceſſant ſacraria lucis
Aurũ omnes uicta iam pietate colũt:
Auro pulſa fides: auro uenalia iura
Aurum lex ſequitur mox ſine lege pudor:
Torrida ſacrilegum teſtatur lumina brennum
Dum petit intõſi phythia regna dei:
Aut mons laurigero concuſſus uertice duras
Callida parnaſi ſparſit in arma niues:
Et ſcelus accepto thracis polyneſtoris auro
Nutrit in hoſpitio non polydore pio:
Tu quoq; : ut auratos gereres eryphila lacertos
Dilapſis nuſq; eſt amphiaraus equis.
Proloquar atq; utinam patriæ ſim uerus aruſpex
Frangitur ipſa ſuis roma ſuperba bonis:
Certa loquor: ſed nulla fides neq; enĩ ilia quõdã
Verax pergameis menas habenda malis.
Sola parim phrygiæ fatum componere: ſola
Fallacem patriæ ſerpere dixit equum:
Ille furor patriæ fuit utilis: ille parenti:
Experta ueros irrita lingua deos.

Ad Spartum.

Vlta tuæ ſparte mirantur iura paleſtræ
Sed mage uirginei tot bona gymnaſii:
Quod non infames exercet corpore laudes
Inter luctantes nuda puella uiros:
Cum pila uelocis fallit per brachia iactus
Increpat & uerſi clauis adunca trochi:
Puluerulentaq; ad extremas ſtat fœmina metas
Et patitur duro uulnera pancratio:
Nunc ligat ad cæſtum gaudentia brachia loris
Miſſile nunc diſci pondus in orbe rotat:
Gyrum pulſat equis: niueum latus enſe reuincit:
Virgineumq; cauo protegit ære caput:
Qualis amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodoonteis turba lauatur aquis:
Et modo taygeti crines aſperſa pruina
Sectatur patrios per iuga longa canes:
Qualis & eurotæ pollux & caſtor habenis
Hic uictor pugnis ille futurus equis:
Inter quos helene nudis capere arma papillis
Fertur: nec fratres erubuiſſe deos:

Lex igitur ſpartana uetat ſecedere amantes
Et licet in triuiis ad latus eſſe ſuæ:
Nec timor aut ulla eſt clauſæ tutela puellæ
Nec grauis auſteri pœna cauenda uiri:
Nullo præmiſſo de rebus tute loquaris
Ipſe tuis: longæ nulla repulſa moræ:
Non tyriæ ueſtes errantia lumina fallunt
Eſt neq; odoratæ cura moleſta domi:
At noſtra ingenti uadit circundata turba
Nec digytum anguſta eſt inſeruiſſe uia:
Nec quæ ſint facies nec quæ ſint uerba rogandi
Inuenias tecum uerſat amator iter:
Quod ſi iura fores pugnaſq; imitata laconum
Carior hoc eſſes tu mihi roma bono.

Ad Cynthiam de lycinna.

Ic ego nō nullos iā nori ī amore tumultus
Nec ueniat ſine te nox uigilanda mihi:
Vt mihi prætexta pudor eſt uelatus amicus
Et data libertas noſcere amoris iter:
Illa rudes animos p noctes conſcia primas
Imbuit: heu nullis capta lycinna datis:
Tercius aut multo minus eſt cum ducitur ānus
Vix memini nobis uerba coiſſe decem:
Cuncta tuis ſepeliuit amor nec fœmnia poſt te
Vlla dedit collo dulcia uincla meo:
Teſtis eris dirce tam uero crimine ſæua
Nycteos anthiopen accubuiſſe lycō.
Ah quotiens pulchros uſſit regina capillos
Molliaq; immittens fixit in ora manus:
Ah quotiens famulam penſis onerauit iniquis
Et caput in dura ponere iuſſit humo:
Sæpe illam immundis paſſa eſt habitare tenebi
Vilem ieiunæ ſæpe negauit aquam:
Iuppiter anthiopæ nuſq̄ ſuccurris habenti
Tot mala: corrūpit dura cathena manus:
Si deus es: tibi turpe tuam ſeruire puellam
Inuocet antiopæ quem niſi uicta iouem:
Sola tamen quæcūq; aderant in corpore uires
Regales manicas rupit utraq; manu:
Inde cytheronis timido pede currit in arces
Nox erat & ſparſo triſte cubile gelu:
Sæpe uago aſopi ſonitu p̄ mota fluentis

Teſtis erit dire tam uero crimine ſęua
Puto legendum teſtis eris dirce tā ue/
ro crimine ſęua: ideſt ſi ſęueris nunc i
lycinnam reddes teſtimonium rei fa/
buloſe & tua uera ſęuitia fabuloſū cri
men confirmabis quod de dirce in an
tiopen fertur ut dirce ſit caſus dandi.

Credebat dominæ pone uenire pedes:
Et durum zetum: & lachrymis āphiona mollem
Experta est tabulis mater abacta suis:
Ac ueluti magnos quō ponunt æquora motus:
Eurus in aduersos desinit ire notos:
Littore sic tacito sonitus rarescit arenæ
Sic cadit inflexo lapsa puella genu:
Sera tamen pietas: natus est cognitus error
Digne iouis natos qui tueare senex:
Tu reddis pueris matrem puerīq; trahendam
Vexerunt dircen sub trucis ora bouis:
Anthiope cognosce iouem: tibi gloria dirce
Ducitur in multis mortem habitura locis:
Parta cruentantur zeti: uictorq; canebat
Pæana amphion rupe arcynthe tua:
At tu non meritam parcas uexare lycinnam
Nescit uestra ruens ira referre pedem:
Fabula nulla tuas de nobis concitet aures
Te solam & lignis funeris ustus amem.

De Imperio amicæ.

Ox media: & domiæ mihi uēt epistola nr̄æ
Tybure me missa iussit adesse mora:
Candida qua geminas ostendūt culmina turres
Et cadit in patulos nympha aniena lacus:
Quid faciā? obductis cōmittam me ne tenebris?
Vt timeam audaces in mea membra manus:
At si hæc distulero nostro mandata timore
Nocturno fletus sæuior hoste mihi.
Peccaram semel & totum sum pulsus in annum:
In me mansuetas non habet illa manus.
Nec tamē est quisq̄ sacros qui lædat amantes
Scytonis media si licet ire uia:
Quisqs amator erit scythicis licet ambulet oris
Nemo adeo ut noceat barbarus esse uolet:
Luna ministrat iter demōstrant astra salebras
Ipse amor accensas percutit ante faces:
Sæua canum rabies morsus auertit hiantes
Huic generi quouis tempore tuta uia est:
Sanguine tam paruo quis enī spargatur amantis
Improbus? excluſis fit comes ipsa uenus:
Quod si certa meos sequerentur funera casus
Talis mors precio uel sit emenda mihi:

Afferet huc unguenta mihi ſertiſq; ſepulchrum
Ornabit cuſtos ad mea buſta ſedens:
Dii faciant mea nec terra locet oſſa frequenti
Qua facit aſſiduo tramite uulgus iter:
Poſt mortem tumuli ſic infamantur amantum
Me tegat arborea deuia terra coma.
Aut humet ignotæ cumulus uallatus arenæ
Non iuuat in media nomen habere uia.

Ad Bacchum.

Vnc o bacche tuis humiles aduoluimur aris
Da mihi pacato uela ſecunda pater:
Tu potes inſanæ ueneris compeſcere faſtus
Curarumq; tuo ſit medicina mero:
Per te iunguntur p te ſoluuntur amantes
Tu uitium ex animo dilue bacche meo:
Te quoq; enim nõ eſſe rudem teſtatur in aſtris
Lyncibus ad cælum uecta ariadna tuis:
Hoc mihi quod ueteres cuſtodit in oſſibus ignes
Funera ſanabunt uel tua uina malum:
Semper enim uacuos nox ſobria torquet amãtes
Speſq; timorq; animo uerſat utroq; modo:
Quod ſi bacche tuis p feruidã tempora donis
Accerſitus erit ſomnus in oſſa mea:
Ipſe ſeram uites pangamq; ex ordine colles
Quos carpant nullæ me uigilante feræ:
Dum modo purpureo numerẽ mihi dolia muſto
Et noua preſſantis inquinet uua pedes:
Quod ſupereſt in te: per te: & tua cornua: uiuam
Virtutiſq; tuæ bacche poeta ferar:
Dicam ego maternos æterno fulmine partus
Indica nyſeis arma fugata choris:
Væſanumq; noua nequicq̃ in uite licurgum
Pentheos in triplices funera grata greges:
Curuaq; tyrrhenos delphinum corpora nautas
In uada pampinea diſſiluiſſe rate:
Et tibi p mediam bene olentia flumina naxon
Vnde tuum potant noxia turba merum:
Candida laxatis onerato colla corymbis
Cingit baſſaricas lydia mitra comas:
Leuis odorato ceruix manabit oliuo
Et feries nudos ueſte fluente pedes
Mollia dirceæ pulſabunt tympana thebæ

Funera ſanabunt ũt tua uina malum puto legendum Funera ſanabunt uel tua uina malum. Nam ait hunc ardorem Amoris & ſolicitudinem Sola mors leniet uel tuum uinum bacche.

Pẽtheos funera grata in triplices greges: nam mater & duę ſorores (ut eſt apud ouidium) quę in ſacris bacchi tã q̃ duces erant pentheũ diſcerpſerũt.

Capripedes calamo panes hiante canent:
Vertice turrigero iuxta dea magna cybelle
Fundet ad idæos cymbala rauca choros:
Ante fores templi crater antiſtitis auro
Libatum fundens in tua ſacra merum:
Hæc ego non humili referā memorāda cothurno
Qualis pindarico ſpiritus ore tonat:
Tu modo ſeruitio uacuum me ſiſte ſuperbo
Atq; hoc ſollicitum uince ſopore caput.

Quod Mors ſit ineuitabilis.

Lauſus ab ūbroiſoqua ludit pōtus auerno
Humida baiarum ſtagna tepentis aquæ:
Qua iacet & troiæ tubicen miſenus arena
Et ſonat herculeo ſtructa labore uia:
Hic ubi mortali dextra quom quæreret urbes
Cymbala thebano concrepuere deo:
At nunc inuiſæ magno cum crimine baiæ
Quis deus in ueſtra cōſtitit hoſtis aqua?
Bis preſſus ſtygias uultum dimiſit in undas
Errat & in ueſtro ſpiritus ille lacu:
Quid genus: aut uirtus aut optima ꝓfuit illi
Mater: & amplexum cæſaris eſſe focos?
Aut modo tam pleno fluitantia uela theatro
Et per maternas omnia geſta manus?
Occidit: & miſero ſteterat uigeſimus annus
Tot bona tam paruo clauſit in orbe dies:
I nunc tolle animos: & tecum finge triumphos
Stantia q; in plauſum tota theatra iuuent:
Attalicas ſupera ueſtes: atq; omnia magnis
Gemmea ſint nudis ignibus iſta dabis:
Sed tamen hoc omnes: huc ꝓmus: & ultīus ordo
Et mala ſed cunctis iſta terenda uia eſt:
Exoranda canis tria ſunt latrantia colla:
Scandenda eſt torui publica cymba ſenis:
Ille licet ferro cautus ſe condat: & ære
Mors tamen incluſum protrahit inde caput:
Nirea non facies non uis exemit achillem
Croeſum aut pactoli quas parit humor opes:
Hic olim ignaros luctus populauit achiuos
Atridæ magno cum ſtetit alter amor:
At tibi nauta pias hominum qui traicis umbras
Huc animæ portent corpus inane tuæ:

Hic ubi mortalis dextra. de Hercule intelligit deo thebano: qui in campania fuit: ut in ſyluis ſcripſimus. ſed puto legendum mortali dextra: nā cymbala pulſata a mortalibus applaudebant herculi deo.

Nirea non facies. nireum formoſiſſimum fuiſſe ſcribit Homerus & Horatius & Diodorus. is fuit in bello Troiano.

Qua ſiculæ uictor telluris claudius: & qua
Cæſar ab humana ceſſit in aſtra uia.

De Incõtinentia mulierum.

Biicitur totiens a te mihi noſtra libido
Crede mihi uobis imperat iſta magis:
Vos ubi cotempti rupiſtis fræna pudoris
Neſcitis captæ mentis habere modum:
Flãma ꝑ incenſas citius ſedetur ariſtas
Fluminaq; ad fontis ſint reditura caput:
Et placidum ſyrtes portũ: & bona littora nautis
Præbeat hoſpitio ſæuaq; mala ſuo:
Quam poſſit ueſtros quiſq̃ reprehendere curſus
Et rapidæ ſtimulos frãgere nequitiæ:
Teſtis crætei faſtus quæ paſſa iuuenci
Induit abiegnæ cornua falſa boui:
Teſtis theſſalico flagrans ſalmonis enypheo
Quæ uoluit liquido tota ſubire deo:
Crimen & illa fuit patria ſuccenſa ſenecta
Arboris in frondes condita myrrha nouæ:
Nam quid medeæ referam quo tempore matris
Iram natorum cæde piauit amor?
Quid ue clytẽneſtræ ꝑpter quam tota mycenis
Infamis ſtupro ſtat pelopea domus?
Tuq; o minoa uenundata ſcylla figura
Tondes purpurea regna paterna coma:
Hanc igitur dotem uirgo diſponderat hoſti
Niſe tuas portas fraude recluſit amor:
At uos innuptæ fælicius urite thedas
Pendet cretea tracta puella rate:
Non tamen immerito minos ſedet arbiter orci
Victor erat quãuis æquus inhoſte fuit

De Contemptore amicæ.

Redis eum iã poſſe tuæ meminiſſe figuræ
Vidiſti a lecto quem dare uela tuo?
Durus qui lucro potuit mutare puellam
Tantis ne in lachrimis aphrica tota fuit:
At tu ſtulta deos tu fingis inania uerba:
Forſitan illa alio pectus amore terat:
Eſt tibi forma potens ſunt caſtæ palladis artes
Splendidaq; a docto fama refulget auo:
Fortunata domus modo ſit tibi fidus amicus:
Fidus ero in noſtros curre puella toros:

Tu quoq; qui æstiuos spatiosus exigis ignes
Phœbe moraturæ contrahe lucis iter:
Nox mihi prima ueit primæ date tempora noctis
Longius in primo luna morare toro:
Fœdera sunt ponenda prius signandaq; iura
Et scribenda mihi lex in amore nouo:
Hæc amor ipse suo constringit pignera signo
Testis sidereæ torta corona deæ:
Quam multæ ante meis cedent sermonibus horæ
Dulcia q̃ nobis concitet alma uenus:
Nanq; ubi non certo uincitur fœdere lectus
Non habet ultores nox uigilanda deos:
Et quibus imposuit sosuit nox uincla libido
Contineant nobis omnia prima fidem:
Ergo qui pactas in fœdere ruperit aras
Polluerit q; nouo sacra marita toro:
Illi sint quicunq; solent in amore dolores
Et caput argutæ præbeat historiae.
Nec flenti dominæ patefiant nocte fenestræ
Semper amet fructu semper amoris egens.

Ad Cynthiam.

Agnum iter ad doctas ꝑficisci cogor athenas
Vt me longa graui soluat amore uia:
Crescit enim assidue spectando cura puellæ
Ipse alimenta sibi maxima præbet amor:
Omnia sunt tentata mihi quacunq; fugari
Possit: at ex omni me premit ipse deus:
Vix tamen aut semel admittit: cum sæpe negauit
Seu uenit: extremo dormit amica toro:
Vnum erit auxilium mutatis cynthia terris
Quantum oculis animo tam procul ibit amor:
Nunc agite o socii propellite in æquora nauem
Remorumq; pares ducite sorte uices:
Iungiteq; extremo felicia lintea malo
Nam liquidum nautis aura secundat iter:
Romanæ turres & uos ualeatis amici
Qualiscunq; mihi: tuq; puella uale:
Ergo ego nũc rudis adriaci uehar æquoris hospes
Cogar & undisonos nunc prece adire deos:
Deinde per ionium uectus cum fessa lyceo
Sedarit placida uela phasellus aqua:
Quod superest sufferte pedes properate laborem

Ismos qua terris arcet utrunq; mare:
Inde ubi pyrei capient me littora portus
Scandam ego theseæ brachia longa uiæ:
Illic uel studiis animum emendare platonis
Incipiam: aut hortis docte epicure tuis:
Persequar aut studiũ linguæ: & domosthẽis arma
Librorumq; tuos docte menandre sales:
Aut certe tabulæ capient mea lumina pictæ
Siue ebore exactæ seu magis aere manus:
Aut spatia annorum: aut longa iterualla ꝓfundi
Lenibunt tacito uulnera nostra sinu.
Seu moriar fato non turpi fractus amore
Atq; erit illa mihi mortis honesta dies.

Ad Tullum.

Rigida tã multos placuit tibi cyricus annos
Tulle propontiaca qua fluit ismos aqua:
Dindymus & sacra fabricata inuenta cybelle
Raptorisq; tulit qua uia ditis equos:
Si te forte iuuant helles athamantidos urbes
Et desiderio tulle mouere meo:
Tu licet aspicias cælum omne atlanta gerentem
Sectaq; persea phorcidos ora manu:
Geryonæ stabula & luctantum ĩ puluere signa
Herculis antæiq; hesperidumq; choros:
Tuq; tuo colchum propellas remige phasin
Peliacæq; trabis totum iter ipse legas:
Qua sudis argoa natat inter saxa columba
In faciem proræ pinus adacta nouæ:
Si qua ue gygei uisenda est ora caistri
Et qua septenas temperat unda uias:
Omnia romanæ cedent miracula terræ.
Natura hic posuit quicquid ubiq; fuit:
Armis apta magis tellus q̃ commoda noxæ
Famam roma tuæ non pudet historiæ:
Nam q̃tum ferro tantum pietate potentes
Stamus: uictrices temperat ira manus:
Hic anio tiburne fluis clitunnus ab umbro
Tramite: & æternum martius humor opus:
Albanus lacus: & sotii nemorensis ab unda:
Potaq; pollucis lympha salubris equo:
At non squãmoso lambuntur uentre cerastæ
Itala portentis nec fuit una nouis:

Theseę brachia longa uię: muros longos intelligit qui μακρα εἴχη Grę/ce dicebantur. Ii ex urbem pyreum usq; excurrebant. historia est apud Thucydidem diligentissime perscripta.

At siqua ogigię. uersus mendosus est & ita legendus ut ego quidem sentio: siquaue gygei uisenda est ora caistri. nam gyges lacus est: & hermi caistriq; campi cotigui sunt camporum omnium optimi: prope lacus est gygeus ab homero dictus. sed postea colous: ubi colenę dianę templum: quo in loco diebus solennibus simias saltare dixerũt caistrum ergo gygeum uocat ꝙ eiusdem sunt regionis: & ante dixit gygeo tincta puella lacu.

Nō hic ādromadæ reſonāt pro matre cathenæ
Nec tremis auſonias phœbe fugare dapes:
Nequicq̄ abſentes arſerūt in caput ignes
Exitium nato matre monente ſuo.
Penthea non ſæuæ uenātur i arbore bacchæ:
Nec ſoluit danaas ſubdita cerua rates.
Cornua nec ualuit curuare in pellice iuno
Aut faciem turpi dedecorare boue:
Arboreaſq; truces ſæuis & inhoſpita grais
Saxa: & curuatas in ſua fata trabes:
Hæc tibi tulle parens; hæc eſt pulcherrima ſedes
Hic tibi pro digna gente petendus honos.
Hic tibi ad eloquium ciues: hic ampla nepotum
Spes: & uenturæ cōiugis aptus amor.

De Tabulis pditis.

Rgo tam doctæ nobis periere tabellæ
Scripta quibus piter tot piere bona:
Has quondam noſtris manibus detriuerat uſus
Qui non ſignatas iuſſit habere fidem:
Illæ iam ſine me norant placare puellas:
Et quædam ſine me uerba diſerta loqui.
Non illas fixum caras effecerat aurum
Vulgari buxo ſordida cera fuit:
Qualeſcūq; mihi ſemper manſere fideles
Semper: & effectus promeruere bonos:
Forſitan hæc illis fuerant mādata tabellis
Iraſcor quoniam es lente moratus heri:
An tibi neſcio quæ uiſa eſt formoſior an tu
Non bona de nobis crimina ficta iacis:
Aut dixti uenies hodie ceſſabimus una:
Hoſpitium tota nocte parauit amor:
Et quæcunq; dolens reperit non ſtulta puella
Garrula cum blandis ducitur hora dolis.
Me miſerum his aliquis rationem ſcribit auari
Et ponit duras inter ephimeridas:
Quas ſi quis mihi retulerit donabitur auro;
Quis pro duitiis ſigna retenta uelit:
I puer & citus hæc aliqua præcone colūna.
Et dominum exquiliis ſcribe habitare tuum.

Ad Cynthiam ſuperbientem.

Alſa eſt iſta tuæ mulier fiducia formæ
Olim oculis nimium facta ſuperba meis:

Nostet amor tales tribuit tibi cynthia laudes
Versibus insignem te pudet esse meis:
Mixtam te uaria laudaui sæpe figura
Vt quod non esses esse putaret amor:
Et color est totiens roseo collatus eoo
Cum tibi quæsitus candor in ore foret:
Quod mihi non patrii poterant auertere amici
Eluere aut uasto thessala saga mari.
Hæc ego non ferro non igne coactus & ipsa
Naufragus egea uerba fatebor aqua:
Correptus sæuo ueneris torrebar aheno
Victus eram uersas in mea terga manus:
Ecce coronatæ portum tetigere carinæ
Traiectæ sirtes: anchora iacta mihi est:
Nunc demum uasto fessi resipiscimus æstu
Vulnera & ad sanum nunc coiere mea:
Mēs bona siqua deo est tua me i sacraria dono
Exciderent surdo tot mea uota ioui.

Ad Cynthiam.

Ivsus eram positis inter conuiuia mensis
Et de me poterat quilibet esse loquax:
Qui inq; tibi potui seruire fideliter annos
Vngue meam morso sæpe querere fidem:
Nil moueor lachrymis: ista sum captus ab arce
Semper ab insidiis cynthia flere soles
Flebo ego discedens sed fletum iniuria uincit:
Tu bene conueniens non finis esse iugum.
Limina iam nostris ualeant lachrymantia uerbis
Nec tamen irata ianua fracta manu:
At te celatis ætas grauis urgeat annis,
Et ueniat formæ ruga sinistra tuæ:
Vellere tum cupies albos a stirpe capillos
A speculo rugas increpitante tibi:
Exclusa inq; uicem fastus patiare superbos
Et quæ feceris facta queraris anus:
Has tibi fatalis cecinit mea pagina diras,
Euentum formæ discere timere tuæ.

Dirę. quędam sacra ad deuonendum erant de quibus lege plutarchum in Crasso.

Liber Quartus.

Oc quodcūq; uides hospes q̄ maxīa roma ē
Ante phrygem æneā collis & herba fuit:
Atq; ubi nauali stāt sacra pallatia phœbes
Euandri profugæ cōcubuere boues:

Fictilibus creuere deis hæc aurea templa
Non fuit opprobrio facta ſine arte caſa:
Tarpeiuſq; pater nuda de rupe tonabat
Et tyberis noſtris aduena bobus erat:
Quo gradibus domus iſta remi ſe ſuſtulit olim
Vnus erat fratrum maxima regna focus:
Curia prætexto quæ nunc nitet alta ſenatu
Pellitos habuit ruſtica corda patres:
Buccina cogebat priſcos ad uerba quirites
Centum illi in prato ſæpe ſenatus erat:
Nec ſinuoſa cauo pendebant uela theatro
Pulpita ſolennis non oluere crocos:
Nulli cura fuit externos quærere diuos
Cum tremeret patrio pendula turba ſacro:
Annuaq; accenſo celebrare palilia fœno
Qualia nunc curuo luſtra nouantur equo:
Veſta coronatis pauper gaudebat aſellis:
Ducebant macræ uilia ſacra boues:
Parua ſaginati luſtrabant compita porci:
Paſtor & ad calamos exta litabat ouis:
Verbera pellitus ſetoſa mouebat arator
Vnde lyceus fabius ſacra lupercus habet:
Nec rudis in feſtis miles radiabat in armis
Miſcebant uſta prælia nuda ſude:
Prima galeritus poſuit prætoria lygmon.
Magnaq; pars tatio rerum erat inter oues:
Hinc titiens ramneſq; uiri luceresq; coloni
Quattuor hinc albos romulus ægit equos:
Quippe ſuburbanæ parua minus urbe uiolæ
Et qui nunc nulli maxima turba gabii:
Et ſtetit alba potens albæ ſuis omine nata
Hac ubi fidenas longe erat ire uias:
Nil patrium niſi nomen habet romanus alūnus
Sanguinis altricem non putet eſſe lupam:
Huc melius ꝓfugos miſiſti troia penates:
Heu quali ducta eſt dardana puppis aue:
Iam bene ſpōdebant tunc omnia quid nihil illam
Læſerat abiegni uenter apertus equi.
Cum pater ignati trepidus ceruice pependit
Et ueritae ſt humeros urere flamma pios:
Tunc animi uenere decii brutiq; ſecures
Vexit & ipſa ſui cæſaris arma uenus:

Arma refurgentis portans uictricia troiæ
Felix terra tuos cæpit iule deos:
Si modo auernalis tremulæ cortyna ſibyllæ
Dixit auentino rura pianda remo:
Aut ſi pgameæ ſero rata carmina uatis
Longæuum ad priami uera fuere caput:
Vertite equum danai male uincitis: ilia tellus
Viuet: & huic cineri iuppiter arma dabit
Optima nutritum noſtris lupa martia rebus
Qualia creuerunt mœnia lacte tuo:
Mœnia namq; pio conor diſponere uerſu
Hei mihi quod noſtro eſt paruus in ore ſonus:
Sed tamen exiguo quodcunq; e pectore riui
Fluxerit: hoc patriæ ſeruiat omne meæ:
Ennius hirſuta cingat ſua dicta corona
Mi folia ex hedera porrige bacche tua:
Vt noſtris tumefacta ſuperbiat umbria libris
Vmbria romani patria callimachi:
Scandentes ſi quis cernet de uallibus arces
Ingenio muros æſtimet ille meo:
Roma faue tibi ſurgit opus: date candida ciues
Omnia: & inceptis dextera cantet auis:
Sacra dieſq; canam: & cognomina priſca locorū
Has meus ad metas ſudet oportet equus.
Quo ruis imprudens uage diſcere fata properti?
Non ſunt a dextro condita fila colo
Accerſis lachrymis cantus aduerſus apollo
Poſcis ab inuita uerba pigenda lyra.
Certa feram certis auctoribus aut ego uates:
Neſcius ærata ſigna mouere pila.
Me creat architæ ſoboles babylonius orops
Oron & a proauo ducta conone domus:
Dii mihi ſunt teſtes non degeneraſſe propinquis
Inq; meis libris nil prius eſſe fide:
Nunc precium fecere deos: & fallitur auro
Iuppiter obliquæ ſigna iterata rotæ.
Feliceſq; iouis ſtellas martiſq; rapacis
Et graue ſaturni ſydus in omne caput:
Quid moueant piſces animoſaq; ſigna leonis
Lotus & heſperia quid capricornus aqua:
Dicam troia cades: & troica roma reſurges
Et maris: & terræ longa ſepulchra canam:

Mi folia ex hedera porrige bac/
che tua. Ob raritatem inquit Plinius a
lexander coronato hedera exercitu e/
xemplo liberi patris ex india uictor re
diit: cuius dei adornabant thyrſos ga/
leaſq; acuta thracię populi i ſacris ſolē
nibus. Sed cum multa ſint genera he/
derę ea tantum coronabantur poetę:
cuius ſemen crocatum eſt foliis, minus
nigris. ea certe quam ſimilacem uocāt
infauſta eſt omnibus ſacris & coronis:
nam uirgo eius nominis amore iuuēis
croci in hūc fruticem mutata eſt.

Romani Callimachi. ſe Roma/
num Callimachum appellat: nam cal/
limachum poetam Grēcum uerſibus
latinis explicat.

Me orat architę ſoboles. quęrit fi
dem diſciplię ſuę mathematicę a ma/
ioribus: nam Architas & Orops hac
claruerunt & Conon de quo locutum
Virgilium docet probus: ſamius fuit.
ut idem eſt auctor. eiuſdem meminit I/
ginus: perſuaſit. n. ptolomęo ſtellā eſſe
crinem beronices relatum in cęlum. a/
it itaq; propertius cum ab iis ducat ge/
nus ſe non mentiri in mathematicis ne
q; falli.

Victor oilide.insultat aiaci oili:q ob uiolatam cassandram naufragium fecit.sed in sequenti uersu ubi est:Qué uetat:lege:Quam uetat .nam rapta fu it cassandra ex templo minæruę.

Pertica tristis . uel de centumuirali hasta intelligit:uel bona sua(quod pla tet)fuerint subhastata .

Dixi ego cum geminos produceret arria natos
Illa dabat natis arma uetante deo :
Non posse ad patrios sua pila referre penates
Nempe meam firmant nunc duo busta fidem:
Quippe lupercus equi dum saucia protegit ora
Heu sibi pro lapso non bene cauit equo :
Gallus at in castris dum credita signa tuetur
Concidit ante aquilæ rostra cruenta suæ :
Fatales pueri duo funera matris auaræ
Vera sed inuito contigit ista fides :
Idem ego cum cinaræ traheret lucina dolores
Et facerent uteri pondera lenta moram:
Iunonis uotum facite impetrabile dixi
Illa parit:libris est data palma meis :
Hoc neq; arenosum iouis libyæ explicat ātrum
Aut sibi commissos fibra locuta deos:
Aut si quis motas cornicis senserit alas
Vmbraq; nec magicis mortua pdit aquis
Aspicienda uia est cæli uersusq; p āstra
Trames:& ab zonis qninq; petenda fides:
Exemplum graue erit chalcas:nāq; aulide soluit
Ille bene hærentes ad pia saxa rates :
Idem agamemnoniæ ferrum ceruice puellæ
Tinxit & atrides uela cruenta dedit:
Nec rediere tamen danai:tu diruta fletum
Supprime:& euboicos respice troia sinus:
Nauplius ultores sub noctem porrigit ignes
Et natat exuuiis græcia pressa suis :
Victor oilide rape nunc & dilige uatem
Quam uetat auelli ueste minerua sua.
Hactenus historiæ nunc ad tua deuehar astra
Incipe tu lachrymis æquus adesse nouis:
Vmbria te notis antiqua penatibus edit
Mentior an patriæ tangitur ora tuæ:
Qua nebulosa cauo rorat meuania campo
Et lacus æstiuis intepet umber aquis :
Scandentisq; asis consurgit uertice murus
Murus ab ingenio notior ille tuo :
Ossaq; legisti non illa ætate legenda
Patris:& in tenues cogeris ipse lares:
Nam tua cum multi uersarent rura iuuenci
Abstulit exultas pertica tristis opes :

Mox ubi bulla rudi demiſſa eſt aurea collo
Matris & ante deos libera ſumpta toga:
Tum tibi pauca ſuo de carmine dictat apollo
Et uetat inſano uerba tonare foro:
Et tu finge elegos fallax opus: hæc tua caſtra
Scribat: ut exemplo cætera turba tuo:
Militiam ueneris blandis patiere ſub armis
Et ueneris pueris utilis hoſtis eris:
Nam tibi uictrices: quaſcunq; labore paraſti
Eludat palmas una puella tuas:
Vt bene confixum mento diſcuſſeris uncum:
Nil erit. hæc roſtro te premit anſa ſuo:
Illius arbitrio noctem lucemq; uidebis
Gutta quoq; ex oculis non niſi iuſſa cadet:
Nec nullæ excubiæ nec te ſignata iuuabunt
Lumina. perſuaſæ fallere prima ſat eſt:
Nunc tua uel mediis puppis luctetur in undis
Vel licet armatis hoſtis inermis eas:
Vel tremefacta cauo tellus deducat hiatum:
Octipedis contra terga ſiniſtra time.

Fabula Vertunni:

Vid mirare meas tot ī uno corpore formas?
Accipe uertunni ſigna paterna dei:
Tuſcus ego tuſcis orior nec penitet inter
Prælia uolſanos deſeruiſſe focos:
Hæc me turba iuuat nec templo lætor eburno
Romanum ſatis eſt poſſe uidere forum:
Hac quondam tyberinus iter faciebat: & aiunt
Remorum auditos per uada pulſa ſonos:
At poſtq̄ ille ſuis tantum conceſſit alumnis
Vertunnus uerſo dicor ab amne deus:
Seu quia uertentis fructum percæpimus anni
Vertūni rurſus credidit eſſe ſacrum:
Prima mihi uariat liuentibus uua racemis
Et coma lactenti ſpicea fruge tumet:
Hic dulces ceraſos: hic autūnalia pruna
Cernis: & æſtiuo mora rubere die:
Inſitor hic ſoluit pomoſa uota corona
Cum prius inuito ſtipite mala tulit:
Mendax fama noces. alius mihi nominis index:
De ſe narranti tu modo crede deo:
Opportuna mea eſt cunctis natura figuris

Et bene confixum merito diſcuſſe
rit uncum Nil erit hoc noſtro te p̄mit
anſa ſuo: totum carmen mendoſum é
neq; ullo ſenſu: niſi ita emendes. Vt be
ne confixum mento diſcuſſeris ūcum:
Nil erit. hęc roſtro te premet anſa ſuo
Etiam inquit ſi uncum infixum guttu /
ri abieceris ab more. ſ. nil proficies:
nec iris propterea liber: nam hęc an /
ſa. hoc eſt hic alter unçus puellę. nam
anſa habet ſpetiem unci. premet & re /
tinebit te ſuo roſ ro. i. ſua curuitate &
ſummitate illa: quę roſtrum uidetur.

In quãcunq; uoles uerte decorus ero:
Indue me cæis fiam non dura puella:
Atq; uirum ſumpta quis neget eſſe toga?
Da falcem & torto frontem mihi cõprime fœno
Iurabis noſtra gramina facta manu:
Arma tuli quondam: & memini laudabar in illis
Corbis in impoſito pondere meſſor eram:
Sobrius ad lites: at cum eſt impoſta corona
Clamabis capiti uina ſubiſſe meo:
Cinge caput mitra ſpeciem furabor achiui:
Furabor phœbi ſi modo plectra dabis
Caſſibus impoſitis uenor: ſed harundine ſumpta
Faunus plumoſo ſum deus aucupio::
Eſt etiam auriga ſpecies uertunnus: & ælus
Traicit alterno qui leue pondus equo:
Suppetat hoc piſces calamo prædabor & ibo
Mundus demiſſis inſtitor in tunicis:
Paſtorem ad baculum poſſum curare uel idem
Serpiculis medio puluere ferre roſam:
Nam quid ego adicia de quo mihi maxia fama é
Hortorum in manibus dona probata meis?
Cæruleus cucumis tumido q; cucurbita uentre
Me notat: & uinco braſſica iuncta leui:
Nec flos ullus hiat pratis quin ille decenter
Impoſitus fronti langueat ante meæ:
At mihi quod formas unus uertebar in omnes
Nomen ab euentu patria lingua dedit:
At tu roma meis tribuiſti præmia tuſcis
Vnde hodie u cus nomina tuſcus habet:
Tempore quo ſotiis uenit lycomedius armis
Atq; ſabina feri cõtudit arma tacii:
Vidi ego labentes acies: & tela caduca
Atq; hoſtes turpi terga dediſſe fugæ:
Sed facias diuum ſator ut romana p æuum
Tranſeat ante meos turba togata pedes.
Sex ſuperant uerſus te qui ad uadimonia curris
Non moror hic ſpaciis ultima creta meis.
Stipis aceruus eram ꝓperanti falce dolatus
Ante numam grata pauper in urbe deus:
At tibi mamurii formæ cælator ahenæ
Tellus artifices ne terat oſca manus:
Qui me tam docilis potuiſti fundere in uſus

Vnum opus est operi non datur unus honos.

Epistola Arethusæ ad Lycotem.

Rethusa suo mittit mandata Lycotæ
Cum totiens absis si potes esse meus:
Si qua tamen tibi lecturo pars oblita deerit
Hæc erit e lachrymis facta litura meis:
Aut si qua incerto fallet te littera tractu
Signa meæ dextræ iam morientis erunt:
Te modo uiderunt iteratos blactra per ortus
Te modo munitus hericus hostis equo:
Hiberniq; getæ: pictoq; britannia curru:
Vstus & eoa discolor indus aqua:
Hæc ne marita fides: & pactæ sunt mihi noctes:
Cum rudis urgenti brachia uicta dedi?
Quæ mihi deductæ fax omen prætulit illa
Traxit ab euerso lumina nigra rogo:
Et stygio sum sparsa lacu: nec recta capillis
Vitta data est: nupsi non comitante deo:
Omnibus heu portis pendent mea noxia uota
Texitur hæc castris quarta lacerna tuis:
Occidat immerita qui carpsit ab arbore uallum
Et struxit querulas rauca per ossa tubas:
Dignior obliquo funem qui torqueat orno
Aeternusq; tuam poscat aselle famem.
Dic mihi dum teneros urit lorica lacertos
Num grauis imbelles atterit hasta manus?
Hæc noceant potius q̃ dentibus ulla puella
Det mihi plorandas per tua colla notas:
Diceris & macie uultum tenuasse: sed opto
Et desyderio sit color iste meo:
At mihi cum noctes induxit uesper amaras
Si qua relicta iacent osculor arma tua:
Tum queror in toto non sidere pallia lecto
Lucis & auctores non dare carmen aues:
Noctibus hybernis castrensia pensa laboro:
Er tyria in gladios uellera secta suos:
Et disco qua parte fluat uincendus araxes
Quot sine aqua partus millia currat equus:
Cogor & e tabula pictos ediscere mundos
Qualis & hæc docti sit positura dei:
Quæ tellus sit lenta gelu: quæ putris ab æstu

Ventus in italiam qui bene uela ferat:
Aſſidet una ſoror curis & pallida nutrix
Peierat hyberni temporis eſſe moras:
Fælix hyppolite nuda tulit arma papilla
Et texit galea barbara molle caput:
Romanis utinam patuiſſent caſtra puellis
Eſſem militiæ ſarcina fida tuæ:
Nec me tardarent ſcythiæ iuga: cum pater atlas
Aphricus in glaciem frigore nectit aquas:
Omnis amor magnus: ſed apto i coniuge maior
Hanc uenus ut uiuat uentilat ipſa facem.
Nã mihi quo pœnis tibi purpurá fulgeat oſtris
Criſtallusq; tuas ornet aquoſa manus:
Omnia ſurda tacent: rariſq; aſſueta calendis
Vix aperit clauſos una puella lares:
Graucidos & catulæ uox ẽ mihi grata querentis
Illa tui partem uendicat una toro:
Flore ſacella tego uerbenis compita uelo
Et crepat ad ueteres herba ſabina focos:
Siue in furtiuo gemuit ſtans noctua tigno
Seu uoluit tangi parca lucerna mero.
Illa dies ornis cædem denuntiat agnis
Succintæq; calent ad noua lucra popæ:
Ne precor accenſis tanti ſi gloria bactris
Raptaue odorato carbaſa lina dici.
Plumbea cum tortæ ſparguntur pondera fundæ
Subdolus & uerſis increpat arcus equis:
Sed tua ſit domitis parthæ telluris alumnis
Pura triumphantis haſta ſequatur equos:
Incorrupta mei conſerua fœdera lecti
Hæc ego te ſola lege rediſſe uelim:
Armaq; cum tulero portæ uotiua capenæ
Subſcribam ſaluo grata puella uiro.

Fabula tarpeiæ.

Arpeiũ nemus & tarpeiæ turpe ſepulchrũ
Fabor: & antiqui limina capta iouis:
Lucus erat fœlix hederoſo conditus antro
Multaq; natiuis obſtrepit arbor aquis:
Siluani ramoſa domus quo dulcis ab æſtu
Fiſtula poturas ire iubebat oues:
Hunc tatius fontem uallo præcingit acerno
Fidaq; ſuggeſta caſtra coronat humo:

Quid tum roma fuit? tubicen uicina curetis
Cum quateret lento murmure saxa iouis:
Atq; ubi nunc terris dicuntur iura subactis
Stabant romano pila sabina foro:
Murus erant montes: ubi nunc est curia septa
Bellicus ex illo fonte bibebat equus:
Hinc tarpeia deæ fonte libauit: at illi
Vrgebat medium fictilis urna caput:
Et satis una male potuit mors esse puellæ
Quæ uoluit flammas fallere uesta tuas:
Vidit arenosis tatium perludere campis
Pictaq; per flauas arma leuare uias:
Obstupuit regis facie: & regalibus armis:
Interq; oblitas excidit urna manus:
Sæpe illa immeritæ causata est omina lunæ
Et sibi tingendas dixit in amne comas:
Sæpe tulit blandis argentea lilia nymphis
Romula ne faciem læderet hasta taci:
Dumq; subit primo capitolia nubila fumo
Rettulit hirsutis brachia secta rubis:
Et sua tarpeia residens ita fleuit ab arce
Vulnera uicino non patienda ioui:
Ignes castrorum & taciæ prætoria turmæ
Et formosa oculis arma sabina meis:
O utinam ad uestros sedeam captiua penates
Dum captiua mei conspicer esse taci:
Romani montes & montibus addita roma
Et ualeat probro uesta pudenda meo:
Ille equus ille meos in castra reponet amores
Cui tacius dextras collocat ipse iubas:
Quid mirum i patrios scyllam sæuisse capillos
Candidaq; in sæuos inguina uersa canes?
Prodita quid mirum fraterni cornua monstri?
Cum patuit lecto stamina certa uia:
Quantũ ego sũ ausoniis crimẽ factura puellis
Improba uirgineo lecta ministra foco?
Pallados extinctos si quis mirabitur ignes
Ignoscat: lachrymis spargitur ara meis.
Cras (ut rumor ait) tota pugnabitur urbe
Tu cape spinosi rosida terga iugi:
Lubrica tota uia est & perfida: quippe tacentes
Fallaci celat limite semper aquas:

O utinam magicæ noſſem cantamina muſæ
Hæc quoq; formoſo lingua tuliſſet opem:
Te toga picta decet non quę ſine mris honore
Nutrit inhumanæ dura papilla lupæ:
Sic hoſpes patiare tua regina ſub aula
Dos tibi non humilis prodita roma uenit:
Si minus at captæ ne ſint impune ſabinæ
Me rape & alterna lege repende uices:
Commiſſas acies ego poſſum ſoluere nuptæ
Vos medium palla fœdus inite mea:
Adde hymenæe modos tubicē fera murmura ꝯde
Credite ueſtra meus molliet arma torus:
Et iam quarta canit uenturam buccina lucem
Ipſa in oceanum ſydera lapſa cadunt:
Experiar ſomnum de te mihi ſomnia quæram
Fac uenias oculis umbra benigna meis:
Dixit: & incerto permiſit brachia ſomno
Neſcia nefariis accubuiſſe nouis:
Nam ueſta iliacæ felix tutela fauillæ
Culpam alit: & plures condit in oſſa faces:
Illa ruit qualis celerem prope thermodoonta
Strymonis abſciſſo fertur aperta ſinu:
Vrbi feſtus erat dixere palilia patres
Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies:
Annua paſtorum conuiuia luſus in urbe
Cum pagana madent fercula diuitiis:
Cumq; ſuper raros fœni flāmantis aceruos
Traiicit immundas ebria turba dapes:
Romulus excubias decreuit in otia ſoluit
Atq; intermiſſa caſtra ſilere tuba:
Hoc tarpeia ſuum tempus rata conuenit hoſtem
Pacta ligat: pactis ipſa futura comes:
Mons erat aſcenſu dubius feſtoq; remiſſus
Nec mora uocales occupat enſe canes:
Omnia præbebant ſomnos: ſed iuppiter unus
Decreuit pœnis inuigilare tuis:
Prodiderat portæq; fidem patriamq; iacentem
Nubendiq; petit quem uelit ipſa diem:
At tacius neq; enim celeri dedit hoſtis honorem
Nube ait: & regni ſcande cubile mei.
Dixit: & ingeſtis comitum ſuper obruit armis
Hæc uirgo officiis dos erat apta tuis:

A duce tarpeio mons eſt cognomen adeptus
O uigil iniuſtæ præmia ſortis habes.

Alia Epiſtola ad Lenam.

Erra tuum ſpinis obducat lena ſepulchrũ
Et tua quod nõ uis ſentiat umbra ſitim:
Nec ſedeant cineri manes: & cerberus ultor
Turpia ieiuno terreat oſſa ſono:
Docta uel hippolytum ueneri mollire negantẽ
Concordiq; toro peſſima ſemper auis:
Penolopen quoq; neglecto rumore mariti
Nubere laſciuo cogeret entinoo
Illa uelit: poterit magnes non ducere ferrum
Et uolucris nidis eſſe nouerca ſuis:
Quippe & collinas ad foſſam nouerit herbas
Stantia currenti diluerentur aqua:
Audax cantatæ leges imponere lunæ
Et ſua nocturno fallere terga lupo:
Ceſſet & intentos aſtu certare maritos:
Cornicum immeritas eruit ungue genas:
Coſuluitq; ſtryges noſtro de ſanguine: & in me
Hyppomanes fœtæ ſemina legit equæ:
Exorabat opus uerbis ſeu blanda perurat
Saxoſamq; ferat ſedula culpa uiam:
Si te eoa iuuat derorantem aurea ripa:
Et quæ ſub tyria concha ſuperbit aqua:
Eurypiliq; placet coæ textura mineruæ
Sectaq; ab attalicis putria ſignat oris:
Seu quam palmiferæ mittunt uenalia thebæ
Murrheaq; in parthis pocula cocta focis:
Sperne fidem prouolue deos menda cia uincant
Frangent damnoſæ iura pudicitiæ:
Et ſimulare uirum precium facit: utere clauſis
Maior dilata nocte decurret amor:
Si tibi forte comas uexauerit utilis ira
Poſt modo mercata pace premendus erit:
Deniq; ubi amplexu uenerem ꝓmiſeris empt
Fac ſimiles puros ſyderis eſſe dies.
Ingerat apriles iole tibi condat amiclæ
Natalem malis idibus eſſe tuum:
Supplex ille ſedet poſita tu ſcribe catedra
Quid libet has artes ſi pauet ille tenes:
Semper habe morſus circa tua colla recentes:

Eurypiliq; placet coę textura mi/nerue. Eurypilus Thelephi filius interfectus a neoptolemo in bello troiano ut ſcribit homerus. Ipſe neoptoléus telo traiecit acuto Magnanimum heroa Eurypilum: quem thelephus olim Progenuit. Coõ inſulam tenuit maris carpathii. Homerus. Qui niſi coon habent celſum: & paulo poſt. Eurypiliq; urbem coon ęquoreaſq; calydnas. Intelligit igitur de ueſte coa de qua ante dictum eſt.

Litibus alternis quos putet eſſe datos:
Non te medeæ delectent probra ſequacis
Nempe tulit faſtus auſa rogare prior:
Sed potius mundi thais precioſa menandri
Cum ferit aſtutos comica mœcha getas:
In mores te uerte uiri ſi cantica iactat
I comes: & uoces ebria iunge tuas;
Ianitor ad dantes uigilet ſi pulſet inanis
Surdus in obductam ſomniet uſq; ſeram:
Nec tibi diſpliceat miles non factus amori
Nauta nec atrita ſi ferat æra manu:
Aut quorum titulus p barbara colla pependit
Celati medio cum ſaliere foro:
Aurũ ſpectato nõ quæ manus afferat aurum.
Verſibus auditis quid niſi uerba feres?
Quid iuuat ornato procedere uitta capillo:
Et tenues coa ueſte tenere ſinus?
Qui uerſus coæ dederit nec munera ueſtis
Ipſius tibi ſit ſurda ſine arte lyra:
Dum uernat ſanguis dum rugis integer annis
Vtere, nec quis eat liber amore dies:
Vidi ego odorati uictura roſaria peſti
Sub matutino cocta iacere noto:
His animis noſtræ dũ uerſat achãtus amica
Per tenues oſſa ſunt numerata cutes:
Sed cape torquatæ uenus o regina columbæ
Ob meritum ante tuos guttura ſecta focos:
Vidi ego rugoſo tuſſim cõcreſcere collo
Sputaq; per dentes ire cruenta cauos:
Atq; aĩam in tegetes putrem expirare paternas
Horruit algenti pocula curua foco:
Exequiæ fuerant rari furtiua capilli
Vincula: & immundo pallida mitra ſitu:
Et canis in noſtros nimis exprecta dolores
Cum fallenda meo pollice cultra fer nt.
Sit tumulus lenæ curto uetus amphora collo:
Vrgeat hunc ſupra uis caprifice tua:
Quiſquis amas ſcabris hoc buſtum cædito ſaxis
Mixtaq; tum ſaxis addite uerba mala.

De Sacrificio.

Acra facit uates ſint ora fauentia ſacris:
Et cadat ante meos icta iuuenca focos:

Dum uernat ſanguis: dum rugis integer annus Vtere: nec quid eras liber ab ore dies. puto ita emendandum. Dum rugis integer. annis Vtere: nec quis eat liber amore dies.

Cæra philippeis certet romana corymbis
Et cyrenæas urna miniſtret aquas:
Coſtum molle date & blandi mihi thuris honores
Terq; focum circa laneus orbis eat:
Spargite me lymphis carmenq; recentibus aris
Tybia mygdoniis libet eburna cadis:
Ite procul fraudes: alio ſint aere noxæ
Pura nouum uati laurea mollit iter.

De Cæſare.

Vſa palatini referemus apollinis ædem
Res eſt calliope digna fauore tuo:
Cæſaris in nomen ducuntur carmina: cæſar
Dum canitur quæſo iuppiter ipſe uaces:
Eſt phœbi fugiens athamani ad littora portus
Qua ſinus ioniæ murmura condit aquæ:
Actia iuleæ pelagus monumenta carinæ
Nautarum uotis non operoſa uia:
Nunc mundi coiere manus: ſtetit æquore moles
Pinea: nec remis æqua fauebat auis:
Altera claſſis erat teucro damnata quirino
Pilaq; fœminea turpiter apta manu:
Hinc auguſta ratis pleni iouis omĩe uelis
Signaq; iam patriæ uincere docta ſuæ:
Tandem acies geminos nereus lunarat in arcus
Armorum & radiis picta tremebat aqua:
Cum phœbus linquens ſtantem ſe uindice dolon
Nam tulit iratos mobilis unda notos:
Aſtitit auguſti puppem ſuper: & noua flãma
Luxit in obliquam ter ſinuata facem:
Non ille attulerat crines in colla ſolutos
Aut teſtudineæ carmen inerme lyræ:
Sed quali aſpexit pelopeium agamẽnona uultu
Aegiſſetq; auidis dorica caſtra rogis:
Aut qualis flexos ſoluit phytona p orbes
Serpentem: imbelles quem timuere lyræ:
Mox ait o longa mundi ſeruator ab alba
Auguſte: hectoreis congnite maior auis:
Vince mari: iam terra tua eſt: tibi militat arcus:
Et fauet ex humeris hoc onus omne meis:
Solue metu patriam: quæ nunc te uindice fræta
Impoſuit proræ pubilica uota tuæ:
Quæ niſi defendes murorum romulus augur:

Ire palatinas non bene uidit aues:
Et nimium remis audent prope turpe latinis
Principe te fluctus regia uela pati:
Nec te q; classis centenis remiget alis
Terreat: inuicto labitur illa mari:
Quodq; uehunt proræ centaurica saxa minantis
Ligna caua & pictos experiare metus:
Frangit & attollit uires in milite causa
Quæ nisi iuste subest excutit arma pudor:
Tempus adest: cõmitte rates ego tẽporis auctor
Ducam laurigera iulia rostra manu:
Dixerat: & pharetræ pondus consumit in arcus
Proxima post arcus cæsaris hasta fuit:
Vincit roma fide phœbi: dat fœmina pœnas
Sceptra per ionias fracta uehuntur aquas:
At pater idalio miratur cæsar ab astro:
Sum deus: & nostri sanguinis ista fides:
Prosequitur cantu triton: omnesq; marinæ
Plauserunt circa libera signa deæ:
Illa petit nilum cymba male nixa fugaci
Hoc unum iusso non moritura die:
Dii melius q̃tus mulier foret una triumphus
Ductus erat per quas ante iugurtha uias:
Actius hunc traxit phœbus monumenta: qd' eius
Vna decem uicit missa sagitta rates:
Bella satis tecum: cytharam iam poscit apollo
Victor: & ad placidos exuit arma choros:
Candida nũc molli subeãt cõuiuia luco
Blanditiæq; fluant per mea colla rosæ:
Vinaq; fundãtur prælis elisa phalernis:
Terq; lauet nostras spica cylissa comas:
Ingenium positis irritet musa poetis
Bacche soles phœbo fertilis esse tuo:
Ille paludosos memoret seruire sycambros
Cepheam hinc meroin fuscaq; regna canat:
Hinc referat sero cõfessũ fœdere parthum
Reddat signa remi mox dabit ipse sua:
Siue aliquis pharetris augustus parcet eois
Differat in pueros ista trophea suos:
Gaude crasse nigras si quid sapis inter arenas
Ire p eufratem ad tua busta licet:
Sic noctem patera: sic ducam carmine: donec

Iniciat radios in mea uina dies.

Ad Cynthiam.

Vnt aliquid manes lœtum nõ omnia finit
Lucidaq; euictos effugit umbra rogos:
Cynthia nanq; meo uisa est incumbere fulcro
Murmur ad extremæ nuper humata uiæ:
Cum mihi ab exquiliis somnus penderet amoris
Et quereret lecti frigida regna mei:
Hosdem habuit secum quibus est elata capillos:
Hosdem oculos: lateri uestis adusta fuit:
Et solitum digyto berillon adederat ignis
Summaq; lethæus triuerat ora liquor:
Spirantisq; animos: & uocem misit. at illi
Pollicibus fragiles increpuere manus:
Perfide nec cuiq; melior sperande puellæ
In te iam uires somnus habere potest?
Iam ne tibi exciderant uigilacis tecta suburræ
Et mea nocturnis trita fenestra dolis?
Per quam demisso quotiens tibi fune pependi
Alterna ueniens in tua colla manu:
Sæpe uenus triuiæ cõmixta est pectore mixto
Fecerunt trepidas pallia nostra uias.
Fœderis heu taciti cuius fallacia uerba
Non audituri diripuere nothi:
At mihi non oculos quisq̃ inclinauit euntis
Vnum impetrassem te reuocante diem:
Nec crepuit fixa me ꝑpter arũdine custos
Læsit & obiectum tegula curta caput:
Deniq; quis nostro currum te funere uidit
Atram quis lachrymis incaluisse togam?
Si piguit portas ultra ꝓcedere: at illuc
Iussisses lœtum lentius ire meum.
Cur uentos non ipse rogis ingrate petisti?
Cur nardo flammæ non oluere meæ?
Hoc etiam graue erat nulla mercede iacynthos
Inicere: & fracto busta piare cado:
Lygdamus uratur: candescat lamina uernæ:
Sensi ego cum insidiis pallida uina bibi:
Aut nomas arcanas tollat uersuta saliuas
Dicet damnatas ignea testa manus:
Quæ modo ꝓ uiles inspecta est publica noctes
Hæc nunc aurata cyclade signat hnmum:

Et grauiora repẽdit iniquis pensa quasillis:
Garrula de facie si qua locuta mea est:
Nostraq; p pethale tulit ad monumenta coronas
Codicis immundi uincula sentit anus:
Cæditur & lalace tortis suspensa capillis
Per nomen quoniam est ausa rogare meum.
Te patiente meæ conflauit imaginis aurum
Ardent e nostro dotem habitura rogo:
Non tamen insector q̃uis mereare properti
Longa mea in libris regna fuere tuis:
Iuro ego fatorum nulli reuolubile carmen
Ter geminusq; canis sic mihi molle sonet
Me seruasse fidem: si fallo uipera nostris
Sibilet in tumulis: & super ossa cubet.
Nam gemina est sedes turpem sortita p amnem:
Turbaq; diuersa remigat omnis aqua.
Vna clytemnestræ stuprum uehit altera cressæ
Portat mentitæ lignea monstra bouis.
Ecce coronato pars altera uecta phasello
Mulcet ubi elisias aura beata rosas
Qua numerosa fides qua quærat ut ũda cybel'es
Mitratisq; sonant lydia plectra choris:
Andromadæq;: & hypmestræ sine fraude maritæ
Narrant hystoriæ pectora nota suæ:
Hæc summa æternis queritur liuere cathenis
Brachia: nec meritas frigida saxa manus.
Narrat hypmestræ magnum ausas esse sorores:
In scelus hoc animum non ualuisse suum.
Sic mortis lachrymis uitæ sanamus amores?
Cælo ego pfidiæ crimina multa tuæ.
Sed tibi nunc mandata damus: si forte moueris
Si te non totum cloridos herba tenet:
Nutrix intremulis ne quid desideret annis
Partheniæ potuit nec sibi auara fuit:
Deliciæq; meæ latris cui nomen abusu est
Ne speculum dominæ porrigat illa nouæ:
Et quoscunq; meo feciſti nomine uersus
Vre mihi laudes desine habere meas:
Pelle hedera tumulo mihi quæ pugnante coribo
Mollia contortis alligat ossa comis:
Ramosis anio qua pomifer incubat aruis
Et nunq̃ herculeo numine pallet ebur:

Hic carmen media dignum me ſcribe columna
Sed breue quod currens uector ab urbe legat.
Tyburina iacet hac aurea cynthia terra
Acceſſit ripæ laus aniene tuæ:
Nec tu ſperne piis uenientia ſomnia portis
Cum pia uenerunt ſomnia pondus habent.
Nocte uagæ ferimur nox clauſas liberat umbras
Errat & abiecta cerberus ipſe ſera:
Luce iubent leges lethæa ad ſtagna reuerti
Nos uehimur uectum nauta recenſet onus:
Nunc te poſſideant aliæ mox ſola tenebo
Mecum eris: & mixtis oſſibus oſſa teram:
Hæc poſtq̃ querula mecum ſub lite perægit
Inter complexus excidit umbra meos.

De Cynthia & dracone.

d Iſce qd exqlias hac nocte fugarit aquoſas
Cum uicina meis turba cucurrit agris:
Lanuuii annoſi uetus eſt tutela draconis
Hic ubi tam raræ non perit hora moræ:
Qua ſacer abripitur cæco deſcenſus hiatu:
Qua penetrat uirgo tale iter omne caue:
Ieiuni ſerpentis honos cum pabula poſcit
Annua: & ex una ſibila torquet humo:
Talia demiſſæ palent ad ſacra puellæ
Cum temere anguino creditur ore manus:
Ille ſibi admotas a uirgine corripit eſcas:
Virginis in palmis ipſa caniſtra tremunt:
Si fuerint caſtæ redeunt in colla parentum
Clamatq; agricolæ fertilis annus erit:
Huc mea detonſis auecta eſt cynthia ab anniſ
Cauſa fuit iuno ſed mage cauſa uenus:
Appia dic quæſo quantum te teſte triumphum
Aegerit effuſis per tua ſaxa rotiſ:
Turpis in arcana ſonuit cum rixa taberna
Si ſine me famæ non ſine labe meæ:
Spectadum ipſa ſedens primo temone pependit
Auſa per impuros frena mouere iocos:
Siriga nam capto uolſci carpenta nepoti
Atq; armillatos colla moloſſa canes:
Qui dabit immundæ uenalia fata ſaginæ
Vincet ubi craſſas barba pudenda genas:
Cum fieret noſtro totiens iniuria lecto

Mutato uoluit caſtra mouere toro.

De magno Cynthiæ amore erga ſe.

Hyllis auentiæ quædam eſt uicina dianæ
Sobria grata parũ cum bibit omne decet:
Altera tarpeios eſt inter theia lucos
Candida: ſed potæ non ſatis unus erit.
His ego conſtitui noctem linire uocatis
Et uenere ignota furta nouare mea:
Vnus erat tribus in ſecreta lectulus herba
Quæris cõcubitus? inter utrãq; fui:
Lygdamus ad cyathos utriq; æſtiua ſupellex
Et methimnæi græca ſaliua meri:
Nile tuus tybicen erat choraliſtria phyllis
Et facilis ſpargi munda ſine arte roſa.
Magnus & ipſe ſuos breuiter cõcretus in artus
Iactabat truncas ad caua buxa manus:
Sed neq; ſuppletis cõſtabat flamma lucernis
Decidit inq; ſuos menſa ſupina pedes:
Me quoq; p talos uenerem quærẽte ſecundos.
Semper damnoſi ſubſiluere canes:
Cantabant ſurdo nudabant pectora cæco
Lanuuii ad portas heu mihi ſolus eram:
Cum ſubito rauci ſonuerunt cardine poſtes:
Et leuia ad primos murmura facta lares:
Nec mora cum totas reſupinat cynthia ualuas
Non opoſa comis ſed furibũda decẽs:
Pocula mi digytos inter cecidere remiſſos
Palluerãtq; ipſo labra ſoluta mero:
Fulminat illa oculis & q̃tum fœmina ſæuit
Spectaclum capta nec minus urbe fuit:
Phyllidos iratos in uultum coniicit ignes
Territa uicinas theia clamat aquas:
Lumina ſopitos turbant elata quirites
Omnis & inſana ſemita nocte ſonat:
Illas direptiſq; comis tuniciſq; ſolutis
Excipit obſcuræ prima taberna uiæ:
Cynthia in eximiis gaudet uictrixq; recurrit
Et mea puerſa ſauciat ora manu:
Imponitq; notam collo morſuq; cruẽntat
Præcipueq; oculos qui meruere ferit:
Atq; ubi iam noſtris laſſauit brachia plagis
Lygdamus ad plutei fruſta ſiniſtra iacens:

Exuitur geniumq; meum ꝓſtratus adorat
Lygdame nil potui tecum ego captus eram:
Supplicibus palmis tum demum ad fœdera ueni
Cum uix tangendos præbuit illa pedes:
Atq; ait admiſſæ ſi uis me ignoſcere culpæ
Accipe quæ noſtræ formula legis erit:
Tu neq; pompeia ſpaciabere cultus in umbra
Nec cum laſciuum ſternet arena forum
Colla caue iflectas ad ſummū obliqua theatrum
Aut lectica tuæ ſudet aperta moræ:
Lygdamuſ imprimis omnis mihi cauſa querelæ
Venerit. & pedibus uincula bina trahat:
Indixit leges: reſpondi ego: legibus utar:
Riſerat imperio facta ſuperba dato:
Dein quæcunq; locum externæ tetigere puellæ
Sufficit: & pura limina tergit aqua:
Imperat & totas iterum mutare lucernas:
Terq; meum tetigit ſulphuris igne caput:
Atq; ita mutato per ſingula pallia lecto
Reſpondi: & toto ſoluimus arma toro.

De Hercule.

Mphitryoniades qua tempeſtate iuuencos
Aegerat a ſtabulis o erichthee tuis:
Venit ad inuictos pecoroſa palatia montes
Et ſtatuit feſſos feſſus & ipſe boues:
Qua uelabra ſuo ſtagnabant flumine: quaq;
Nauta pet urbanas uelificabat aquas:
Sed non infido manſerunt hoſpite caco
Incolumes: furto polluit ille locum:
Inſula cacus erat metuendo raptor ab antro
Per tria partitos qui dabat ora ſonos:
Hic ne certa forent manifeſtæ ſigna rapinæ
Auerſos cauda traxit in antra boues:
Nec ſine teſte deo furem ſonuere iuuenci
Furis & implacidas diruit ira fores:
Menalio iacuit pulſus tria tempora ramo
Cacus: & alcides ſic ait ite boues:
Herculis ite boues noſtræ labor ultime clauæ
Bis mibi quæſitæ bis mea præda boues:
Aruaq; mugitu ſancite boaria longo:
Nobile erit romæ paſcua noſtra forum.
Dixerat: & ſicco torret ſitis ora palato

Terraq; nõ ullas fæta miniſtrat aquas:
Sed ꝑcul incluſas audit ridere puellas
Lucus ab umbroſo fecerat orbe nemus:
Fœmineæ loca clauſa deæ fonteſq; piandos
Impune & nullis ſacra retecta uiris:
Deuia puniceæ uelabant limina uittæ
Putris odorato luxerat igne caſa:
Populus & longis ornabat frondibus ædem
Multaq; cantantes umbra tegebat aues:
Huc ruit in ſiccam cõgeſto puluere barbam:
Et iacit ante fores uerba minora deo:
Vos precor o lucis ſacro quæ luditis antro
Pandite defeſſis hoſpita ueſtra uiris:
Fontis egens ero circaq; ſonantia lymphis
Et caua ſuſcepto flumina palma ſat eſt:
Audiſtis ne aliquem tergo qui ſuſtulit orbem?
Ille ego ſum: alcidem terra recepta uocat.
Quis facta herculeæ non audit fortia clauæ
Et nunq̃ ad natas irrita tela feras?
Atq; uni ſtygias hominum luxiſſe tenebras
Accipit hæc: feſſo uix mihi terra patet:
Quod ſi iunoni ſacrum faceretis amare
Non clauſiſſet aquas ipſa nouerca ſuas:
Sin aliquem uultuſq; meus ſetæq; leonis
Terrent & libyco ſole peruſta coma:
Idem ego ſydonia feci ſeruilia palla
Officiã & lydo penſa diurna colo:
Mollis & hirſutum cœpit mihi faſcia pectus
Et manibus duris apta puella fui:
Talibus alcides at talibus alma ſacerdos
Puniceo canas ſtamine uincta comas:
Parce oculis hoſpes lucoq; abſcede uerendo
Cede: agedum: & tuta limina linque fuga:
Interdicta uiris metuenda lege piatur
Qua ſe ſummota uindicat ara caſa:
Magnã tyreſias aſpexit pallada uates
Fortia dum poſita gorgone membra lauat:
Dii tibi dent alios fontes: hæc lympha puellis
Auia ſecreti limitis una fuit:
Sic anus ille humeris poſtes coucuſſit opacos,
Nec tulit iratam ianua clauſa ſitim:
At poſtq̃ exhauſto iam flumine uicerat æſtum

Ponit uix ſiccis triſtia iura labris :
Angulus hic mũdi nũc me mea fata trahentem
Accipit: hæc feſſo uix mihi terra patet :
Maxima quæ gregibus deuota eſt ara reptis
Ara p has inquit maxima facta manus :
Hæc nullis unq̃ pateat ueneranda puellis :
Herculis eximii ne ſit inulta ſitis :
Sancte pater ſalue cui iam fauet aſpa iuno
Sancte uelis libro dexter ineſſe meo :
Nunc quoniã manibus purgatum ſẽferat orbem:
Sic ſanctum taciæ compoſuere manus :
Qualiter appellatur iuppiter feretrius.
Vnc iouis incipiam cauſas a; ire feretri
Armaq; de ducibus trina recepta tribus:
Magnum iter aſcendo : ſed dat mihi gloria uires:
Non iuuat ex facili lecta corona iugo :
Imbuis exemplum primæ tu romule palmæ
Huius & eximio plenus ab hoſte redis:
Tempore quo portas ceninum acronta petẽtem
Victor in euerſum cuſpide fundis equum :
Acron herculeis cenina ductor ab arce
Roma tuis quondam finibus horror erat :
Hic ſpolia ex humeris auſus ſperare quirini
Ipſe dedit ſed non ſanguine ſicca ſuo :
Hunc uidit ante cauas uibrantem ſpicula turres
Romulus & uobis occupat ante rates :
Iuppiter hæc hodie tibi uictima corruet acron
Vouerat & ſpolium corruit ille ioui :
Vrbis uirtutisq; parens ſic uincere ſueuit
Qui tulit aprico frigida caſtra lare :
Idem eques & frenis idem fuit aptus aratris
Et galea hirſuta compta lupina iuba:
Picta nec inducto fulgebat parma pyropo
Præbebant cæſi baltea lenta boues:
Coſſus at inſequitur ueientes cæde tolunni
Vincere cum ueios poſſe laboris erat:
Nec dum ultra tyberim belli ſonus ultima præda
Nomentum & captæ iugera terra choræ:
Et ueii ueteres & uos tum præda fuiſtis.
Et ueſtra poſita eſt aurea ſella foro:
Nunc intra muros paſtoris buccina lenti
Cantat: & in ueſtris oſſibus arua metunt :

Forte ſuper portæ dux ueius aſtitit arcem
Colloquiumq; ſua fratus ab urbe dedit:
Dumq; aries murum cornu pulſabat aheno:
Vineaq; inductum longa tegebat opus:
Coſſus ait: forti melius concurrere campo.
Nec mora fit plano ſiſtit uterq; gradu:
Dii latias iuuere manus: defecta tolunni
Ceruix: romanos ſanguine lauit equos:
Claudius a rheno traiectos arcuit hoſtes
Belgica cum uaſti palma relata ducis:
Vricomanii genus hic rheno iactabat ab ipſo
Nobilis erectis fundere caſa rotis:
Illi uirgatis iaculantis ab inguine brachis
Torquis ab inciſa decidit unca gula:
Nunc ſpolia in templo tria condita cauſa feretri
Omine quod certo dux ferit ante ducem:
Seu quia uicta ſuis humeris hæc arma ferebant
Hinc feretri dicta eſt rara ſuperba iouis.

Ad Paulum.

Eſſine paule meũ lachrymis urgere ſepulcrũ
Panditur ad nullas ianua nigra preces:
Cum ſemel infernas intrarunt funera leges
Non exorato ſtant adamante uiæ:
Te licet orantem fuſcæ deus audiat aulæ
Nempe tuas lachrymas littora ſurda bibent:
Vota mouent ſuperos ubi portitor æra recepit
Obſẽrat herboſos lurida porta rogos:
Sic mœſtæ cecinere tubæ cum ſubdita noſtrum
Detraheret lecto fax inimica caput:
Quid mihi cõiugium pauli? quid currus auorum
Profuit? aut famæ pignora tanta meæ?
Num minus immites habuit cornelia parcas?
Et ſum quod digytis quinq; leuatur onus:
Damnatæ noctes: & uos uada lenta paludes
Et quæcunq; meos implicat unda pedes:
Immatura licet tamen huc non noxia ueni
Det pater hic umbræ mollia iura meæ:
Aut ſi quis poſita iudex ſedet æacus urna
In mea ſortita iudicet oſſa pila:
Aſſideant fratres iuxta minoia ſella
Eumenidum intento turba ſeuera foro:
Siſyphe mole uaces: taceant ixoinis orbes:

Fallax tantaleo corripiare liquor:
Cerberus & nullas hodie petat improbus umbras
Et iaceat tacita lapsa cathena fera:
Ipsa loquor pro me: si fallor pœna sororum
Infelix humeros urgeat urna meos:
Si cui fama fuit per auita decora trophei
Aera numantinos regna loquuntur auos:
Altera maternos exæquat turba ligones
Et domus est titulis utraq; fulta suis:
Mox ubi iam facibus cessit prætexta maritis
Vinxit & acceptas altera uitta comas:
Iungor paule tuo cum discessura cubili
In lapide hoc uni nupta fuisse legar:
Testor maiorum cineres tibi roma colendos
Sub quorum titulis aphrica tunsa iaces:
Et persen proaui stimulantem pectus achillis
Quiq; tuas proauus fregit achille domos:
Me neq; censuræ legem mollisse: nec ulla
Labe mea nostros erubuisse focos:
Non fuit exuuiis tantis cornelia damnum
Quin & erat magnæ pars imitanda domus:
Nec mea mutata est ætas sine crimine tota est
Viximus insignes inter utranq; facem:
Mi natura dedit leges a sanguine ductas:
Nec possis melior iudicis esse metu:
Quælibet austeras de me ferat urna tabellas:
Turpior assensu non erit ulla meo:
Vel tu quæ tardam mouisti fune cibellem
Claudia turritæ rara ministra deæ:
Vel cui cõmissos cum uesta reposceret ignes
Exhibuit uiuos carbasus alba focos:
Nec te dulce caput mater strabonia læsi
In me mutatum quid nisi fata uelis?
Maternis laudor lachrymis urbisq; querelis
Defensa: & gemitu Cæsaris ossa mea.
Ille sua nata dignam uixisse sororem
Increpat: & lachrymas uidimus ire deo:
Et tamen emerui generosos uestis honores:
Nec mea de sterili facta rapina domo.
Te lepide: & te paule meum post fata leuamen
Condita sunt uestro lumina nostra sinu.
Vidimus: & fratrem sellam geminasse curulem

Consule quo facto tempore rapta soror:
Filia tu speciem censuræ nacta paternæ
Fac teneas unum nos imitata uirum:
Et serie fulcite genus: mihi cymba uolenti
Soluitur uncturis tot mea fata malis:
Hæc est fœminei merces extrema triumphi:
Laudat ubi emeritum libera fama rogum.
Nunc tibi commendo comunia pignora natos:
Hæc cura & cineri spirat inusta meo.
Fungere maternis uicibus pater: illa meorum
Omnis erit collo turba ferenda tuo.
Oscula cum dederis tua flentibus: adice mater:
Tota domus cœpit nunc onus esse tuum.
Et si quid doliturus eris sine testibus illa
Cum uenient siccis oscula falle genis.
Sat tibi sunt noctes: quas de me paule fatiges:
Somniaq; in faciem credita sæpe meam:
Atq; ubi secreto nostra ad simulacra loqueris
Vt responsure singula uerba tace:
Seu tamen aduersum mutarit ianua lectum:
Sederit & nostro cauta nouerca toro:
Coniugium pueri laudate & ferte paternum:
Capta dabit uestris moribus illa manus:
Nec matrem laudate nimis: collata priori
Vertet in offensas libera uerba suas.
Seu memor ille mea contentus manserit umbra:
Et tanti cineres dixerit esse meos:
Discite uenturam iam nunc sentire senectam:
Cælibis ad curas nec uacet ulla uia:
Quod mihi detractū est: uestros accedat ad ānos
Prole mea paulum sic iuuat esse senem:
Et bene habet nunq̄ mater lubrigia sumptum:
Venit in exequias tota caterua meas.
Causa porata est: flentes me surgite testes
Dum precium uitæ grata rependit humus:
Moribus & cælum patuit: sim digna merendo
Cuius honoratis ossa uehuntur aquis.

Propertii Aurelii nautæ poetæ finis.
Impressum Brixiæ per Boninum de boninis de Ragusia Anno salutis. MCCCCLXXXVI. xvii. Chalendas Apriles.

Hain 4761.

Bernardinus Veronẽsis clarissimo uiro Baptistę Vrsino ęrarii pontifi. custodi & almę urbis Gymnasii uice rectori bene merito. S. plu. dicit.

Sæpe meo uolui dñm signare libello:
Magnaq; pro mimo tradere tecta lare
Sępius argutas is reddidit ore q̃relas.
Deiiciens animum simplicitate meum.
Sustinui dura puerum nigrescere barba:
Vt daret alma dies quod negat ingenium.
Creuit: & e patrio statui depellere nido:
Huic igitur trepido talia uerba tuli.
Nate uides quę nunc inopẽ me torquet egestas:
Musaque q̃ tenuem sufficit ęgra cibum.
Non possum studio sobolem nutrire frequenti:
Res est parua domi: turbaq; multa premit.
Tu potes externos precibus tentare penates:
Tu potes eximię quęrere sortis herum.
Elige de numero quem curia pręstat honesto:
Elige de toto qui placet orbe uirum.
Quem cupies dabitur. uiues felicior illic:
Hic tristem pateris ingeniose situm.
Hęc dixisse semel satis est: nihil ãplius addam:
I nunc stultitia res age quasque tua.
Vix bene finieram simulato uerba dolore:
Excipit: & lachrymis immaduere genę.
Vestra qdem genitor semp mandata facessam:
Imperium iussus semper obibo tuum.
Sed caue me longo miserum demergere coeno:
Mors ubi sit citius q̃ data uita mihi.
Turpia delectãt. sapiens ridetur apollo:
Esuriuntq; nouem docta corona deę.
Nos sumus abiecti nemo ẽ q clamitet: heus tu:
Hue adsis: nostrę uiuere uis ne domi.
Et mala de nobis quęrit ludibria uulgus:
Et locuples uisos longius ordo fugat.
Tẽ penes utilius uideor squallere tenebris:
Quam me turba sago iactet in astra rudi.
Est tamen ẽ unus: cui me commitere possis:
Vt phoenix olidas unicus inter aues.
Ille sacris ueterum libris incumbit: & ęui
Inclyta pręteriti gestaq; resque sapit.
Optima quęsito ueneratur numina cultu:
Esse numam dicas relligione pium.
Supplicibus pacem ueniam deferre petenti
Promptus: & ęnea uel pietate prior.
Gymnasium tanta sollers ratione gubernat:
Vt sit in ęneadum cultius urbe nihil.
Hic est ursinę baptista propaginis: hic est:
Cuius in arbitrio stare perenne queo.
Huic ego q̃ supero malim seruire tonanti:
Huius ero. iam nunc conor adire. Vale.
Dixit & exiluit. reuoco: non audit: & ambos
Accederat cursu ceu solet aura pedes.
Suscipe lęte manu properantẽ rector amica:
Viuat ut auspiciis sęcula multa tuis.
Et quotiens natum dextra lustrabis utraque:
Tum precor o patris sis memor ipse sui.
Stãt gemini nobis: tenet umbria fertilis unum:
Insula nunc alium syrmionẽsis habet
Hic uenient ad te rutili pollucis in ortu:
Si quo frater erit cultus honore scient.

POETAE VITA.

Vanquam a me nusquam lectum sit apud quempiam unum certissimum maiorum nostrorum codicẽ de albii Tibulli claritate: suo tamen ipsiusmet testimonio adductus cõspicio eum diuitias olim amplissimas possedisse: & generis conditionẽ ex eleganti prosapia emanasse. Nã quisquis Panęgyricon de Coruino Messalla diligẽter legerit: is ibi ita esse scriptũ inueniet: Nã mihi quom magnis opibus domus alta niteret: Cui fuerant flaui ditantes ordine sulci: Horrea foecundis non deficientia mẽsis: Cunque pecus denso pascebant agmine colles. Et domino satis: & nitidum furique lupoque. Sed cum bellorum: ut puto ciuilium perturbatio non urbem modo sed finitimos etiam infestaret: ad egestatem forte fortuna corruit: ut in eodẽ panegyrico innuit: & in prima omnium elegia notat his uerbis. Vos quoque felicis quõdam: nũc pauperis agri Custodes fertis munera uestra lares. Tum uitula innumeros lustrabat cęsa iuuencos. Nunc agna exigui est hostia parua soli. Nec mirum cuipiam illud uideri debet: quom Propertius natura poeta coętaneus talem itidem sibi casum eadem accidisse ratione in suo ad Cynthiam monobyblo ipse/met testificetur. Ait enim elegiarum quarto. Nam tua quom multi uersarent rura iuuenci: Abstulit ex cultas pertica tristis opes. est autem natus ea tempestate: qua Hirtius & Pansa romani consules in bello ad mutinam gesto animam despondentes desiderati sunt. quod apertissime demõstrat li. iii. quom ait. Natalem primo nostri uidere parentes. Quom cecidit fato consul uterque pari. Nam & Ouidius Naso se natum illis consulibus dicit in libro tristium Pentametro Tibulliano utens artificiose. Refert autem Eusebius libro temporum Nasonem in pelignis ortum secundo Octauii Cęsaris iperii anno. Sed quom Tibullus ingenii pręstantia & corporis bonitate esset amabilis: quattuor ex iuuentute Romana foeminas: sed aliam alio tempore deperiisse dicitur. quarum tamen aliquas cum quibusdam quoque aliis communes sibi fuisse ex uniuerso opere consequimur. Cęterum cum Delię ex illis primę implicitus esset illecebris: Coruinus Messalla creatur in Asiam Romani exercitus imperator: cui se nullo pacto Tibullus tametsi misere ardebat Deliam: ob illius tamen in se merita contubernii comitem recusauit. Itaque proficiscentem in prouinciam comitatus: ut primum Corcyram appulit: febri corripitur. ubi morbo dierum quindecim continuo & maximo fractus & imbecillis: ulterius subsequi nõ potuit:

ut in elegia tractatur:quę Ibitis ęgeas incipit.Et Ouidius Naſo in elegia lamẽtatoria de eius obitu di/
xit:Sed tamẽ hoc melius quam ſi phoecacia tellus:Ignotũ uili ſuppoſuiſſet humo.hac ęgritudie leua
tus:& in priſtinã reſtitutus cõualeſcentiã:ad patrios penates hoc eſt Romã reuertitur: molliuſculique
ſęculi ſui cõſuetudinẽ proſequẽs:denuo uacauit amoribus.quos(heu fata crudelia) dum per elegidia
ſuauiſſima exprimit ex humanis migrare cogitur.imatura eni morte prẽuẽtus occubuit.quod ita pro
fecto eſſe Ouidius eodem quo iſte natus anno ſignificat:ubi li.triſtiũ.iiii.ſuoꝝ temporum poetas atti
git:qbus propter artium cõmunium uinculũ & eorũdem cognationẽ ſtudiorum familiariſſime uteba
tur.ait enim Virgilium tantum uidi:nec auara Tibullo Tempus amicitię fata dedere meę. Romę de
mum honeſtiſſime ſepultus eſt:ante cuius rogum matrẽ & ſororẽ aſtitiſſe:prętereq; eas Deliam & Ne
meſim amatas mulierculas:Ouidius i prędicta ſcribit elegia.Ad Coruinũ autem Maſſalam opus hoc
miſit in quattuor libellos digeſtum:amores ſuos in totidem foeminunculas manifeſtans:exquibus du
as tãtummodo Nemeſim ſcilicet & Deliam memorãt poetę:inter quos prędicipue Naſonem ſequor:q
eo quem iam antea ſępius memini loco ait.Sic Nemeſis longũ:ſic delia nomẽ habebit:Altera cura re
cens:altera primus amor.Neheram enim & Sulpitiam Seruii Sulpitii Romani patritii filiam nuſquã:
quod memoria ſuppeditet:decãtauit antiqtas.Vnde cõpellor exiſtimare has minus ab eo obſeruatas
fuiſſe.ultimus eni libellus laudes Meſſallę & Sulpitię ac cherinthi amores cõtinet: quin imo Deliam
poetę unicã amatricẽ extitiſſe.Quãuis enim Ouidius in antedicto loco referat Nemeſin poſt primos
cũ Delia cõplexus i ſecũdis habitã delitiis.Horatius tamẽ Flaccus ad eũ libro carminũ primo:ſi Acro
nis cõmẽtario credimus:ſcribens:eius amicã uocat Glycerem:uel ficto nomine forſitan & uero. his
eñ uerbis de cõtemptu ab amica aduorſum illũ habito cõſolatur.Albi ne doleas plus nimio memor
imitis glycerę:neu miſerabiles decantes elegos & cętera.Quippe pro amorũ ſucceſſione permutato
nomine Nemeſin uocitaſſe quaſi odioſam.atque ſtomachoſam.nãque & Ouidius de arte amandi.iii.
quom Romanas cõmonefaceret ex poetarũ familiaritate fructum colligi imortalẽ:q ſcilicet ſuis uer
ſibus quas adamaſſent ęternitati tẽporum dedicarẽt:arguit a Cynthia Propertiana & Nemeſi Tibul
liana:nullã de Delia mẽtionem faciens.Prętera Martialis bilbiliẽſis in Diſtichon li.ubi de poetis me
minit ita ſcribit.Luſit amatorẽ nemeſis laſciuia Tibullum:In tota iuit quem nihil eſſe domo. Tibul/
lus.n.nõ ad Nemeſin ſed ad Deliam hoc uſus eſt pẽtametro & iuuet ſilicet i tota me nihil eſſe domo.
Nempe Nemeſis gręcum eſt uocabulum deę cuiuſdam:quã Plinius noſter in naturali ſcribit hiſtoria
ne in capitolio qdem nomen latinũ ad ſua tẽpora inueniſſe:quę ut ipſe ait locũ habet poſt aurẽ equę
dexteram quo p tactum ori proximũ a minimo digito ueniã ſermonis a diis repoſcimus.Et accipitur
pro dea quę p ſtomachationẽ & uindicationẽ quiſpiam inſolenter facta cõtumaces & nimium ſibi ar
rogantes plectit & ecõuerſo.Catullus meus ad Licinum puerũ miſere dilectum:Hũc audax caue ſis:
pceſque noſtras oramus caue deſppuas ocello:Neo enas Nemeſis repoſcat a te.Eſt uehemens dea:lę
dere hãc caueto.Auſonius quoque burdegallenſis i tetraſticho quod in primo epigrãmatum libro po
ſitũ ex gręco deſtatua Nemeſeos traduxit:Me lapidem quondã perſę aduexere trophoeũ:Vt fierem
bello nũc ego ſum Nemeſis.At ſicut gręcis uictoribus aſto trophoeũ :Punio ſic pſas uaniloquos Ne
meſis.Hi duo pcelebris auctoritatis uiri uidẽtur intellexiſſe Nemeſin deam eſſe facinoroſos & delin/
quẽtes punientẽ.Quę autem benefacti eadem ſit remuneratoria Antimachi epigrãma teſtimonio eſt
in quo qdem:ſi gregorio tiphernati fidem adhibemus:ita ſcriptũ ẽ i Strabonis geographię li.xiii. Eſt
dea quam nemeſin dicũt:dea magna potenſq;:Quę bona cęleſtũ cõceſſu cuncta deorum Poſſidet &
cętera quę ſequũtur.Verũ quoquomodo res ſe habeat ex amoribus foeminarum hoc opuſculum re
poſuit:cuius character eſt lepidus:dulcis:ſuauis:terſus:copioſus:in quo facilitas ineſt mirifica.& uarie
tas floret:nitor eminet:& laſciuia iuuat.Quę omnia uſque adeo perfecta ſunt:ut quom tenerę ingenii
adoloſcentis dulcedini arrideamus:pulchritudinẽ in muſica pręter ętatẽ admiremur. Quo circa ſũt
qui quom de elegiacis poetis diſceptẽt:Proptium huic anteponãt.ſunt q Tibullũ elegiographorum
pricipem uelint.Poſteriorum Quintilianus doctor ẽ in oratoriis iſtitutionibus.Ouidiũ enim laſciui/
uſculũ & eneruẽ magis putat.Qui ſi tamen ſuo nequaquã ingenio paruiſſet:optimũ profecto apud la
tinos locũ promeruiſſet.Reperiuntur aũt nonnulli:qui quom de uirtute locuti clunem agitent: hunc
noſtrũ auctorẽ mirum imodum ſuauem abiiciunt:ea ſane ratione pmoti:q; tum quędã propteruuſ/
cule cecinerit:tum q; Priapũ conſulat ſup deteſtabili puerorũ amore. qbus omnibus calũniatoribus
quom Lęlius Apuleius elegãter & docte libro primo Magię reſpõderit:cum multoꝝ exemplo tũ ma
xime de Platonis uita philoſophi acutiſſimi atq; modeſtiſſimi teſtimonio.Sciant tamẽ illiuſmodi ho
mines atq; intellexiſſe uelint in maſculos olim libidinis licẽtiam tranſferri ſine poena ne dicam uitupe
rio pmiſſum:quum apud exteras nationes puellulis dedecori datum eſſe qui nõ habuiſſent amatorcu/
los Aemylius Probus in prooemio ſui operis exarauerit.Quid autem turpius quod ad hanc maxime
álio nunciarũt homiem ẽſſe nomie phytonẽ: ac cognomie draconem. quo ſane ſagittis debellato inter adhortandũ clamitaſſe undẽ conſuetudinẽ traditã ferunt: ut qui conſequuntur aciem ſic pęanis celebrationem clamitent. Phyton autẽ foeminio genere protulit. at Claudianus maſculino Cęruleus tali proſtratus apolline phyton ſeruire ęternos non puduiſſe deos. Hoc trahit ex fabula cum marte olim uenus coniungi cõſueuerat. rem Vulcano ſol explicat. ille retia tenui fabrica cudit. amboſq; coeuntes adulteros in amplexibus captos diuis cęleſtibus aduocatis oſtendit ex quibus multi cum nudę ueneris formoſitatẽ conſpicerent i martis ſubſtitui locum cupiebãt. Quare ait Ouidius de arte amandi. ii. Hic aliquis ridẽs i me fortiſſime mauors Si tibi ſũt oneri uincula tranſfer ait. & i metamor. iiii. Atq; aliquis de diis nõ triſtibus optat. Sic fieri turpis. Fabula ſermo a fando. Iuuenalis. Adiuerticulo repetatur fabula deus. Cupido amoris. prędes ſed plures fuerunt cupidines ut refert Cicero de natura deorũ. iii. primus ex mercurio & diana prima natus. ſecũdus ex mercurio & uenere ſecunda. tertius quidẽ antheros ex marte & uenere tertia. Geminare pi. pon. qui nauigant uitã i dubio habẽt. qui eodẽ prędiãtur duplicãt diſcrimẽ. Bellica belligera: Roſtra duobus ratibus roſtrũ eſt prorę pars altior ferrea a roſtri alitis ſimilitudie nominata. ratis autem ipſius nauis utrunq; latus. Innuit autem bellum nauale cõmiſſũ ubi naues roſtratę fabreſi ori coeptę ſũt aut peritiã notat i nauali certamine. ſic Lucanus de iſtructiõe nauali i maſſilienſiũ pugna phocaicis medias roſtris oppõe carias. Cui lapis externus curę eſt. Senſus eſt. Quem iuuat edificarę: ille profecto; piſcinas & uiuaria ad uoluptatẽ ſtruit: Externus uero lapis. i. aductitius exoticus: nã aduehebantur marmora ex phrygia numidia cariſto. paro lacedemonia nilo ęgypto ęthyopia Germania: Colũna lapis magnus oblongus qui ob lõgitudiné & grauitatẽ uehitur per urbẽ maximo cũ tumultu. Quare Iuuenalis indoluit in umbricio. Nã ſi procubuit qui ſaxa liguſtica portat Axis & euerſum fudit ſup agmina montem: Quid ſupeſt de corporibus mille ualidis iugis. i. mille paribus boum. & ex hoc iudicatur lapidis colũnaris granditas. Cornelius nepos tradit triginta duorũ pedum longitudine colũnas uidiſſe habitas magno miraculo. Claudit mole mare idomitũ ſenſus maris iundationes excipiũtur magnificis ędificiorũ molibus. ut piſciũ fiat quaſi receptaculũ ſeu piſcina. iccirco Hora. car. iii. inuectus i luxuriã oia prophanantẽ. Cemẽtis dixit licet occupes tyrhenũ omne tuis & mare põticũ. Negligat hibernas pi. adminas. Idem Hora. car. iii. Cõtracta piſces ęquora ſentiũt iactis in altum molibus: huc frequẽs cemẽta demittit redẽptor cum famulis dominuſq; terrę faſtidioſis. Teſtę ſamię: Samos inſula ęgei ubi olim fictilia ſunt egregie fabricata. unde ſamia uocantur. Auſonius burdigalenſis de agathocle tyranno fictilibus coenaſſe ferũt agathoclea regẽ atq; abachum ſaio ſępe oneraſſe luto. Eſt & altera ſamos lunoni ſacra eo q; prima illius nuptias uidiſſe feratur. Lęta cõuiuia ideo lęta quia ut ait ſatyrus nulla conita bibuntur fictilibus Rota cumana Cumę ciuitas campanię uaſis olim terreis gloriabatur. Lubrica terra argillam intelligit; per periphraſim Nemeſis nomen eſt amicę Tibulli dẽ qua hic auctor in ſecundo libro. ſcribit. quare Ouidius ait. Nomen habet nemeſis cynthia nomen habet. Martialis i diſtichis. Vſſit amatorem nemeſis laſciua Tibullum i tota iuuit quem nihil eſſe domo. Quas foemina choa texuit

Raraq; per nexus ẽ uia facta ſero.
Ah quotiẽs illo uitulũ geſtãte per agros
Dicitur occurrẽs erubuiſſe caput.
O quotiẽs auſæ: caneret dũ ualle ſub alta:
Rũpere mugitu carmina docta boues.
Sæpe duces trepidis petiere oracula rebuſ:
Venit & e tẽplis irrita turba domũ.
Sæpe horrere ſacros doluit latona capillos:
Quos admirata ẽ ipſa nouerca prius.
Quiſquis iornatumq; caput: crinesq; ſolutos
Aſpiceret: phoebi quæret ipſe comam.
Delos ubi nũc phoebe tua ẽ: ubi delphica phytõ.
Nẽpe amor i parua te iubet eſſe caſa.
Felices olĩ ueneri cum fertur aperte
Seruire æternos non puduiſſe deos.
Fabula nunc ille eſt: ſed cui nunc cura puellæ eſt
Fabula ſit mauult quã ſine amore deus.
At tu quiſquis is es. cui triſti fronte cupido
Imperitat: noſtra ſint tua caſtra domo.
Ferrea non uenerem: ſed prædam ſæcula laudant
Præda tamen multis eſt operata malis.
Præda feras acies cinxit diſcordibus armis:
Hinc cruor: hinc cædes: mors propriorq; uenit
Præda uago iuſſit geminare pericula ponto
Bellica tum dubiis roſtra dedit ratibus.

Chous insula est i egeo: ut Solinus ait: quę arte lanificii ita claruit: ut chous amictus cathexochen dicatur quasi subtili. & artificioso opere textus. Propertius elegiarum primo. Aut tenues choa ueste mouere sinus. & infra habituri sumus. & choa puellis uestis auratas dispositq; uias. i. fila auri cum tella subtili intertexuit: unde auro chlamis intertexta dicitur. & uulgus broccatā ex auro uocat. picturata autē uestis uel acu picta: uel phrygiata dicitur irachamata. Fusci fuscus color est subniger: hoc é non plene niger Ouidius de arte amandi. ii. Fusca uocetur nigrior illyrica cui pisce sanguis erit talis enim est idorum meridionaliū color & ęthiopum Sappho ad phaonem: Andromade patrię fusca colore suę. Solis & admotis ificit ignis equis: hermineulis est declarat. n. id quod india torret. nā solaribus radiis propinquior est idia & ęthiopia. ideo nigra sunt habitātium corpora & opinionem poetarū sequitur de sole istis propinquiore. ut Theodectis qui ait: Quibus propiquam phoebus admouēs rotam Atra fauilla corpora infecit uirum caloribusq; adurēs potentibus Retorridas crispaut eorū comas. unde Ouidius metamor. ii. per poeticā phantasiā attribuit phaetōtis fabulę inquiens. Sanguine tūc credūt i corpora summa uocato Aethiopū populos nigrum taxisse colorem. sed Theodectem onesicritus ut Stabo refert criminatur qui causam talem refert ad solem. quom ipse aquam esse i animalibus proprietatū causam putet nam & pecora colorem suum imutāt si peregrina illuc aduehātur & his qui in uentre matris sunt sol non est nigrioris causa: quom nondum eos attigerit. soli tamen teste Strabōe tribuenda est causa. & eius adustioni: per uehementem quandam summi humoris attractionem. Quāuis enim indi humido & tēperato satis aere participent: nihilominus per seminalem ex sole dispositionem tales sunt quales qui eos progenuerūt. hae enim passiones a generatione contrahuntur. admotis equis: indis quidem sol est magis perpendicularis & propinquior. Nam quom terra sit quasi punctus ad solis speram nōnullę regiones ut de proximo ualde calidę sunt nonnullę ut de longinquo minus. Aphrica puniceum purpureumq; tyros. Duplicem purpurę colorem tāgit purpura utiq; pro solis propinquitate colorem habet ut i septio de architectura noster uitriuius mēorat. Pūiceū. n. procreat aphrica. i. quasi uiolaceo colore. Tyros autē rubeū. i. purpureū greece

Prædator cupit immensos obsidere campos:
Vt multo inumeram iugere pascat ouem
Cui lapis externus curæ est urbisq; tumultus:
Portatur ualidis mille columna iugis.
Claudit & indomitum moles mare: lētus & ītra
Negligat hybernas piscis adesse minas.
At tibi læta trahant samiæ conuiuia testæ
Fictaq; cumana lubrica terra rota.
Heu heu diuitibus uideo gaudere puellas:
Iam ueniant prædæ si uenus optat opes
Vt mea luxuria nemesis fluat utq; per urbem
Incedat donis conspicienda meis.
Illa gerat uestes tenues quas fœmina choa
Texuit auratas: dispositq; uias.
Illi sint comites fusci quos india torret.
Solis & admotis inficit ignis equis.

hęc purpura oium optima est ut scribit Strabo: unde Ouidius in secundo de remedio. Confer amiclę/is medicatū uellus ahenis Murice cū tyrio turpius illud erit. Aphrica regio calida est meridiem uersus unde ab. a. sine & frigus denominatam latini pene omnes sentiūt. at Iosephus de ātiquitate iudaica primo uult ab aphro filio abraę qui eam regionem occupauit. Nota loquor regnū ipse tenet quā sę. co. bar. gyp. fer. ca. pedes. Quidā intelligūt de foemia quę uenalis fuerit ac ueluti regia nūc incedit ut probetur mulieres gaudere diuitiis. Quidā de lucilio accipiunt dictū a poeta facili sine reprehensione. Hic seruus romam uectus libertatem promeruit & perbreui tam opulentus euasit: & auctoritate potēs ut ad arbitriū cunea ministraret. de quo Iuuenalis. Nuper i hanc urbē pedibus qui uenerat albis nec is solum ex grege seruorum magnus fuit sed alii quidē per multi. Quare Plinius i naturalis historię. xxxv. fame numerare inquit non est libertos ex sanguine quiritum & proscriptionū licentia ditatos. Catasta genus compedis seruilis Persius. Cappadocas rigida pingues pauisse catasta accipitur pro loco ubi pueri & puellę uenales seruabantur. hoc in siluis papinii. hoc in Martiali i epigramatibus legitur pedes gypsatos argentaria creta illinitos. quod uenalis serui signum fuit. Nam Plinius in naturali historia uarias cretę species enumerat. inter quas est quędam dicta argentaria: quę arti nitorem reddit. est quę omnium uilissima: cuius tactu: ut diximus: uenalium seruorum pedes trāsmare auectorum maiores nostri illinire instituerunt. Gypsum est genus lapidis quasi calcis albę quę lente durescit & facile soluitur. Nulla fide ut fallax sit. & nullo foenore depositum reddat. Cōsitor. uitis sator. Relinque lacus. ut nulla. s. sit uuarum uindemia Oualeant. i. pereāt quasi ad nos ampliuş nō reuersurę. Glan

aluit ueteres. Iuuēalis. ſatyrarum. iiii. Gratę poſt munus ariſtę Cōtingunt homies ueteris fatidia quer/
cus. & Lucretius ait. Quod ſolatq; imbres dederant quod terra crearat. Sponte ſua ſatis id placabat
pectora demum Glandiferas inter curabant corpora quercus plerūq; quę nunc hyberno tempore cer
nis Arbuta pūiceo fieri matura colore. aſpirabat. afflabat fauebat. umbroſa ualle. frondoſis & amoe
nis locis. Prębebat aperte gaudia. coitus ſine occultatione. i. paſſim. & licenter proruebant in concubi
tus. Si fas eſt: pro ſi licet: & poſſibile eſt. Mos precor ille redi iteratio eſt eiuſdem dicti ut auiditatē mē/
tis exprimat. uilloſa animalium ex pel
libus quaſi aſpera. Laxam togam ut
ſupra Effluit effuſo cui toga laxa ſinu
Ducite ex amoris deſperatiōe loquit

Illi ſelectos certent præbere colores
Aphrica puniceum purpureumq; tyros;
Nota loquor regnū ipſe tenet quē ſæpe coegit
Barbara gypſatos ferre cataſta pedes
At tibi dura ſeges nemeſim quia dulcis ab urbe
Perſoluat nulla ſemina terra fide.
Et tibi bacche tener iucundæ conſitor uuæ
Tu quoq; deuotos bacche relinque lacus.
Haud īpune licet formoſas triſtib us agris
Addere non tanti ſunt tua muſta pater.
O ualeant fruges ne ſint modo rure puellæ :
Glans alat : & priſco more bibātur aquæ
Glās aluit ueteres ut paſſim ſemper amarent
Quid nocuit ſulcos non habuiſſe ſatos.
Tum quibus aſpirabat amor præbebat aperte
Mitis i umbroſa gaudia ualle uenus.
Nullus erat cuſtos: nulla excluſura dolentes
Ianua ſi fas eſt mos precor ille redi.
Mos precor ille redi pacientur rurſus ut olim
Horrida uilloſa corpora ueſte tegāt.
Nunc ſi clauſa mea eſt. ſi copia rara uidendi
Heu miſerum laxam quid iuuat eſſe togam
Ducite ad imperiū dominæ ſulcabimus agros:
Non ego me uinclis uerberibuſq; nego

Ic mihi ſeruitiū uideo dominamq; paratā.
Iam mihi libertas illa paterna ueni.

Ic mihi ſeruitium uideoque do/
minamq; paratam. conqueritur
de nemeſi. quę alieno amore correpta
eū ipſum negligit. quod amatori gra/
ue eſt. Sed illud ut grauiſſimum dolet
q; illa pecuniarū precio ſuccumbat:
ad cuius amorem erga ſe reconcilian
dum nihil muſas operari ſuas indigna
tur. Libertas paterna: aut antiqua: aut
quam a patre accepit: ut nulli unq; ſer
uiret. quaſi non poſſit ab amātis ſe fa
ſtidientis īperio diſſolui & liberari.
Teneorq; cathenis: que cauſatiua eſt.
ut apud lucanum Bellumq; ſine hoſte
eſt. Cupit eni ſolui ab amore nemeſis
Sed ita ſe irretitum ſentit. ut hoc non
poſſe doleat. uicla remittit amor é nē
pe in nemeſim amore deperditus. quā
quom miſere amet illius impotente ar
dore rumpitur. Quare plautus in ali/
naria fixus eſt hic apud nos animus tu
us clauo cupidinis. Faces: amorem ne/
meſis dicit q ſe non minus quam ignis
torreat. O ego ne poſſem. optat ſe in/
ſenſibile ſaxum fieri: ne quos perpeti/
tur dolores ſentiat. In gelidis mōtibus
gelidis ratione frigidis. nam alti mon
tes aut auris ſemper afflantur : aut ge
lu rigeſcūt & niuibus cautes obnoxia
expoſita. Lucanus quinto. Dalmati
co boreę calabroq; obnoxius auſtro
Inſanis uentis: magnis ut inſani feriāt
ſine littora fluctus uenti nempe proca
citer effuriunt: unde iſani quoq; dicū
tur Catullus deprehenſa naui in mari
ueſaniente uento. Naufraga. dubium
é cautes ne naufraga dixerit. an unda
naufraga. i. procelloſa. quę naues frāgat. Tonderet aſſiduis fluctibus illideret. Vmbra noctis pro nox
umbroſa: ut Iuuenalis. Criſpini iucunda ſenectus: Periphraſticos. Triſti felle. triſti amaritudine utpote
qui & oculis & amico doleat cum corporis ęgritudine . Plautus in ciſtellaria. Nanq; e caſtor amor &
melle & felle fecundiſſimus dulce guſtum dat. amarum ad ſacietatem ogerit. Eſt autem animaduertan
dum inteſtinorum nomina plerunq; ad mores tranſferri ut membrorum. Cor enim pro animo poni/
tur ut minimi cordis. i. animi: ita fellis pro amaritudinis animi accipi poteſt. Elegi quid proſunt. elegi q
quereloſi ſint denominantur unde Ouidius elegia de morte Tibulli Flebi/
lis indignos elegeia ſolue capillos . Ah nimis ex uero nunc tibi nomen erit. q autem tibullus in amore
fuerit deperditus Horatius indicat carminum primo . ut ſupra diximus . elegi ergo nil proſunt qui
ad compaſſionem mouendam inuenti ſunt. Apollo auctor carminis: Quippe poetis prę eſt apollo. ut

in primo commentario diximus. Fuere uero Apollines quatuor secundum Ciceronem in deorum na ura. iiii. Quorum antiquissimus fuit ille quem Vulcanus genuit: alter corybantis filius natus in creta Tertius ioue tertio natus & latona: quartus i archadia: quem archades nomionem appellant: q; ab eo se ferunt νόμους leges accepisse. Manu caua mulieris poscentis pecunias gestum exprimit. Nec refero soliscq; uias. hoc est non astrologicam disciplinam scribo ubi narratur an sol erret a Zodia co nec ne: an altius modo: modo depſ sius meet Versis equis: tanq; completo menstruo spacio. Orbem cursum suũ quo orbẽ minuit & auget. Facinus sce lus maximum ueluti sacrilegium qđ statim subdit sunt dona paranda. i. ac quirenda res est: unde nemesi donum mittat. Et iaceam clau. fle. an. do. rem dicit qua nil est in amore durius. Pro/ pertius elegiarum primo. Tum graue seruitium nostrę cogere puellę. Dice/ re & excluſum quid sit abire domum Insignia oblata diis munera: Malum facinus bene malum. nam facinus me/ sum est uocabulum. Oue niueam. uel/ lus ouis album est autem cõtinens pro contẽto synecdochicos. Tyrio muri/ ce. purpura tyria. i. sarrana Lucida cõ cha conchyle dicit: quam margaritã uocamus: quę luciditatem prę se fert secundum rorem quem absorpserit: ut in memorabilibus scribit. Solinus. Custodia. custodes ipsi locus est pro custodientibus. Custodia enim est ex/ cubia & carcer grecis

custodire unde ὁ φίλαξ custos Plautus in captiuis. Illic est abductus recta in philacam uti dignus ẽ. Sed cu stoditio est opera ad custodiendũ qd sumpta. Victos pretio. qui nequeunt amicę lucrum exhibere quod petitur uicti precio dicũtur. Addit aquam flã mę: i. ingerat aquam ut flamma extin guatur Manus quales solent i exequi/ as amicarum cõferre amatorculi. Bo na: pulchra elegans Fuit nec auara. i. mulier quę uenusta fuit nec rapax. An te ardentem rogum ubi corpora defũ ctorum ex ritu comburebantur. Bene placide foeliciter trãquille. Terraq; securę sit super ossa leuis: usitatum amatorum uerbum Martialis Sit licet inde sibi tellus placata leuisq;. & alibi sit precor & tellus mitis & unda tibi. Lege conditione ut mũera scilicet ferat si recipi uult. Sub imperium sub alterius hominis potestatem. Sub titulum: qui ẽ uẽ diti iuris ut scilicet alterius esse dicamini. Ouidius in primo de remedio. Sub titulos nostros misit auare lares: hoc solet fieri postquam omnis res minor facta est. prętera quasi domina precium ędium sua/ rum in ornamentis & uestibus expendere debeat. nam tunc etiam temporis mulieres sumptuosę erant. Plautus in epidico. Quid istuc mirabile est quasi non fundis exornatę multę incedant per uias. Circe: solis filia ex persa nympha ueneficiorum summa artifex habita est: quę Vlyxis socios i porcos: ut ferũt poetę: conuertit. Thessala terra. thessalia profert tum gramina tum saxa ueneficiis aptissima dicẽte Lu cano libro sexto. Tessala quin etiam tellus herbasq; nocentes Rupibus ingenuit sensuraq; saxa canẽ/ tes Arcanum ferale magos: ibi plurima surgũt Vim factura deis: & terris hospita colchis Legit i hemo niis quas nõ aduexerat herbas: Hippomanes cupidę stillat ab inguine equę. uirus quod ab inguinibus furiatarum amore equarum fluit hippomanes dicitur ut Plinius ait libro octauo. Propertius elegiar ũ

Seruitium sed triste datur teneorq; cathenis
Et nunquã misero uincla remittit amor:
Et seu quid merui. seu quid peccauimus uror;
Vrõr. io remoue sæua puella faces.
O ego ne possem tales sentire dolores
Quã malem in gelidis montibus esse la pis
Stare uel insanis cautes obnoxia uentis
Naufraga quã uasti tonderet unda maris
Nunc & amara dies: & noctis amarior umbra est
Omnia nam tristi tempora felle madent.
Nec prosunt elegi nec carminis auctor apollo:
Illa caua precium flagitat usq; manu.
Ite procul musæ si non prodestis amanti
Non ego uos ut sint bella canendo colo;
Nec refero soliscq; uias æqualis ubi orbem
Compleuit uersis luna recurrit equis
Ad dominam faciles aditus per carmina quæro
Ite procul musæ si nihil ista ualent
At mihi per cædem & facinus sunt dona parãda
Nẽ taceam dausam flebilis ante domum
Aut rapiã suspensa sacris insignia fanis.
Sed uenus ante alias est uiolãda mihi
Illa malum facinus suadet dominamq; rapacem
Dat mihi sacrilegas sentiat illa manus.
O pereat quicunq; legit uirideſq;, smaragdos
Et niueam tyrio murice tingit ouem

quarto. Consuluitq; striges nostro de sanguine: & i me Hippomães foetę semia legit equę. ergo quom uenus afflat amorem gregibus tum colligitur hippomanes quod in furorem uertit cuius rationem Columella his uerbis libro septimo ponit. Nam mense duodecimo partum edunt maxime. Itaque curandum est ut prędicto tempore anni tam foeminis quã admissariis desiderantibus fiat coeundi potestas quia id precipue armentum si prohibeas libidine extimulatur furiis. Vnde & equinũ nomen ueneno inditum est: quod equinę cupidinis similem amorem mortalibus accendit. cupide itaq; dixit quoniam in earum cõceptu ut scribit Solinus: hoc uirus enascitur. Bibam: ex amoris impotẽtia dictum est. quasi dicat: q̃cũq; uult ipsa amica itrepide sumã toxica.

Hic dat auaritiæ causas & choa puellis
Vestis & a rubro lucida concha mari.
Hæc fecere malas: hinc clauem ianua sensit:
Et cœpit custos liminis esse canis:
Sed precium si grande feras custodia uicta est
Nec prohibent claues: & canis ipse tacet.
Heu quicunque dedit formam cæleſtis auare
Quale bonum multis attullit ille malis.
Hinc rixæ fletusque sonant hæc denique causa
Fecit ut infamis hinc deus esset amor.
At tibi: quæ precio uictos abducis amantes
Eripiant positas uentus & ignis opes.
Quin tua tunc iuuenes spectent incẽdia læti
Neu quisquã flãmis sedulus addat aquam
Seu ueniet tibi mors nec erit qui lugeat ullus:
Nec qui det mœstas manus in exequias.
At bona quæ nec auara fuit centum licet annos
Vixerit ardentem flebitur ante rogum.
Atque aliquis senior uetercs ueneratus amores
Annua constructo serta dabit tumulo:
Et bene discedens dicet placideque quiescas
Terraque securæ sit super ossa leuis.
Vera quidẽ moneo: sed prosunt qnid mihi uera
Illius est nobis lege colendus amor.
Quin etiam sedes iubeat si uendere auitas
Ite sub imperium sub titulumque lares.
Quicquid habet circe: quicquid medea ueneni
Quicquid & herbarum thessala terra dedit:
Et q[uod] ubi ĩ domitis gregibus uẽus afflat amores:
Hippomanes cupidæ stillat ab inguine equæ:
Si modo me placido uideat nemesis mea uultu:

Hoebe faue: nouus ingredit tua templa sacerdos. Inuocat Apollinis numen: ut sibi sacrificanti fauorẽ pstet: a cuius laudibus: ad sibyllę uaticinium descendit: quod ab effectu cõmendat: tum ingreditur romani loci primordia. Sed sciendũ id quod acrõ sermonum secundo reposuit q̃ secundum numinum qualitatem laus ipsa deorum diuerso nomie uocatur nam si iouis celebrãtur pręconia hymni uocantur si apollinis aut dianę aut latonę canitur pęanes. si libero aut semele dithyrambi. si ad cęteros omnes deos oratio habetur prosodia. si homines laudãus ea ẽ laus. si improbamus ea dicitur uituperatio Messallio autem cõgratulat' q augur fuerat creatus augures. enim sunt apollinis sacerdotes. unde ait. Nouus sacerdos. idest augur: uel nouus sacerdos poetę musarum & apollinis sacerdotes sunt ideo sacri habẽtur. nam eorum capiunt afflatũ Quare dixit Ouidius Numen inest illis pierideſque fauent: Horatius carminum tertio. Carmina non prius audita musarum sacerdos uirginibus puerisq; cãto. & propertius elegiarum tertio. Primus ego ingredior puro de fõte sacerdos. Itala per graios orgia ferte choros Quin immo ipsi poetę plerunq; dii nominantur. Virgilius in bucholicis. Mirabar quid moesta deos amarylli uocares: Et propertius elegiarũ primo. Te quoq; si certo puer hic cõcusserit arcu. Quod nolim nostros euiolasse deos. Nec mirum ẽ. nam grę ce & deum & uatem significat quasi factor. sũt autem uates dicti a uiendis uersibus ut Varroni placuit. nam uere significat uincere. Tua templa aut palatium templum uult: quod ab augusto ędificatum est post acciacam uictoriam de quo propertius elegiarum quarto meminit. Musa palatini referamus apollinis ędem aut fanum in foro constitutum. Huc age cum cythara carminibusq; ueni. Macrobius in saturnaliũ libro uarias. apollini potestates refert. est enim ipse carminis auctor. nec carminis auctor apollo. Est uaticinii prędes: ut supra. Sępe duces trepidis petiere oracula rebus. Sagittandi peritiam habuit Iuuenalis. parce precor pę an: sed pęan contrahit arcum. Diuinam medicinę artem percalluit ut iferius. Huc ades & tenerae mor-

bos expelle puellę. Chordae uocales. Horatius carminum primo. tuque testudo resonare septem cal/
lida neruis. Est maxima appollinis laus ipsa musica. Namq; ab ea Pytagorici omnes & plato philoso/
phiam uocarunt musicam quia mundi fabricam uniuersam ex armonia & concentibus constare ratio
cinati sunt Ideo omne musicum genus deorum esse opus arbitrabantur. Vnde apollo musaeq; omnes
hymnorum celebratores dicuntur: ipsarum uero musarum ministri sunt eruditissimi uiri: & hi propric
musici: apparatus enim moralis attribuitur musicę: & quom eiusdem dei prędides sint: reliquum est ut
rectę mētis sint q musicę opā idulgēt
Sed apollinis ministri quō exculti lit/
teris homines sint: adduntur etiam ua
tes Sed poetę quom litteratissimi sint
& diuina quadam mentis agitatione
moueantur ad futurorum etiam scien
tiam merito sacri: & inde sacerdotes
musarum & apollinis habentur uestē
sepositā: eam uestem dicit: qua Apol/
linem indui non nisi diebus feriatis pu
tauit antiquitas qualem te memorant
ex antiqua fabula dictum est. poetę fa
bulantur Apollinem Ioui patri lau/
des celebrasse de triumpho quem ille
assecutus est fuga Saturni. Tunc enim
Phoebus tantę fuit elegantię: ut deos
oēs i se cōuerterit. Cātet auis. hinc au
gurem dictum ab auiū garritu depre
hendimus. Prouida. intelligens. Prae/
sentit auruſ. lu. signauit quom deus ex
tra notis: hic aruspicem nominari q
exta auium inspiciat. manifestum est.
Te duce. Quippe fatidicum spiritum
in uiscera uaticinantis mergit Apollo
Sibylla. cumanam dicit: quę fata po
puli romani heroico carmine conscripsit. unde ait senis pedibus: ex sex enim pedibus constat uersus he
roicus. Hanc ferunt illam fuisse: quę libros nouem attulit ad Tarquinum priscum: proque illis postula
uit trecentum philippeos rege uero eius insaniam illudente sex ex illis semel atque iterum combussit
motus tandem rex perseuerantia mulieris in precio exigendo tres reliquos quo uolebat foemina pcio
emit in quibus romanor fata continebātur: ut Aulus gellius noctium acticarum primo commemorat
Messallinum. i. filium Messallę. Sine permitte. Tangere sacras chartas uatis aut uatis. i. apollinis: ut po
eta fiat aut Tibulli carmina. aut Sibyllę libros: ut auguralem disciplinam recte percipiat: quia augur
erat creatus quod placet. Hęc dedit ęneę sortes hoc totum in diuino Maronis opere pertractatur. Pa
rentem anchisen. Lares captos deos patrios quos ut tolleret hector in somnis admōuit. captos autem
a graecis utiq; euersa urbe intelligendum. Virgilius. ad uectum ęneam classi uictosq; penates iferre. Ili/
on graecus est accusatiuus: & neutri generis. at Ouidius de arte amadi primo foeminino genere protu
lit. tunc cum tristis erat defensa est ilion armis & Eusebius libro temporum ait. Ilion condita ab ilio. &
quarto carminum Horatius Non semel ilios uexata est. nondum firmauerat. nondum sancierat urbē
suo de uomine nisi deinceps captis in auentino, auguriis uel nondum urbem muro sepserat: aut septam
muro ne quis transgrederetur per supplicium nondum firmauerat. Propertius elegiarum tertio. & ce/
so moenia firma remo. Consorti non habitanda remo. Nempe Romulus ubi muro urbem sepsit. le/
gem tulit ne quis moenia trāsiliret: qui secus faceret reus esset capitis. Remus seu fratris prcepta negli
gens seu iuuenili raptus impetu ea supergressus est: & a celere ductore: ut historici scribunt. seu a Fabio
ut Eusebius libro temporum meminit. Nam Fabius celer sorte uocabatur: pastorali rastro per/
cussus occubuit. Lucanus primo. Fraterno primi maduerunt sanguine muri. Consors dicitur eiusdē
sortis idest qualitatis in omni fere negocio Sappho ad Phaonem. Non tantum alceus consors patriae
que liraeque. Laudis habet. Hic enim de fratre dixit: ut ouidius metamorphoseos. undecimo de Ceice/

Mille alias herbas misceat illa bibam.

Hœbe faue: nouus ingredit tua tępla sacerdos
Huc age cum cythara carminibusq; ueni.
Nunc te uocales impellere pollice chordas:
Nunc precor ad laudes flectere uerba meas.
Ipse triumphali deuictus tempora lauro.
Dum cumulant aras ad tua sacra ueni.
Sed nitidus pulcherq; ueni: nūc indue uestem
Sepositam: longas nunc bene Pecte comas.
Qualem te memorant saturno rege fugato
Victori laudes conc inuisse ioui
Tu procul euentura uides tibi deditus augur
Scit bene quid fati prouida cantet auis.
Tuq; regis sortes: per te præsentit aruspex
Lubrica signauit cum deus exta notis.

Quę dum lucifero genitis miracula narrat de cõsorte suo. Herbosa palatia. loca herbis obsita: ubi romana palatia superba structura ponenda erant. In iouis arce: ubi nunc est capitolium quod dicitur arx iouis: ꝙ ut ait Varro i summitate tarpei locata esset ea ędes. Propertius elegiarum quarto. Tarpei us/ ꝙ pater nuda de rupe tonabat. Stabãt casę. idest cõstructę erant. Idem eodem elegiaꝫ. Hoc quodcũꝙ uides hospes quam maxima roma Ante phrygem ęneam collis & herba fuit. Atꝙ ubi nauali sunt sacra palatia phoebo Euandri profugę procubuere boues.

Te duce romanos nunq̃ frustrata sibylla:
Abdita quæ senis fata canit pedibus.
Phœbe sacras messallinũ sine tãgere chartas
Vatis: & ipse precor quod canat illa doce.
Hæc dedit æneæ sortes: postquã ille parentẽ
Dicit & captos sustinuisse lares.
Nec fore credebat romã: cũ mœstus ab alto
Ilion ardẽtes respiceretꝙ deos.
Romulus æternæ nondum formauerat urbis
Mœnia ꝺsorti nõ hitãda remo.
Sed tunc pascebãt herbosa palatia uaccæ:
Et stabãt humiles in iouis arce casæ.
Lacte madens illuc suberat pan ilicis umbram:
Et facta agresti lignea falce pales.
Pendebatꝙ uagi pastoris in arbore uotum
Garrula siluestri fystula sacra deo:
Fistula cui semper decrescit arundinis ordo:

Fistula garrula. idest arguta uocalis. Sic Maro in copare. En & menalio quę garrit dulce sub antro Rustica pasto/ris phystula in ore sonat. Agresti. ru/di. Siluestri phystula facta deo. Fabu lam mouet. Pan quom Syringę amo re detentus fugientẽ puellam insequeretur: dei miseratiõe moti supplicem in calamum cõuerterunt: quem cala/mum inciſum ad sui doloris solatiolũ ille in phystulam paulatim coniunxit quę postea septem cicutis: hoc est iter nodiis calamoꝝ cõpingebaꝫ. Quod idco figuratum est: quoniam pan na/turę similitudinem habet: & septem sonos in cęlesti harmonia declarat p phystulę septimã ꝺpagẽ. dicta uero ẽ phystula a φυσάω iflo. Pan ipe natus est ex tertio Mercurio & Penolopa: si Ciceroni credimus de natu. de. iii. & Herodoto histori. ii. Iungitur cęra. ex arte ſ. inuentoris. Virgilius. Pan pri/mus calamos cęra coniungere plures Instituit. At qua uelabri regio patet. Auentini accipit circuitum: cuius pars ima prope tiberim dicitur uelabrum a uelis: ꝙ Romam uersus per flumen uelabant. i. nauigabant: seu a uehendo: ut Varro scribit: de uelabro Propertius ita elegiarum. iiii. Qua uelabro suo stagnabant flumine: quoꝙ Nauta per urbanas uelificabat aquas. Illuc enim ad sacrum commune homines latini uehebantur nauigiis. Niueę candidus agnus ouis. laus est muneris: ꝙ agnus cum sit albi coloris ex matre tamen candida natus dicatur. Scimus enim oues quanto candidiores tanto precioſiores haberi. ob eam rem ꝙ lana earum uarios & sine difficultate capiat colores.

Mpiger ęnea uolitantis frater amoris Sibyllę uaticinium scribit de Aenea & urbe condenda habitum: signaꝙ futuro populo prodigiosa enarrat: & suę se demum Nemesi etiam atque etiam commẽdat. Omnes autem quos uidi codices hanc a superiori diuisam habent: quom tamen uideatur membrum esse prędcedentis. dixit enim. Hęc dedit ęneę sortes. reuertitur. n. ad propositum post multã euagationem. Sciendum sane nihil hic ab eo tangi: quod a Liuio diffuse & ordinatim non sit in historia ab urbe condita commemoratum. quem tamen una cum reliquis historiographis: ut noster est mos: omittemus: contenti poetarum testimoniis: quę omnia tametsi ad historię utiꝙ comprobationem nõ erunt: ad uerba tamen referentur inter exponendum. Volitantis frater amoris. Aeneas ex Anchise & Venere genitus est: at Cupido ex Venere & marte natus: qui Antheros dicitur. Quãꝙ secunda uenus: ut supra diximus: ex secundo Mercurio Cupidinem alterum sustulerit. Frater ergo Aeneas cupidinis. Vir. Frater ut ęneas pelago tuus oia circum Littora iactetur. Ibi Seruius Honoratus scribit Simonidẽ uoluisse Cupidinẽ ex Venere tantũ esse progenitũ: ideo ab eodẽ poeta. Nate meę uires dictũ. Alii uero ex Venere & Chao: primę rerũ naturę eũ eẽ filiũ uolũt: & amoris Tibullus dixit pro cupidis. ut Maro Ergo his aligerũ dictis affatur amorẽ: grecos ambo imitati: q uno nomie utrũꝙ significãt. Volitantis uagabundi: Nã philosophi uentosas ei pẽnas addiderunt: sententię instabilitatem suę demonstrantes in amatore. Terentius in amore. Hęc sunt uitia iniurię: suspiciones. inimicitię: inducię bẽllum. Impiger. strennuus diligens. Cicero. Quis est tam in scribendo impiger quã ego. Sacra deos penates. Iam

tibi laurẽtes deſignat iuppiter agros. Laurens oppidũ a Pico cõditum. Vir. Laurentis regia pici: uel a Latino: ut meminit Seruius utrãq; in ſeptimo cõmẽtario colligens opinionẽ a lauro maxima denominatũ. Aeneas aũt: ut ſcribit Euſebius libro tẽporum in latiũ uenit poſt captã troiã ãno tertio ſeu octauo: ut q̃dam alii putãt: latinuſq; iperauit: q̃ poſtea romani dicti ſunt: ãnorũ trium ſpatio. Errãtes deos. multis quippe i locis cõſederũt: ubi ſedem figere nõ licuit. Numicii unda. Numicius fluuius eſt i agro Laurenti: iuxta quem Aeneas ſacrificans prolapſus nec inuentus: poſtea Iuppiter indiges uocatus eſt: Ouidio ſcribẽte. xiiii. metamor.

Fecitque deũ: quẽ turba quirini Nun
cupat indigetẽ: tẽploq; ariſq; recepit.
Cato tamẽ ſcribit apud Laurolauini
um orta pugna Aeneam nõ cõparuiſ
ſe: qua Latinus moriẽ: & turnus aufu
git. Diua ſuppa: uictoria nobilis: quã
precaẽ Aeneę faueat: ſecutus Maro/
nem q̃ Turnum dicit ignes iaculatum
fuiſſe i naues troianoꝝ: cum Aeneas
ipſe ad ſocialia arma cõparandũ tetẽ
diſſet: ſed eę matris deum precibus in
nymphas mutatę fuerunt. Rutulis
caſtris. Rutula gens fuit: cui Turnus i/
perauit. Iam tibi prędico barbare
turne necem. Turnus ab Aenea ſingu
lari certamine uictus eſt: ut diuinum
Maronis poema teſtatur. Atqui male
dicit Turnũ barbarũ uocãdo: quom
ille Rutulus fuerit. Sed uel eũ barbaꝝ
uocat: q̃ tametſi rutulus erat: tamen
ſui maiores ex grẽcia oriundi fuerãt
Venilia. n. Amatę Latini regis uxoris
ſoror eũ genuit: quã cõſtat duxiſſe ge
nus a Danae Acriſii filia. hęc etenim

Nã calamus cæra iũgiẽ uſq; minor.
At qua uelabri regio patet: ire ſolebat
Exiguus pulla per uada linter aqua.
Illa ſæpe gregis ditis paritura magiſtro
Ad iuuenem feſta eſt uecta puella die.
Cũ qua fæcundi redierunt munera ruris:
Caſeus: & niueæ cãdidus agnus ouis.

Mpiger ænea uolitãtis frater amoris:
Troica qui profugis ſacra uehis ratibus:.
Iam tibi laurentes aſſignat iuppiter agros:
Iam uocat errantes hoſpita terra lares.
Illic ſanctus eris: cum te ueneranda numici
Vnda: deum cælo miſerit indigetem.
Ecce ſuper feſſas uolitat uictoria puppes:
Tandem ad troianos diua ſuperba uenit.

uitiata a Ioue quom arcula eſſet incluſa proiiciẽ in mare parentis iuſſu. ſed in italiã delata inueniẽ a pi
ſcatoribus cum Perſeo puero: quem in illa ediderat: & oblatam regi rex ſibi iunxit in matrimonium:
ardeamq; ipſã condidit. Quare cum Turnus quaſi ſemilatinus eſſet: forſitan ob id q̃ prauitate in lo
quendo uteretur: & latinam imperfecte quaſi barbare pronũciaret barbarum appellaut: uel q̃ diffi/
culter cum aſperitate & duritia tanquã inuita natura loqueretur: quos hoics balbos bleſoſq; dicere ſo
liti ſumus. Quapropter igenioſus poeta alludẽs ad craſſitudinẽ Turni regis barbaꝝ dicit: effingens:
tarditati cognatũ in loquẽdo nomẽ p cõuitium quidẽ quaſi duriloquũ & craſſilinguem dicere eũ uo
luiſſet. Laurẽs caſtrum. laurentum dicit. Caſtrum ẽ locus muro circundatus: quod per diminutiõem.
teſte Priſciano caſtellum facit Ouidius metamor. ultimo. Donec caſtrũq; ſacraſq; Lauini ſedes tibe/
rinaq; ad hoſtia uenit. Sed caſtra tentoria ſunt i quibus expeditionum tpe milites diuerſãtur. Muruſq;
lauini eſt. periphraſticos lauinum ſignificat ab Lauina Latini regis filia denominatum. Iuuenalis ſaty/
rarum quarto. Atq; nouercali ſedes prẽlata latino. Albaq; ab aſcanio condita longa duce Alba
uocata eſt longa: ut Liuius ſcribit: a ſitu i longum dorſum porrecto: quam aſcanius condidit: ſed uter
fuerit dubitat Titus liuius: ille ne ex Creuſa patrem Aeneam fugientem ſecutus in italiam: An qui ex la
uina genitus ſit. Dixit enim Virgilius octauo. Ex quo terdenis urbem redeuntibus annis. Aſcanius cla
re condet cognominis albam. Perplures tamen affirmant Aſcanium ex Creuſa. Statius ſyluarum
quinto in epicędio patris. lugera noſtra tenẽs ubi poſt ęneia fata Stellatus latiis ingreſſit montibus al
bam Aſcanius: phrygios dum pingues ſanguine campos Odit: & in feſtę regnum dotale nouercę.
Hoc item Eutropius libro primo: & Euſebius de temporibus: & Iuuenalis prẽallegata ſatyra atteſtan
tur. Ilia. quę mater romuli & Remi fuit dicta Ilia Rea Siluia. trinomia enim fuit. Vittaſq; iacentes
namque dum aquari uult ſomno urgente iacens humi a Marte comprimitur: unde comarum turba
uitta concidit. Forſitan etiam ad id refert quod illa ante corporis ſtuprum uidit. Ouidio ſcriben/
te hoc faſtorum tertio. Ignibus iliacis aderam cum lapſa capillis Decidit ante ſacros uitta ſoluta fo/
cos. De ſeptem montibus. a quibus Roma ſeptem collis appellata eſt. eorum montium nomina
ſunt hęc. Capitolinus: qui & Tarpeius. Auentinus. Palatinus Celius maior & minor. Exquilinus.
Viminalis. Quirinalis. Magnę iam locus urbis erit. magna fuit Roma & amplitudine loci & um/

perio. Propertius elegiarum tertio. Septem urbs alta iugis toto quę prędet orbi. Qua sua de ęlo prospicit aruaceres. Error est de Sicilia itelligere. Nempe Romani imperii fines latiores fuisse q̄ Sicilia cōcipiat quisq; uel ifantissimus nouit. Sed totius fere terrę ambitus accipiēdus est. Dixit eni: Ceres. sua arua prospicit pro quacūq; homines cereris alimēto: idest rationabiliter uitam ducūt. Nam & romani suū imperium p orbem terrarū sed neutiq; totū prolatarūt. Seu Cererem pro luna ponit. e diuerso Virgi. Georgicorum primo. Nā Democritus & stoici unum deū & alteram deā sed diuersis i utilitate mortaliū nominibus asseuerarūt. Quaq; patent ortus. de utroq; mundi cardine ponēs mūdum i telligit uniuersū in laudē Romani imperii: & ē quasi expositio superioris uersiculi. Vt. n. diximus p ortū & occasū totius mūdi naturā colligit. sic Hora. car. iii. p arcticō & ātarcticō de Roānis iquiēs Quicūq; mūdo termius obstitit hūc tāget armis uisere gestiens. Qua pte debacchent ignes. Qua nebulę pluuiiq; rores: undis fluitantibus propter naturalē oceani fluxum. Amnis. liptote: ut Apparēt rari nantes in gurgite. aut respicit ad maris; naturā amnis dicendo nare uertere. Nā oceanus terrā circuit: & uelox est. unde teste Priscia no de duodecim Virgilii carminibus dicitur: hoc ē celeri motu: quare fluitātibus undis, dictū est Equos. solis equi quattuor sūt Pyrous: eous: ethon: & flegon. Anhelantes: diurno labore anxios. Statius achill. eidos primo. Et oceani penetrabile littus anhelis Promittebat eqs Troia q̄dem tūc se mirā alludit ad uocabulū animalis & insigne troianorum: nam troianorum insigne troia fuit. uulgus latinitatem seruat. i: scrofam seu suem: unde armaq; fixit Troia: & ingentem satis fer ad ęthera troiam: Virgilius ait. i. insigne romanorum: ut ad Octauium Messalla interpretatur. Mirabitur ergo se ex sui nominis homies adeo creuisse. Consulu/isse: consulto determinasse: ut consultaq; bella. Vescar laurus sacras. i. fungar scientia uaticinandi: & antique posuit uescor cum accusatiuo ut potior & fungor apud Terentium eiusmodi uerba ablati/uum recipiunt. Te sibi phoebe uocauit: ut. s. a furoris pondere leuaretur. Quicquid amalthea quicqd marpesia dixit: Eryphile phoebo grataque quod monuit. Lactantius Firmianus diuinarum institutionum primo decem sibyllas enumerat: & qua de re: quibusque auctoribus quęque scripserit. Prima fuit de Persis: ut Nicanor gestorum ab Alexandro scriptor ait. Secunda libyca. Tertia Delphica.

Quarta cumana in italia. Quinta erithrea: quam Strabo dicit fuisse tempore Alexandri. & aliam ex eodem loco nominat: quę athenais nomine dicebatur. Sexta Samia. Septima cumea nomine: amalthea: quę ab aliis: ut ait demophile nominatur: quę nouem libros ad Tarquinum detulit: ut scri/ptores omnes attestantur. Octaua hel. espontiaca in agro troiano nata uico marpisso circa oppidum gargitium. Nona phrygia quę uaticinata fuit ancyrę. Decima Tiburs nomine Albumea. Sed ut Eusebius refert libro temporum. quę in samo fuit insignis habita Eryphile dicta est. fuit autem Cumale lydis regnante anno fere imperii illius decimo. Cęterum Lactantius ipse firmianus dicit tantam esse de sibyllis confusionem: ut ignoretur quid uere dici possit. Ex gręcia enim sibyllini libri Romam transuecti sunt: quorum ammonitu Respublica Romana gerebatur. Quasque albana sacras. Ex omnibus quatuor uaticinatas refert. Et Tiburtinam sortes Romam detuliſſe per Anienem: qui Tiberim auget. Alii interpretantur uaticinium de Remo & Romulo abiectis in Tyberim iussu Amulii albani. fluuius autem fatorum prouidus se contraxit. Alii Chloelię facinus intelligunt: quę a Lauso genus duxit albano. Legimus etiam in quinto ab urbe condita apud Liuium lacum in albano nemore sine ullis aquis cęle: tibus in altitudinem miraculosam creuisse: & uaticinatum fuisse a uoliente aruspice: & ita ab Apolline delphico responsum: dissipanduni esse per agros albanam aquam: tunc Veios futuros sub potestate populi romani: quibus captis luno uolenta na in Auentinum per iuuenes electos portata est. Sed poeta ait per flumina tybris. Hęc fore dixerunt

Ecce mihi lucēt rutulis incēdia castris:
Iā tibi prædico barbare turne necē.
Ante oculos laurēs castrū: murusq; lauini est:
Albaq; ab ascanio ꝺdita lōga duce.
Te quoq; iā uideo marti placitura sacerdos
Ilia uestales deseruisse focos:
Concubitusq; tuos furtim: uittasq; iacētes:
Et cupidi ad ripas arma relicta dei.
Carpite nūc tauri de septē mōtibus herbas
Dū licet: hic magnæ iā locus urbis erit.
Roma tuum nomē terris fatale regēdis:
Qua sua de cœlo prpspicit arua ceres.
Quaq; patent ortus: & qua fluitantibus undis
Solis anhelantes abluit amnis equos.

De comete i primo Lucani cõmentario abũde dicemus. Latini crinitam uocãt: grẽci cometẽ & eſt malũ plerunq; futuri periculi ſignum: quom populi nõ impune uident. Declarat autem prodigia: quę ab urbe cõdita apparuerũt. Multus ut in terra deplueritq; lapis. Hoc explicat Titus Liuius in Decade ab urbe cõdita. Deplueret autem pro decideret. Sed notãdum cõtra oium grãma/ticoꝝ regulas dictum eſſe: de quibus litteratores moderni multa ſint allucinati dicentes pluo carere ſuppoſito habens appoſitũ ablatiuum: ut Titus Liuius libro ſexto de bello macedonico. Terracinę & Amiterni nunciatum eſt aliquotiens lapidibus pluiſſe. Nam: ut aiunt: nũc dicimus. Deus pluit carnẽ & eſcam. Sed prẽter uſitatũ Titi Liuii in dicendo modum: Valerius Maximus libro ſuo in capitulo de prodigiis in piceno lapides pluiſſe ait: & hic lapis deplue/rit. Et Liuius ipſe in decimo de bello macedonico in area Vulcani & Concordię ſanguis pluit. Martialis ad Fauſtinũ lõge aliter ſcribens utitur uer/bo capena grãdi porta qua pluit gut/ta: ſed alii legũt fluut. textus antiquus habet pluit. Tubas atq; arma audita: ſylepſis eſt cauſa maioris ſignificati. Tubas. Lucanus primo. Inſonuere tubę: & quantũ clamore cohortes Mi/ſcẽtur: tãtum nox atra ſilẽtibus ũbris Edidit. Arma ſtrepitãtia. Sic Lucãus eodẽ. Tum fragor armoꝝ. Lucos p/cinuiſſe fugã. Idẽ inibi. Magnęq; per auia uoces Auditę nemoꝝ. Defectũ lumine: ſplendorẽ ſub eccliptica amittentẽ: defectus uocẽ prẽteriti participii hẽt: & in ſignificantiã pſentis. Vir. in priapeis. Defectus pueroq; foeiaq; pallẽtis. p defectũ. Simulacra deũ ſudaſſe lachrymas. Lucãus ibi. Indigetes fleuiſſe deos: urbiſq; labores Teſtatos ſudore lares Virgi. Et moeſtũ illachrymat tẽplis ebur. Boues uocales. Lucanus. Tũ pecudũ faciles humana ad murmura linguę. Virgi. Pecudeſq; locutę Infandũ. Merge. dele. metaphoricos. Prodigia. ſigna malũ prodigẽtia. i. indicãtia. Bene crepet. ſignũ eſt fertilitatis ſi laurus clare crepitũ fecerit. exprimit. n. naturã lauri dũ peruſtulat'. Ouidius faſtoꝝ: quarto. Et crepet i medijs laurus aduſta focis. Iſtius facti rationẽ refert Euſẽbius prẽparationis euãgelicę. ii. Nãq; antiqui laurũ Apollini dedicarũt: quia ignea ẽ: unde odio ẽ demonibus: & ſi cõburit' plurimũ ſonat: quod prędicẽdi uirtutẽ ſignificat. Foelix & ſacer. ideo religioſus & abundãs: q; laurus bene crepitãs optia ſigna dedit. Horrea. granaria quaſi forrea a farre. Diſtentẽt: onerabũt. Oblitus: illinitus turpatus ab oblino .i. inquino. Ille leuis ſtipulę. Ouidi. faſtoꝝ. iiii. Moxque p ardentes ſtipulę crepitãtis aceruos Treicias celeri ſtrẽnua mẽbra pede. Foetus: liberos. Cõpreſſis auribus: moré puellulo oꝝ exprimit in libando patris oſculo. Tedebit. futuꝝ eſt indicatiui a tedet iperſonali. i. pigebit. Paruo aduigilare nepoti. ut. ſ. puellus ſonũ capiat. Balba uerba. impfecta & inexpedita. a ſenibus eni ex induſtria: nõ ex liguę defectu uerba impplexa effutiunt': ut puellis alludãt. Aliter eni eſſet naturę utiũ balbutire. Arboris antiquę qua leuis umbra cadit. Cõuiuiis riui & umbra cõueniunt Horatius car. i. Nũc uiridi mẽbra ſub arbuto ſtratus: nũc ad aquę lene caput ſacrę Aut e ueſte ſacris tendẽt umbracula ſertis: ſenſus ẽ umbracula cõficient ex ueſtibus inuicẽ cõplicatis. hoc eſt quod dicit Ouidius. Pauci tentoria ponũt. Deſuper extentas iposuere togas. Calix coronatus: aut calicem plenum itelligit ad ſummũ marginẽ: aut coroĩs. i. ſertis circũ amictũ. unde legit' magnũ cratera corona induit ipleuitq; mero. Quin ut Seruius in primo ęneidos atteſtat': tractũ ẽ ab Homero: q iſtiuſmodi ſermonis genere i iliade utit'. Ceſpitibus: idcirco ceſpitibus: ut religioſius res procedat. Ars bona. Amor ſcilicet: ſi ſit iermis iuuat: q; amem. Sine q̃ uerſus mihi nullus. Sic Propertius elegiaꝝ. ii. Quęritis unde mihi totiẽs ſcribant' amores Vnde meus ueniat mollis in ora liber. Nõ hęc calliope: nõ hęc mihi cãtat apollo. Ingeniũ nobis ipſa puella facit. Iuſtos pedes pedes uerſũ iuſtũ hoc ẽ menſurã habẽt: quom ſyllabaꝝ ſeruata ratiõe ęqualiter cõponuntur. Tutela diuũ Sũt nempe uatibus cũ coelo cõmercia: & numinis diuinitate pticipãt: ſicut ſupra edocuimus Feret. in triũpho portabit. Oppida uicta. ſimulacra depicta ad uerã oppidoꝝ ſimilitudinem. Ouidius de arte amãdi. i. Quę loca: qui fructus: queue ferant'. Lauro agreſti: lauri uarię ſunt ſpecies: tres precipue priſcus Cato de agricultura nomiat Delphicã. ſ. cypriã & ſiluaticã. Quare miror Plinium allegaſſe Catonẽ: cũ duo tantũ genera eſſe dixiſſet. ſed ipreſſoꝝ ẽ error: eorũq; idiotarũ qui libros i/preſſoribus ipſis non caſtigatos: ſed ſua imperitia corruptos tradũt. de qbus in lucubratiõibus noſtris

Troia quidẽ tunc ſe mirabitur: & ſibi dicet
Vos bene tam longam conſuluiſſe uiam:
Vera cano: ſic uſque ſacras innoxia laurus
Veſcat: & æternum ſit mihi uirginitas.
Hæc cecinit uates: & te ſibi phœbe uocauit:
Iactauit fuſas & caput ante comas.
Quicquid amalthea: quicqd marpeſia dixit:
Heriphile phœbo grataq; quod monuit.
Quaſq; albana ſacras tiberis per fluia ſortes
Portarit: ſicco perlueritque ſinu:
Hæc fore dixerunt belli mala ſigna cometẽ:
Multus ut in terras deplueretque lapis.

late pertractauimus. Io triumphe. militum est uociferatio in triũphis: ut. M. Varro scribit. Horatius ad ipsum triumphum sermonem conuertens car. iiii. Teq; dum procedis io triumphe ciuitas omnis dabi / musq; diis thura benignis. Triumphus autem a grẽcis qui dicunt acceptus est: seu a triamuo Liberi patris cognomento unde triumphare. & ideo io triumphe uox lętantis usurpata. Pia spectacu/la. ideo significantia pietaté patris in filium: q; ipse equo insidens sequi uelit filium triumphantem: ut de Fabio Rutiliano legimus in historiis. Prętereunte curru. currum intellige non Messalę: sed Messalli triumphãtis. Perpetuo casta. ut casta fruatur uirginitatis perpetua.

Atq; tubas atq; arma ferunt strepitantia cœlo
Audita: & lucos præcinuisse fugam.
Ipsum etiam solem defectum lumine uidit
Iungere pallentes nubilus annus equos.
Et simulacra deum lachrymas fudisse tepẽtes:
Factaq; uocales præmonuisse boues.
Hæc fuerant olim: sed tu iam mitis apollo
Prodigia indomitis merge sub æquoribus:
Vt succensa sacris crepitet bene laurea flammis:
Omine quo felix & sacer annus eat.
Vt laurus bona signa dedit: gaudete coloni:
Distendet spicis horrea plena ceres.
Oblitus & musto feriat pede rusticus uuas:
Dolia dum magni deficiunt q; lacus
At madidus baccho sua festa palilia pastor
Concinet: a stabulis tunc procul este lupi:
Ille leuis stipulæ solẽnes potus aceruos
Accendet: flammas transiliet q; sacras.
Et fœtus matrona dabit: natusq; parenti
Oscula compressis auribus eripiet.
Nec tedebit auum paruo aduigilare nepoti.
Balbaque cum puero dicere uerba senem.
Tunc operata deo pubes discumbet in hærba:
Arboris antiquæ qua leuis umbra cadet.
Aut cum uestę sua tendent umbracula sertis
Vincta: coronatus stabit & ipse calix.
At sibi quisque dapes: & festas extruat alte
Cespitibus mensas: cespitibusque torum.
Ingeret hic potus iuuenis maledicta puellæ
Postmodo quæ uotis irrita facta uelit.
Nam ferus ille suæ plorabit sobrius idem:
Et se iurabit mente fuisse mala.
Pace tua pereant arcus: pereantque sagittæ
Phœbe: modo in terris erret inermis amor.
Ars bona: sed postquã sumpsit sibi tela cupido
Heu heu quã multis ars dedit il a malum.

Astra macer sequitur tenero qđ fiet amori. Hoc elegidio tria cõ/plectitur: de Macro proficiscente in militiam relicta puella loquitur: tum Nemesin rogat ne ea se sibi inexorabi lem prestet: demum Phyrnes lẽuncu/lę calliditatem detestatur. Macer aũt fuit Tibulli familiaris: ad quem Ouidius scribit de Ponto sed fuerit ne hic Macer romanus an ueronensis igno/ratur: possumus tamen augurari eum ipsum fuisse Aemilium Macrum con ciuem nostrum: qui teste Eusebio lib. temporum in asia diem ultimũ obiit: fuit. n. eadem tẽpestate qua Tibullus. Vaga: fluctuantia. Puer. cupido: & ẽ sermonis apostropha. Sub tua signa. diximus alibi ocium amatorium uo/cari a poetis expeditiõis cuiusdam ge nus & militię. Ouidius de arte amãdi primo. Qui noua nũc primum miles in arma uenis & in eiusdem operis ter tio. Militię spẽs amor est: discedite se/gnes. Non sunt hęc timidis signa petẽ da uiris. Ob hoc. n. Horatius car. iii. renuncians amoribus inquit. Vixi pu ellis nuper idoneus: & militaui non si ne gloria unde Porphyrio commen/tator uult Horatium per allegoriam bella & militiam ueneris pro amori/bus dicere. Sic enim quartus car. liber incipit. Intermissa uẽus diu rursus bel la moues. Erronem: uagabundum ho minem dicimus erronem ab errando Sic Sappho ad Phaonem. At uos er ronem tellure remittite nostrum. Sed Vlpiãus libro digestorum. xxi. refert erronem ita a Labeõe diffinitum nõ quidem qui fugit: sed frequenter sine causa uagatur: & temporibus in res nauigatorias consumptis serus ad do minum redit. Idcirco Horatius allu/dens ad seruilem cõditionem sermo/num. ii. ait. Te quo q; ipsum uitas fu/gitiuus & erro. Iterum uoca: aut iterum quoniam semel aliãs aberra re uoluerit: aut iterum uoca pro reuo

ca dictum. Potet galea: galea ẽ militis poculum. Statius thebaidos tertio. Hostilẽ ismenũ galea uircẽ
qꝫ bibemus. Et Propertius elegiaꝫ tertio ad hãc sentẽtiam. Tu tamen in tecta tectus ue sane lacerna.
Potabis galea fessus araxis aquã. Valeatqꝫ uenus: nõ ualeat. i. pereat uenus: sed discedat tanqꝫ a se nũqꝫ
amplius cõspiciẽda & diligẽda. Nam ualere deductum. quod est saluus sum uideri põt.
Vnde Apollinem milesii deliiqꝫ uocitarunt. i. saluatorẽ. Fores clausę. exclusio amantẽ
usqꝫ adeo affligit: ut nihil putet in amore grauius hic uero istabilitas amantiũ ponitur: qui nunc unum
qd sibi proponunt nunc aliud eligũt
nam ab omni deficiunt proposito: ut
Terentius facũde cõplectit. Spes cre/
dula: ideo credula qꝫ homines credu
los facit de cuẽtu fortũę meliori. qua
sola ridiculi sunt oẽs amatores. Foe/
nore: redditu foenus ẽ terrę prouẽtus
a fundo fundis: postea ad pecuniã trã
slatũ est. Varro a foetu deductũ uult.
unde foeneror & foenero & foenera
tor. A. Gellius Cloatiũ risit noc. acti.
xvi. qui foeneratorem appellatũ dixit
quasi. qđ scilicet id gẽus hoi
nũ specie ostentẽt hũanitatis & cõmo
di eẽ uideãt i opibus nũmos desiderã
tis q̃si apparẽtes ad hũanitatẽ pstãdã
Andide liber ades:ſic ſit tibi my/ ſtica uitis.Sermonem facit ad Li berum ut ſe dolore leuet:de hinc pin / cerna iuſſo pocula ſubminiſtrare:ſoci os rogat uino libere idulgeant: quod animis faueat. Ades faueas preſens ſis ſeu fauorabilis.Candide pulcher: nã uirgunculę ſpecioſę figuram tenet.Sic ſit tibi myſtica uitis antiquus mos dũ precari uolũt utilia uel grata:ut ſupra.Sic umbroſa tibi cõtingãt tecta priape.Vitis aũt myſtica.i.figuratiua dicitur ad repreſentationem facti.Et Virgilius myſtica uan nus hiaco dixit.ipſa ſacroꝝ ſignificatio occulta:ut Strabo ſcribit myſtica dicit:& in hac nos imitãtes naturã numinis effugientẽ noſtrum ſenſũ mirum i modum numẽ ipſum honeſtamus.ſit aũt myſticum a myſterio:eſt myſteriũ teſte Euſebio prępparationis euãgelicę.ii.dictũ a myſo quod latine ſcelus é:qđ Dionyſio accidit:uel ab actico myente:qui uenãdo perit:ut Apollodorus ſcripſit:uel forte quaſi .i.fabulaméta quędã:hoc eſt quędã fabulaꝝ ſignificatio. Medicando.maxima eſt iter gram maticos diſceptatio de gerundiis.Diomedes aſſerit Probũ hęc participiali modo uerboꝝ ſupina ap pellaſſe.quoniam nec certum habent numerum ne perſonam:ſed ſignificatum:quo ſolo ab imperſo nalibus differunt.Imperſonalia agentis tantum habent ſignificatum ut legitur ſcribitur.i.omnes legũt omnes ſcribunt.participialia aũt & patientis habẽt ſignificatũ:ut frigidus in pratis cãtando rumpitur anguis.& Vritq; uidendo Foemina:nõ dum cãtat uidet:ſed dum cãtatur dum ab omnibus uidetur. Seruius uero ęnei.iiii.ſuper illo Virgiliano.Ire iterum in lachrymas iterum tentare precando dixit.do. naturaliter breuem eſſe.ſed plerunq; a Virgilio produci.ut Cantando tu illum.& cantando rumpit anguis. At Priſcianus grammaticus octauo ſcribit:q; in o terminantia quę gerundia a modernioribus appellantur & ſupina tamen ſunt:ut Probus teſte Diomede uoluit:tam ptoduci q; corripi more uerbo rum ſeu aduerbiorum in o deſinentium.nam uel nomina uel uerba eſſe conſtat.apparet autem pluri mis ex cauſis eſſe nomina:quoniam & prępoſitioni iunguntur. ut ad legendum: etiam ſeparatim. qnod uerbi non eſt quia per caſus uarientur.Sed ut ego arbitror nomina non ſunt:quoniam ea eſt nõ minum uis ut in huiuſmodi caſibus producantur:ſed uerba potius dicenda:quoniam ad libitum po/

nuntur. sed seu uerbi uim habeat siue aduerbii rariuscule correptum do apud auctores inueni. luuenalis. Plurimus hic eger moritur uigilando. Qu. Serenius. Noxia sepe sibi nimium madendo fuerunt. Martialis ad Zoilum. Foelicem coenam zoile dando tuam: & cetera: que perrara sunt Munere: uino a Baccho reperto: & mortalibus donato in usum uite foelicioris. Puer: minister pincerna. Generoso. nobili & loco & tempore. Et nobis prona funde phalerna manu: hoc dicto eleganti id Catullianum non est minus pulchrum. Minister uetuli puer phalerni Inger mi calices amariores. Ite procul durum curę gẽus. Appositio est curę durum genus. Curę dicunt q̃ cor urant Igit' & graues sunt: & dicendo ite iocose utitur ad rem inanimatam sermone. Delius: Apollo: a Delo natali insula. Niueis alitibus: aut quasi Apollo augur omẽ dederit hilaritatis & foelicitatis hoc dixit: aut se uino operam impendere quoad sol pulcherrimus oriatur itelligit. Hora. carminum tertio Viuęq; producẽt lucernę dũ rediens fuget astra phoebus. Proposito istituto meo. Me duce: principe seu primario: quẽ archipinõ seu archipotẽ uocãus. Nãq; i sodalitio ueteres regẽ fa/ciebãt sortibus iactis. Horatius carminum primo. Nec regna uini sortiere talis. Et alibi. Quem uenus arbitrũ dicet bibendi. Mite certamen: suauẽ concertationem in bibendo plurima uini pocula. Maiores enim nostri tot cyatos uini bibere in conuiuio cõsue/uerunt quot ãnos amica sua baberet aut quot in eius nomine essent litterę Martialis. Nęuia sex cyathis: septem iustina bibatur. Quinq; lycas: lyde q̃ tuor: ida tribus. Omnis ab infuso numeret' amica phalerno: Et quia nulla uenit tu mihi somne ueni. Certamẽ ergo mite dixit quom alter alterũ studet bibendo uincere. nam & in cõpotationibus sacrorũ tot quoq; uini pocula ingurcabant quot ãnos uiuere cupiebant. ideo Ouidius fastorum tertio. Sole tamen uinoq; calent: annosq; precãtur Quot sumat cyathos: ad numerumq; bibunt. Inuenies illic q ne/storis ebibat annos: Quę sit per calices facta sibylla suos. Recuset. tanq̃ reliquis sapientior. Fallat eum tecto cara puella dolo. dira ẽ amantibus imprecatio: ut cara foemina amatorem decipiat cum altero iniens. Ille: Bacchus. Dites animos. uinum homines hilarat: & foecundiora ingenia reddit: unde lectum est Ennium non nisi epotum composuisse carmen egregium. Et Horatius dixit carminum tertio. Narratur & prisci Catonis sepe mero caluisse uirtus. Ideo Propertius elegiarum quarto ait. Ingenium positis irritet musa poetis: Bacche soles phoebo fertilis esse tuo. Quin greci putauerunt sapiẽtię uim augeri uino unde Horatius. Munitęq; adhibe uim sapientię. Harmenias tygres: quippe in harmenia tygres sęuissimę nascuntur: quę ut Solinus refert in memoralibbus: iccirco Bacchi currum trahere simul cum lyncibus feruntur. q̃ utrunq; animal uino & uua depascitur. Has dixerunt poetarum fabulamenta a Baccho perdomitas ad iugum trahendum. Horatius carminum tertio. Ac te merentẽ Bacche pater tuę uexere tygres indocili iugum collo trahentes. Mollia corda dedit. i. mansuefecit animalia effera. Sicca: sobria. Conuenit ex equo: utile & conueniens est ex equo. i. iusta parte. Se. ipsũ Bachum. Vina iocosa: quibus iocosi homines fiunt. Nam si immodice bibantur faciunt eos contumeliosos. Ideo Horatius carminum primo. At nequis modici transiliat munera liberi: centaurea mouet cum lapithis rixa super mero debellata. Iam uenit: proueniet. hęc temporum mutatio sit quom repentinũ adesse malum existimamus. Sic in alteram partem. Lucanus. Vicimus o socii. Bibat. nempe statim flectetur numen. His: qui bibere recusant. Cadmeę matris pręda cruenta docet. Argumentum sumptum ab exemplo Pentheĩ q̃ Bacchus est iniuriarum persequentissimus. Pentheus fuit Echionis filius & Agaues Cadmi filię: qui cum Liberi sacra non modo negligeret. sed matrem etiam reliquumq; foeminarum gregem ab eis prohiberet: forte uisus a bacchante genitrice pro fera discerptus est. Prophyrio tamen commentator carminum. ii. scribit Pentheum fulmine ictum interiisse: q̃ Liberum patrem teneret in

Cum mea rugosa pallebunt ora senecta:
Et referã pueris tẽpora prisca senex.
Atq; utinã uano neq̃ cq̃ terrear æstu:
Languẽt ter qnos sed mea mẽbra dies
Atq; mihi thuscæ celebrãtur nuia lymphæ:
Et facilis lẽta pellit unda manu.
Viuite felices: memores & uiuite nostri:
Siue erimus: seu nos fata fuisse uelint.
Interea nigras pecudes ꝑmittite diti:
Et niuei lactis pocula mixta mero.

Andide liber ades: sic sit tibi mystica uitis
Sẽper: sic hedera tẽpora uicta feras:
Aufer & ipse meũ pariter medicando doloremẽ:
Sæpe tuo cecidit munere uictus amor.
Care puer madeant generoso pocula baccho:
Et nobis prona funde falerna manu.

cuſtodia prẽda cruẽta: putaut. n. agaue filium procul cõſpectum eſſe feram dicente ouidio metamor. tertio. Ille aper in noſtris errat qui maximus agris. Ille mihi feriendus aper. Illaq; ſiqua eſt malum Neę ręimprecatur. Ira dei, quoniam illa Tibullum amantem ſpernit. Quid precor ah demens: Correctio eſt ex inſtabilitate amantis. Venti contraria uota. aerię nubes diri. ſe. antiquus eſt in dicendo modus quotiens uim rebus ſuis ineſſe uolunt: qua quoq; oratione demonſtrabant uanum uerborum exitum Catullus ad alphenum perfidum amicum. Vento irrita ferre an nebulas aerias ſinis. Vnde Statius de achille prẽmiſſorum fruſtrationẽ uo lens oſtendere inquit Irrita uẽtoſę lin quẽs promiſſa porcellę. at nos ſecurę reddamns tempora menſę: hoc eſt ſi ne iurgio & rixa conuuemur lta Ho/ ratius carminum tertio. procul omnis eſto clamor & ita. Prẽterea dicit i cra ſtinũ nihil proſpiciamus & hora prę/ ſenti dona lęti capiamus.

Ite procul durũ curæ genus: ite labores:
Fulſerit hic niueis delius alitibus.
Vos mõ propoſito dulces faueatis amici:
Neue neget qſq̃ me duce ſe comitẽ.
Aut ſiqs uini certamen mite recuſat:
Fallat eũ tecto cara puella dolo.
Ille facit dites animos: deus ille ferocẽ
Contudit: & dominæ miſit in arbitrium:
Armenias tigres: & fuluas ille leænas
Vicit: & indomitis mollia corda dedit.
Hæc amor & maiora uolet: ſed poſcite bacchi
Munera: quẽ ueſtrum pocula ſicca iuuant?
Conuenit ex æquo nec toruus liber in illos
Qui ſe quiq; una uina iocoſa colunt.
Iam uẽit iratus nimiũ nimiũq; ſeuerus:
Qui timet irati numina magna bibat.
Quales his pœnas quãtas deus hiſce minetur:
Cadmeæ matris præda cruenta docet.
Sed procul a nobis hinc ſit timor: illa q; ſiqua
Quid ualeat læſi ſentiat ira dei.

Ei mihi diff. cile eſt imitari gaudia falſa conqueſtio de mulierum fal lacia. ſane intelligendum eſt tibullum cum accumberet ſollicitãte cura quã immenſam ſuſtinebat: in hunc ſermo nem prorupiſſe. ſenſus eſt: difficille ui/ deri poſſe ſimulare lętitiã & hoc nulli prẽterquam ſapienti contigit. Itaque de Virgiliano aenea legitur ſpem uultu ſimulat premit altum corde do/ lorẽ. iſtos autem quatuor uerſiculos decet auri linimento trãſcribere. quia Cicero nihil fictum poſſe eſſe diutur/ num tradit. Sollicitudie igitur oppreſ ſus propoſito ut tempora menſę ſecu ra duceret declinans ſuſpirat hec iqui ens. Turpes curas quę hominem tur/ pem hoc eſt deformatũ efficiunt Odit leneus triſtia uerba pater. Ideo odit quoniam hilarat cõuiuia bacchus Eſt leneus bacchus nominatus a leniendo ſecundum donatum q; leniat mentem: quẽ Seruius georgicorum primo damnat. nam ut iquit ipſe uer bum grecum non poteſt latinam ethimologiam recipere. Diodorus enim ſiculus: ut Euſebius refert: a .i. torculari deductum affirmat. Minoi gnoſia minois Ariadna dicta eſt a pa/ tre Minoe eſt enim foemininum patronymicum. Catullus Quem procul exalta moeſtis minois ocellis Gnoſia deuominatiuum eſt a Gnoſo ciuitate Cretę. Infert autem optimum eſſe: ſi dolor utetur exem plo: ueluti ſi ab ariadna ſumamus exemplum: quę in Dia inſula ęgei a Theleo relicta eſt. Marti ignoto Catullus deſertam in ſola miſeram ſe cernit harena. Doctus Catullus cecinit: Fabulam quidẽ Ariadnę Catullus noſter argonautica eleganter tetigit. Eſt enim doctus epitheton ab omnibus ãtiquiſſimis Ca tullo attributum: Martialis Verona docti ſyllabas amat uatis. Fuit enim & oratione perſpicuus: & car mine: tum facundus tum laſciuus & grauis. Hunc aulus Gelius poetarum uocat elegantiſſimum in his libris. quos noctium atticarum titulo inſeruit. Viri ingrati Theſei qui beneficium acceptum non recõ penſando ingratus merito uocatur. Vos ego nunc moneo. ordo eſt: ego uos nunc moneo felix eſt qui/ cunque diſces poſſe carere tuo ſupple dolore alterius. ſenſus eſt fortunatum uideri quicunq; dolori re ſiſtit ſuo: eum q; utat alterius infelicitatis exemplo: unde dictum eſt: Felix qnem faciunt aliena pericula cautũ pẽdẽtia brachia illecebras mulierũ notat. nã dũ uolũt aliqd a maritis ipetrare oſculãt eos quos exiratis bẽuolos efficiũt brachia collo molliter iniiciẽdo. Catullus ad Ceciliũ nouicomenſẽ. Quãuis candida miles puella. Euntem reuocet: manuſq; collo ambas iniiciens roget morari: Sordida falſa p iuria & malignitate ſcaturiens. Iunonem ſuam. iuno dicitur ſponſis eſſe pronuba. Ouidius in epiſtola Phyllidis. Iunonemq; toris quę preſidet alta maritis. periuria ridet amantum iuppiter. Sic ſupra nec iu rare time uentis periuria uenti irrita per terras & freta ſumma ferunt. Peruigilare per ualde ſignificãs

auget orationem.nam uigiliarum integritatem notat.Nec obstat an dicamus uigilo noctem unam & per unam noctem uigilaui.quod aliter sentiunt qui sunt imbecillioris ingenii:ut Laurentius Valla in elegantiarum ambagibus:Maro eni nobis scriptū reliquit.Per noctes aliquot diesq; cesso: & ante eū Cicero in proemio libelli qui haberemus inscribitur:ibi per aliquot annos admirabili quadam laude prouincię prefuit.Nec merenti merito.idest immerito nulla de causa & meréti addidit ut rem adau/geret.Naida lympham hoc est aquam baccho quidem aquas immiscere utile & honestum est.Nanq; Horatius ea propter acrone teste car minum secundo scripsit ad bacchum

Tu flectis amnes quoniā munera eius
admiscentur aquis ad suauiorem usū
qua ex causa fingunt poetę Bacchi ui
ribus amnes domitos esse ac supatos:
Minister pincerna
bibo
metior.Martia lympha:tyberia aquu
la.idest romana a Marte qui iuxta
tyberim Syluiam compressit.nam pri
scianus ostendit in tractatu de nūeris
& ponderibus antiquos.L.pro.N.po
suisse.N nanq; est nota quinquaginta
ut Apollonides.&.L.Tartheus testan
tur.unde latini dicunt lympham pro
nympham aquam uel fontes uolentes
monstrare.Virgilius dant famuli ma/
nibus lymphas.Possumus etiam mar
tiam lympham interpretari ductilem
illum riuulum :quem Plinius refert in
naturali historia .xxxvi.A.q. Martio
iussu senatus:ut aquarum aduectos re
ficeret ut inductum:& auctoris nomi
ne appellationem sumpsisse. Liquidū
fortius adde merum uult aquam uino
immiscri sed uberiorem uini copiam
infundi.At Catullus ad pincernam di
xit.At uos quod iubet hinc abite lym
phę uini pernities & ad seueros migra
te.hic merus est thyonianus.

Bernardini ueronensis poetę in ele
gias albii Tibulli commentatio quar/
ta & ultima incipit.

E messalla canam quanquā
mea cognita uirtus Terret.

Quartus & ultimus liber incipit in messallam continens panagyricon cum quibusdam elegiis quo rum pleraq; potius epigrammata uocari merentur.quę de Cherinto adolescēte formosissimo & Sul pitia Seruii filia habentur Mea uirtus cognita.laus est a prudentia.e cęlo enim descendit

Vt infirmę ualeant subsistere uires iuxta Horatii preceptum in poetica. Sumite mate riā uestris qui scribitis equam Viribus:& uersate diu quid ferre recusent:Quid ualeant humeri: cui le cta potenter erit res:Nec facundia deserit hunc nec lucidus ordo.Subsistere quasi plus humeris sustule rit quam ferre possit:& est metaphora sumpta a baulo .Si pro quanuis. Laudes deficiant carmina: hoc est non possum equare laudes tuas preconius uersuum meorum.Conditor compositor.nam con dere componere est.nec tua preter chartis intexere quisquam Facta uelit.Messallę beniuolentiam ue natur:quem egregie doctum fuisse ostendit.Te preter cuius eloquentia ceteros anteit.Est nobis uoluis se satis Sic propertius.Quod si deficiant uires audacia certe Laus erit:in magnis & uoluisse sat est.& Ouidius ad Rufinum.Vt desint uires:tamen est laudanda uoluntas. Hac ego contentos auguror esse deos:& sensus est.uoluntas erit pro perfecto officio.Nec munera parua respueris a maiori probat mu nuscula non esse negligenda.Cres tulit quidam Dędalum male putant:qui remigium alarum postquā

Quid precor ah demens uenti temeraria uota
Aereæ & nubes diripienda ferant.
Quamnis nulla mei supereſt tibi cura neæra
Sis felix: & sint candida facta tua.
At nos securæ reddamus tempora mensæ.
Venit post multas una serena dies.

Ei mihi difficile est imitari gaudia falsa:
Difficile est tristi fingere mente iocum.
Nec bene mēdaci risus ꝯponitur ore
Nec bene sollicitis ebria uerba sonant.
Quid queror infelix? turpes discedite curæ.
Odit lenæus tristia uerba pater.
Gnosia theseiæ quōdam periuria linguæ
Fleuisti ignoto sola relicta mari.
Sic cecinit pro te doctus minoi catullus
Ingrati referens impia facta uiri.
Vos ego nunc moneo: felix cuicūq; dolore
Alterius discęs posse carere tuo.
Nec uos aut capiant pēdentia brachia collo:
Aut fallat blāda sordida lingua fide:
Etsi perq; suos fallax iurauit ocellos:
Iunonēq; suam: perq; suam uenerem.
Nulla fides ueneri: periuria ridet amantum
Iuppiter: & uentos irrita ferre iubet.

ex creta in Italiam aufugit consecrauit apollini. nam Dędalus non cretensis sed athenienſis fuit quidā Minonem iuſtiſſimum regem Cretę de quo tamen ambigimus res enim perobſcura eſt: quiſque quod placet dicat: noſtrum eſt nihil imaginari. Scimus tamen Iginium ſcripſiſſe ex ſentētia quorundam grę corum iouem ędos beneficio matris inter ſydera collocaſſe. nam rex quidam cretę fuit ad cuius filias Iuppiter enutriendus eſt delatus: quem q̄ lac illę non habuerint capram ei admiſiſſe amaltheam non i ne: quę illum educauit & cum ſolita eſſet geminos procreare eo fere tempore procreauit quos iter ſydera Cleoſtratus dicitur primus oſtendiſſe & alii autumant cretem paſtorem fuiſſe in Attica. alii eum qui ex ſe Cretam nominauit. Cretes quoq; iuppiter eſſe accipitur qui ut ſcribit Diodorus cum gigantas urgeret i creta ſed prēcipue Minlyum ante pughā ſoli & cœlo bouem mactauit quo ſacro manifeſtum fuit iouem fore uictorem Icarus. io. Tortelius i libro orthographię ſcribit Icarium quadriſyllabum nomen fuiſſe filium Oebali lacōnum regis ex dorodoche filia orſilochi quem liber pater comitem habuit

Sed ego apud latinos inueni triumtātum ſyllabarum: ut hic & apud propertiū elegiarum. ii. icare ceropiis merito iugulate colonis. Hic cum ſua in Baccum fide uini uſum meruiſſet ſuiſque nouum meſſoribus poculum porrexiſſet: ab illis opinantibus uenenum ſibi datum peremptus eſt. Quare ut lōgas fabulę ambages omittamus. ſęuitia ortę peſtis ſedata eſt. habito oraculo manibus filię ſuſpēſę & interempti Icari ſacrificandum filia Erigone in ſignum quod iuſtitia dicitur tranſlata eſt canis autem cui mera fuit nomen i ſui nomis ſydus: quod etiam prochyon: ipſe Icarus in booté: qui arctophylax uocatur Alcides deus aſcenſurus olympum: hercules cū ſe in Oetha cōbuſſiſſet: ob ſuorum facinorum gloriam in cęleſtium numerum eſt a patre receptus: ut in metamor. tractat Ouidius dictus ē alcides ab alceo auo amphytrionis patre: ſeu

robore quod ſenſiſſe uiſus eſt. Propertius elegiarum quarto. Audiſtis ne aliquem tergo qui ſuſtulit orbem Ille ego ſum: alcidem terra re/

Ergo quid totiēs fallacis uerba puellæ
Cōqueror? ite a me ſeria uerba precor:
Quam uellem tecum longas requieſcere noctes:
Et tecum longos peruigilare dies.
Perfida nec merito nobis inimica merenti
Perfida? ſed q̄uis perfida: cara tamen.
Naiada bacchus amat: ceſſas o lente miniſter
Temperet ānoſum martia lympha merū.
Nō ego ſi fugiat noſtræ cōuiuia mēſæ
Ignotum cupiēs uana puella torum
Sollicitus repetam tota ſuſpiria nocte:
Tu puer & liquidum fortius adde merum.
Iādudum tyrio madefactus tempora nardo
Debueram ſertis implicuiſſe comas.
Ne tibi ſit mea lux æque tam feruida cura
Vt uideo paucos ante fuiſſe dies.
Si qcq̄ tota cōmiſi ſtulta iuuēta:
Cuius me fatear pœnituiſſe magis:
Heſterna q̄ te ſolum q̄ nocte reliqui
Ardorē cupiēs diſſimulare meum.

E meſſalla canam: q̄q̄ mea cognita uirtus
Terret: & ifirmæ ualeant ſubſiſtere uires:
Incipiam tamē a meritis: ſi carmina laudes
Deficiant: humilis tantis ſim cōditor actis.
Nec tua te præter chartis intexere q̄ſquam
Facta queat dictis: ut non maiora ſuperſint.

cepta uocat. Lęta molorcheis poſuit ueſtigia terris. Molorchus paſtor fuit Cleoneus nō longe a nemea ſyſua inhabitans cuius hercules fuit hoſpes: cum ad leonis interitum deſcendiſſet. De hoc Callimachus meminit in oethion libris. Terris ergo molorcheis. i. domo Molorchi cleonei: qui q̄ parum uirilium teſticulorum haberet. Molorchus ē nominatus. Lęta autem ueſtigia: q̄ benigne herculem ſuſcepit. quā quam pauper cenſu ſed effectu dives: ut ait lactātius grammaticus. unde Statius poeta. Gloria nota caſę foribus ſimulata ſalignis: Hoſpitis arma dei: paruoq̄ oſtenditur auro Robur ibi & laſſos qua decli nauerit artus Ilice: qua cubiti ſedeant ueſtigia terra: aut quia honores illi pene diuos tribuit poſtquā ipſe hercules addiſcens ab eo quemadmodum leo coiret in ferrum proſtrauit beluam. quę filium ſuū dilacerauerat. inſtituit enim ludos quos nemea a ſiluę loco appellauit. Parua mica. fruſtulum cruſti mi

eam uocat. Pauit cibauit impleuit. est enim preteritum a pasco. Cornu inaurato ut fiat solennus sacrū
Iuuenalis. Et auratam iunoni cede iuuencam. Gratus quippe non facultas in amico. sed uoluntas spe/
ctari debet: inde post hoc. Alios aliosque fastus ideſt multos & uarios. Opus mirabile mundi: hoc est
per scientiam philosophicam narret de mundi machina. que qualis sit ipse statim declarat per partes.
Qualis in immenso descenderit aere tellus. terra omnium elementorum depressissima est: quoniam in
globum constet formata: suisque uiribus tendat ad centrum ideſt medium: circunquaque ipso aere lu
strata. Lucanus. Dum terra fretum
terramque leuabit aer: Nam ut ait Ci
cero de natura deorum. ii. Principio
terra ipsa sita in media parte mundi
circunfusa undique est: hac animabili
spirabilique natura: cui nomen est aer
Deflexerit orbem incuruum. totam
nempe terram mare circuit. unde Am
phritrites & Neptūus uocitātur. Ideo
Manilius libro astronomicon ait. Ae/
quora diffudit toto nascentia ponto.
Catullus. Oceāusque mari totum qui
amplectitur orbem Aer uagus hoc est
nature mobilis huc illuc permeans.
Qua surgere nititur. omnia elementa
circularia sunt: itaq; dum alterum ab
altero discedit proximum attigit. Ae/
ther passim fluat. quatuor elemēta te
tigit quibus celi fabrica consistit quo/
rum ignis liquidissimus est. ouidio scri
bente primo metamor. hunc superim
posuit liquidum & grauitate carentē
Aethera. fuit uero æther filius Demo
gorgonis & achę: ut pronapides dixit. uerum nostri cum grecis pro elemento acceperunt. quare Apu/
leius maius quid in libro de cosmographia ait. scilicet celum ipsum stellasque omnem syderum com/
pagem: ætherem uocari: non quod igneus sit & intensus ut quidam putauerunt: sed q̄ cursibus rapidis
semper rotetur: unde Aristotelis sententia comprobatur in libris quos de celo composuit ex
enim semper uolo componi dixit. Contextus huic aeri cō
iunctus Ouidius inibi. Proximus est aer illi leuitate locoque. celo pendenti celum a cauitate quidem di
ci uoluerunt ueteres: aut a celatura greci cosmon ab ornatu. latini a puritie mundum. Claudantur ut
omnia quasi celum a celando ideſt tegendo deducatur. Sic Ouidius inibi: & quod tegit omnia celum
Par equalem laudem. seu quod spes abnuit ultro. quasi uelit dicere maiora sed hoc non sperat. Tanto
carmine ubi de tuis laudibus agatur. Charte liber iste Nam quāquam ātique. Messallam dicit precla
rum a stemmate domus sue. Gentis prosapie. Superant superabundant. Non tua gloria est contenta
maiorum fama: hac. s. ratione non est contenta. quam ponit satyrus nēpe miserum est alienę incumbe
re famę: Index existimator quasi iudex rerum tuarum. Imagine tuorum maiorum. Quam tibi maio/
res sensus est. tu contendis anteire omnes maiores tuos re & uirtute ut ipse futurus sis uenturis maius
decus: quam tibi tui maiores extitere. At tua non titulus promittit Messallam eternum fore pro/
pter sua benefacta. uno enim titulo non capientur omnia a se gesta sed magna de illis uolumina con/
struentur. Titulus ergo non capiet ideſt epitaphium non comprehendet. est enim titulus teste Lactan
tio grammatico theba. iii. memoria bonorum factorum qui solet supponi tumulis mortuorum. Cupi
di: auidi auctores scilicet. Componere ad componendum conuenire. Quique canent iuncti pede. poe/
tas intelligit: quorum ars in uersibus colligitur structura pedum egregie locatorum. Quique soluto hi
storiographos accipit: qui libera scribendi licentia uagantur. Quis potius certamen erit: quis pro qui
bus inerit concertatio ut aliis alium eleganter & copiose scribundo superet. castrisue foroue. sensus est
eorum quisque scriptorum excellentiora dicet de tua in militia domique administrationis sapientia &
integritate nemo tamen uirtutem tuam equare uerbis poterit: hoc est digna satis orationibus suis com
prehendere quod statim per similitudinem declarat. Libra bilanx trutina. Sedet descendit. est autem
dictio sumpta a trutina. Alterno orbe orbem uocat scutulas ipsius bilancis: alterno uero propter alter
natim descendente & exurgente. Inconstantia uulgi endiadis est prouulgus iconstantissimum. Sedare

Est nobis uoluisse satis: nec munera parua
Respueris: etiam phœbo gratissima dona
Ceres tulit: & cunctis baccho iucundior hospes
Icarus: ut puro testantur sydera cælo
Erigoneq;: canisq;: neget ne longior ætas
Quin etiam alcides deus ascensurus olympum
Læta molorcheis posuit uestigia terris
Paruaq; cælestes placauit mica: nec illis
Semper inaurato taurus cadit hostia cornu.
Hic quoq; sit gratus paruus labor: ut tibi possim
Inde alios: alioſq; memor componere uersus.
Alter dictat opus magni memorabile mundi
Qualis in immenso descenderit aere tellus:
Qualis & incuruum pontus conflexerit orbem:

queat hoc ẽ officium ſummi & maximę auctoritatis uiri ſolus enim uir integer ignobilem uulgum poteſt componere. Quare Maro per comparationem dixit. Tum pietate grauem ac meritis ſi forte uirũ quem conſpexere ſilent arrectiſq; auribus aſtant ille regit dictis animos & pectora mulcet. Pylo Pylus Neſtoris ciuitas fuit: de qua diuerſa eſt apud gęographos ſentẽtia: ut in octauo Strabonis de gęographia legitur: ithace oppidum ubi Vlyxes regnauit: & una ex echiadibus inſula: ſed iſtud refertur ad ſequentem uerſum: uel parue magnum decus urbis ulyxem ille: Neſtore Tum terna per orbem Ęcula fertilibus titan decurreret oris: ita dictum eſt ut ab Ouidio duodecimo metamor. annos bis centum nunc tertia ducitur ętas. annos enim Neſtor tercẽtos egit: homerus.

Et uagus e terris qua ſurgere nititur aer.
Huic & contextus paſſim fluat ignibus æther:
Pendentiq; ſuper claudantur ut omnia cælo,
Et quodcũq; meæ potuerunt audere camœnæ:
Seu tibi par potuerũt: ſeu q; ſpes abnuit ultro
Siue minus: certeq; canent minus: oẽ mouemus
Hoc tibi: ne tanto careat tibi carmine charta.
Nam quanq̃ antiquæ gentis ſupetant tibi laudes
Non tua maiorum contenta eſt gloria fama:
Nec quæris quicquid iudex ſub imagine dicat.
Sed generis priſcos contendis uincere honores:
Quã tibi maiores maius decus ipſe futurus
At tua nõ titulus capiet ſub nomine facta
Aeterno: ſed erunt tibi magna uolumina uerſu:
Cõueniẽt q; tuaſ cupidi cõponere laudes
Vndiq;: quiq; canẽt iuncto pede quiq; ſoluto:
Quis potius certamẽ erit: ſim uictor ĩ illis:
Vt noſtrum tãtis iſcribam nomẽ in actis,
Quiſq; tibi maiora gerit caſtriſue foroue:
Nec tamẽ hĩc aut hĩc tibi laus maiorue minorue
Iuſta pari premitur: ueluti cum põdere libra
Prona nec hac plus parte ſedet: nec ſurgit ab illa:
Qualis ĩæquatum ſiquãdo onus urget utriq;
Inſtabilis natat alterno depreſſior orbe.
Nam ſeu diuerſi fremat incõſtãtia uulgi
Nõ alius ſedare queat: ſeu iudicis ira
Sit placanda: tuis poterit miteſcere uerbis:

Acron tamen Horatianorum carminum ſecundo commentario ait Neſtorem annos nonaginta uixiſſe: hoc eſt tribus ętatibus functum. unã enim ętatem triginta annos poſuiſſe antiquitatem refert: quod & lactantius grammaticus Thebaidos quarto ſecutus ẽ. Credit enim neſtorem annorum ſexaginta fuiſſe: quom bellum thebanum conflatum eſt: in quo tamen ipſe militare uoluit. unde poeta ſcribit Iuuenis ętate ſecunda Neſtor & ire tamen perritura ĩ caſtra negauit. Ille per ignotas audax errauerit urbes. Horatius in poetica ex Homero tranſferens ait. Qui mores hominum multorũ uidit & urbes. Sed dum audax dicit ulyxes. laudem imminuit: ut Meſſallam uberius laudet: Nam poetę: ut Strabo in gęographia ſcribit: heroas illos antiquiſſimos ſingulari prędítos ſapientia fuiſſe declarant. qui ad multa peregrinãtes loca longis uagabantur erroribus In ampliſſimo enim ponebant multorum mortaliũ urbes uidiſſe & prudentiam ĩtellexiſſe: ut Neſtor & Menelaus apud homerum gloriantur: qui quidẽ Homerus Vylxi ante omnes ĩ omni genere uirtutum ornato hoc attribuit ĩ primis oppida multa adnt Fuit huic ſapiẽtia nota. Hic uero tractatus Tibullianus ex homerica lectione totus excerptus eſt. Qua maris extremis: ad penitiſſima quippe orbis loca Vlixes iactatus eſt: & hiſpaniam accipit ubi extra columnas in atlantiaco pelago Homerus Vlyxem fuiſſe ſcribit. Cyconum manus: Cycones populi ſunt Thracię iuxta hebrum: quos ulyxes certamine inito ſuperauit. nãque Ditis aſſerit q̃ quom Vlyxes de palladio cum Pallamede certaret. & iam eius cauſa occubuiſſet Aiax: timẽs ipſe ne interciperẽtur. ena uigauit clanculum. neptunus ex obitu Palamedis nepotis indignatus eum ui tempeſtatis aggreſſus eſt ſed ille in cyconum terra ueniens uix illis ſuperatis euaſit ſoſpes: non ualuit cyclops coeptos auertere curſus. De Polyphemo intelligit qui in ſicilia ęthnam inhabitauit. huic unum oculum in fronte ſolum attribuit antiquitas: ut rem poetico figmento doceret: fuit enim uir qui prudẽtia plurimum ualuit quo

circa in fronte hoc est in cerebro unum oculum pro uigilant a & calliditate dicitur habuisse. unde po lyphemus quasi multę famę interpretatur idest percelebris. Cessit & ętneę. interpretatio est superi oris uersiculi duriusculum enim id uisum est ad intellectum polyphęmus quidem filius fuit Neptuni: ea ratione quam aulus Gellius in noctibus atticis ponit Vetustas enim homines supra humanas uires ali/ qua excellētes uia deoꝝ filios dixit: q si ferociores crudelioresq; fuerāt neptūi. i. maris credidit uel certe filius fuit neptūi ex Thosa filia Phorci ut Homerus in odyssea ponit. Hic tentauit Vlyxem decipere ni si uiri grauis prudentia intercessisset: quam tangit dicendo per synecdochē lucta maroneo foedatus lumina bac cho. Sed clarius & breui pertractāda est fabula. Post excidiū troianum Vly xes ab celeno cepit oraculū se uariis re gionibus iactandum antequam ad pa trios lares: peueniret postea quam igi tur multa perpessus est: uenit in sicilią duodecim comitibus sociatus: ubi ho minem ferum & immanem Polyphe mum nomine conspicatus de loci situ & hominum ritu scisciatur ille super be: ut feritas postulabat: respondens: duos ex illis continuo inglutiuit sequē ti luce totidem fregit dentibus nec ali/ ter inclinante die in ceteros se habuit tunc Vlyxes pacis recōciliatione simu lata cadum unum ex tribus quos secū uexerat sitienti porrexit. supplicans ut sibi reliquisq; sodalibus uim nollet in ferre: quod gigas si alium sibi dedisset uini cadum deinde alium pollicitus est: Quamobrem ebrius sōnū coepit. cui Vlyxes cū cętero comitū coetu necem parans oculum unum quem solum in fronte gestabat: acutis palis eruit interfectarumq; ouium pellibus induti omnes ut fallaciam illi inicerent: ab antro tuti digressi sunt. Maroneo ergo bac cho positum non est a Marone: de qua urbe Liuius in primo de bello macedonico meminit sed ab ho mine Maroneo nomine. ut in Probo commentatore scriptum inueni. Nam ubi uirgilius in georgicis dicit: Iuuat ismara baccho conserere: ille ait ismarum esse oppidum: quod expugnauit Vlyxes quom a Troia discederet: & uictor unum accepisset a Maroneo: cuius pater Cupithus traditur quod unum cyclopi dedit. Eius autem tanta uis fuit: ut unum uini metron uiginti metra sustinuerit aquę: iuxta quā sententiam auctor loquitur: & propertius elegiarum secundo inquit. Necnon ismario tu Polypheme mero. plinius autem in naturali historia quartodecimo ex homeri sententia Maroneum nasci in loco Thracię maritimo dicit. Vexit & ęolios placidum per nerea uentos. Fabulamenta poetarum referunt q̄ itidem ab ęolo hippotade uentos accepit in utre: ut domum suam sine lesione eorum enauigaret: at quom diebus nouem enauigans portum tetigisset: tanta fuit familiarium auiditas quid illud esset in telligendi: q̄ opes putantes illic congestas utrem soluerunt: quo facto Vlyxes iterum ui uentorum ad uersaria arreptus peregre ire coactus est: dicente Ouidio metamorphoseos quartodecimo. proxima post nonam quom sese aurora moueret. Inuidia socios prędęque cupidine captos. Esse ratos aurum dempsisse ligamina uentis. Cum quibus isse retro per quas modo uenerat undas Aeoliique ratem por tus repetisse tyranni: Aeolus enim: ut Strabo in gęographia scribit ex grękorum sententia: ideo habi/ tus est uentorum custos & rex q̄ in ipsius freti locis: per quę cursus & recursus est: & nauigationis aspe ritas per fluxus atque refluxus aggrediendi signa commonstrabat. Apud enim maiores nostros ob ali quam commoditatis rationem magni uiri sunt celebrati pro diis ut in deorum natura Cicero scribit & pleriq; primatu digni sunt habiti: qualis Danaus in Agris mundationes ostentans: & atreus aduersū solis cursum uates habiti & aruspices reges. prętera: ut idē gęographię. vi. scribit: Sicilia uulcāo sacra tribus in locis quasi crateribus efflat: quom tota ignita sit Si igitur uenti spiraturi sunt: pro eorum qua litate signa protenduntur. Nanq; si hauster erit nebulosa circum insulam effundebatur caligo adeo ut procul spectantibus Sicilia non cerneretur. Si boreas ex altero cratere purę flāmę altus euehebantur. maioresq; irrumpebāt spiritus. Sic de euri & zephyri obseruationibus scribitur. in quibus omnibus cu stodiendis Aeolus diligentissimus a poetis sub fabulaméto poetico ueritatē sequētibus uentoꝝ rex uo catus é. Vlyxes autē secundum Homerum in sicilia coriorum sutorem inuenit. a quo uentos datos ab

Nō pylos atq; ithace tantos genuisse feruntur
Nestora: uel paruæ magnum decus urbis ulixē
Vixerit ille senex q̄uis: dum terna per orbē
Sæcula fertilibus titan decurrerit horis:
Ille per ignotas audax errauerit urbes:
Qua maris extremis tellus includitur undis:
Nam cyconūq; manus aduersis reppulit armis:
Nec ualuit cyclops cœptos auertere cursus:
Cessit et ætneæ neptūnius incola rupis
Victa maroneo fœdatus lumina baccho.
Vexit et æolios placidū per nerea uentos:
Incultos adiit lestrigonas: antiphatēq;:
Nobilis artaciæ gelidos quos irrigat unda;

Aeolo insutos esse fictum est: qui alludere uoluit ad piscationem galeotarum piscium: quam in sexto Strabo pertractat. Incultos lestrigonas. lestrigones populi sunt in extremo Italię Siciliam uersus ef/feris moribus habitantes prius urbem Formiarum inter Terracinam & Sinuessam: dicente Ouidio. Inde lami ueteres lestrigones inquit in urbem Venimus: antiphates terra regnabat in illa. Ad hos. n/ Vlyxes peruenit. Iuuenalis. Fingentem immanes lestrigonas. Antiphatemque: Hic fuit Lestrigonũ rector: ut in antedicto loco Ouidius ostendit. Antiphates terra regnabat in illa. Sed quare Lestri/gonas dixerit: postea regem illoꝝ subdiderit: ea ē ratio: ut historiam explere/ret. Namq; Ouidius scribit Machareum ab Vlyxe missum cum duobus so/cijs ad antiphatem uix cum altero ui/tam fuga seruasse. Sed orto bello una cum ulyxis naue effugisse: caetera so/ciorum classe amissa. Nobilis arta/cię: artacia fluuius est per lestrigonũ regionem decurrens fonte limpidissimo: ut Homerus auctor est. Solum nec doctę uerterũt pocula circes. Circe filia solis fuit ex Perſa nympha oceani filia: ut poetę fabulantur. Diodorus ait filiam ex Oeta & Hecate filia Persis. nam refert ꝙ sol ex Persa duos filios habuit Oetam & persen. ex Perse nata est Hecate: quę cum patre uenenum assumpsisset: nupsit Oetę patruo: tresq; liberos sustulit Circé: Medeã: Aegialeum. Hęc Circe omnes ulyxis socios uertit in porcos. Virgilius. Carminibus circe socios mutauit ulyxis: Solus Vlyxes euasit. Quippe ut ouidius refert. Mercurius ulyxi florem derat: Tmoli nomine uocant superi: nigraq; tenetur radice: & aureum colorem ostendit: de quo in naturali historia Plinius ait. Huius ope & deorum monitis ipse sospes stetit. hunc Maro in priapeis iocis scaturiens & salibus mentulam interpretatur: qua ob insolitam crassitudinem Circe oblectata se abstinuit ab Vlyxe. Circe enim ex taurica regõie fugiens non longe a Caieta sedem posuit in monte q Circeus dicitur: de suo nomine: scribente Ouidio. Nomine dicta suo circea reliquerat arua. Herbis uel cantu. ueneficarum est berbarum & uerborum uti potentia: ut Lucanus sexto docet. Cymmerion etiam obscuras accessit ad oras. Cymmerion grece positum est: & populi sunt in Asia uicini sedibus amazonum: ad quos Homerus in odyssea scribit Vlyxem ex ultimo occidentis maris aplicuisse: quos certe ipse ad inferos esse constituit ea ratione ꝙ ad septentrionem & occasum habitant loca sita ad bosphorum: uel ꝙ Homeri ętate uel paulo ante accessum ad Cymmerios factum fuisse commentarant ad eoliam usq; ad Ioniam: ideo etiam obscuras oras dicit. ꝙ Taurum: ut ait Priscianus: cymmerius gelidis habitant sub finibus unum. Quippe hoc tidem ostendit Homerus obscuras eorum oras per agri clima insinuans: ꝙ tenebrosius sit quom aere & nebula illi cooperti sint. Vnde Guarius noster in Strabonis geographię primo Homerum interpretans ait. Illis sol nunquam Phęton sua lumia spargit: pernitiosa super nox semper tenditur istis. Idcirco Ouidius metamor. undecimo somni domum describens quom prope cymmerios esse dixisset subdidit. Quo nunquã radius orienſue cadenſue Phoebus adire potest: nebulę caligine mixtę Exalantur humo: dubięue crepuscula noctis. Quis pro quibus antique positum. Cadente die nunquam ortus apparuit: hinc dignoscitur ꝙ sunt populi in ultima regione Asię uersus septentrionem positi quom neq; in ortu suo neq; in occasu sol illis re unquam ostendat. Dies solaris lux. seu curreret infra per antipodum regionem nobis inferiorem dicit. quasi mirũ non sit. si quom sol nobis lucet illis non uideatur. At saltem quom a nobis recedens lustrat antipodas uideri procul dubio apud illos deberet. Vidit ut inferno plutonis subdita regno. Magna deum proles leuibus discurreret umbris. per fabulamenta poetica Vlyxem ad inferos descendisse dicit. quum ille scilicet ad bosphorum Cymmerium & cymmerios populos accesserit. qui quoniam tenebrosa incolunt loca. antiquitas Vlyxem finxit ad inferos descendisse. hoc est ad finitimas inferno & obscuras regiones. Propertius secundum fabulas ait elegiarum. iii. Nigrantesq; domos animarum impleſſe silentum. Nam ibi deorum prolem uidi qualis fuit Hercules & Bacchus. quorum simulacra stetisse illic putauit antiquitas. Potest & generaliter accipi de humano genere. omnes. n. serius aut citius ad unam sedem properamus. ut Ouidius tradit. Illud quoq; nõ inconuenit ut magna deũ proles ad ulyxẽ referat & subintelligat dũ discurreret. Nã ex Ioue genitus ẽ Acrisius. ex eo Laertes ex quo & Anthidia ulyxes.

Solum nec doctæ uerterunt pocula circes:
Quãuis illa foret solis genus apta uel herbis
Aptaq; uel cãtu ueteres mutare figuras.
Cymmerion etiam obscuras accessit ad oras
Quis nunq̃ cadẽte dies apparuit ortu
Seu supra terras phœbus: seu curreret infra.
Vidit & inferno plutonis subdita regno
Magna deũ proles leuibus discurreret undis:
Præteriit ꝙ cita syrenum littora puppi.

a Ioue quartum tenens locum propaginis. Syrenum littora cantu: syrenes nymphę fuerunt Acheloi fi
lię: quę in tractu pelori tam artificioſe concinebant: ut una uoce: altera lyra: tertia tibia tranſeuntes
nautas detinerent: Ouidio ſcribente de arte amandi tertio. Monſtra maris ſyrenes erant: quę uoce ca
nora Quaſlibet admiſſas detinuere rates. Hac ex cauſa Vlyxes prudentiſſimus & rerum ſcientiſſimus
ſocios cęra ſuas aures obligare iuſſit: ut imminens periculum euaderet: dicente Martiale ad Caſſianũ.
Syrenes hilarem nauigantium poenam blandaſq; mortes gaudiumq; crudele. Quas nemo quondam
deſerebat auditas fallax ulyxes dicit reliquiſſe. Sed Palephatus libro prio
icredibilium eas fuiſſe meretrices ſcri
bit: quę deciperent nauigantes: ut Eu
ſebius de temporibus memorat. Con
finia tergemini montis. nequaq; fines
lilybei: pachynii: Pelori accipimus: in
ter quos ſcylla latrans inſima ingui
num parte tumultuatur. Sed quod ait
Eratoſthenes: quem Strabo i gęogra
phię primo damnat: quom Homerũ
reprehendat compluribus in locis: tũ
q; de ſyrenibus locutus ſit perperam.
nam ſunt: ut ait ille: qui ſyrenes in tra
ctu pelorio ponant: alii ad ſyrenuſſas
inſulas: qua plus q; duo milia ſtadio
rum ab ſint: illas autem triuerticem eſ
ſe ſcopulum qui cumanum a poſido
mate ſinum dirimat. Verum ſcopulus
ille nequaqnã triuertex é: nec nimis in
ſublime tollitur: cęterum cubitus qui
dem longus & anguſtus a caprearũ

Illum tergemini nantem confinia montis
Nec ſcyllæ ſæuo cõterruit impetus orbe:
Cum canibus rapidas iter frta ſerperet undas:
Nec uiolẽta ſuo cõſumpſit in ore charybdis.
Vel ſi ſublimis fluctu conſurgeret imo
Vel ſi iuterrupto nudaret gurgite pontum.
Non uiolenta uagi ſileantur paſcua ſolis:
Non amor et foecunda atlantidos arua calypſus:
Finis & errorum miſeri phæacia tellus:
Atq; hæc ſeu noſtras iterſunt cognita terras
Fabula ſiue nouum dedit his erroribus orbẽ:
Sit labor illius: tua dum facũdia maior:
Nam te non alius belli tenet aptius artes

freto locis extenditur: altero ex montis latere ſyrenum ſacellum habens: ex altero autem ad poſido
matem ſinum paruę tres inſulę adiacent deſertę petroſę: quas ſirenuſſas uocant. Sed quom Homerus
dixerit eas eſſe non eſt error habito ad Siciliam reſpectu unde non diſceſſit. Nantem: nauigantem.
Orbe ſęuo. gurgite tametſi utiq; ſemper procelloſo: tum maxime tamen ſęuo: quippe Ouidius ſcribit
metamor. xiiii. Scyllam cum in monſtrum horrendum conuerſa eſſet memorem ueneficiorum Cir
ces abſorpſiſſe quoſdam ex Vlyxis ſociis Circen amantes. Charybdis uiolenta ſuo ore. hoc ideo di
ctum eſt: quoniam monſtrum iſtud eſt loco tempeſtuoſo. Namq; alternatim ſurſum deorſum uerſus
uoluitur: quod ſtatim poeta notificat: & Homerus ſcribit Vlyxem in ſorbitionem ipſius incidiſſe: ſed
tamen euaſiſſe. Paſcua uagi ſolis: uon occidentem regionem accipit: ubi fabulantur poetę eſſe ſolis fa
bula: ſed Sicilię partem intelligit: ubi ex ſententia Homeri in Odyſſea Lampetie cuius ſoror erat Phae
tuſa ſolis filia ex nęra nympha patris armenta cuſtodiebat: qua iter faciens Vlyxes ſocius permiſit ut
ex illis arriperent: quod ne facerent a Circe pręmonitus erat. Quamobrem fecit naufragium. hanc fa
bellam tetigit Propertius elegiarum tertio. Lampeties ſiculis uerubus mugiſſe iuuencos Pauerat hos
phoebo filia lampetie. Atlantidos arua calypſus. Calypſo fuit Atlantis filia: ut in odyſſea ſcribit Ho
merus: & Virgilius in priapeis inquiens. Hic legimus circen atlantiadamq; calypſon Grandia dulichii
uaſa petiſſe uiri. Quanquam Heſiodus in theogonia oceani & Tethyos filiam ſcripſerit. ad hanc nau
fragus Vlyxes poſt abitum a Circe peruenit: eiuſq; conturbenio ſeptennium uſus eſt: quę habitauit i
inſula de ſuo nomine in mari aphrico iuxta ionium uerſus maiores ſyrtes. Tellus phęacia. Corcyrã
dicit: quo peruenies naufragus ab Alcynoo rege benigne ſuſceptus eſt: cuius in dicendo copia & or
natu capta dicitur Nauſicaa regis filia. Quãuis Homerus noſter in priapeis ridens dixerit membri ma
gnitudine oblectatam: cuius craſſitudinem mirata eſt frondenti ramo uix potuiſſe tegi. Finis. quip
pe ſuorum errorum finis fuiſſet Corcyra ſi regiam filiam oblatam ſibi i matrimonium accepiſſet: ſed
abiit: ut Homerus ampliſſime cecinit. Seu finis quia inde diſcedens recta domum annauigauit: ſed a
Thelegono interceptus uitam finiuit. Atq; hęc ſeu noſtras. uult poeta de erroribus Vlyxis famam
diminuere: ut Meſſallę gloriam largius extollat: quaſi fabuloſa fuerint multa quę de eo enarrantur:
ut Ouidius in triſtibus. Adde quod illius pars maxima ficta laborum: Et Eratoſthenes adeo
fabulatorias de Vlyxe nugas ludit: ut eum omnes tum maxime Homerum uaniloquum fuiſſe teſtatus
ſit. **Tua dum facundia maior.** Quintilianus decimo Meſſallam facundum fuiſſe notat. Meſſalla

nitidus & candidus: & quodammodo praeferens in dicendo nobilitatem suam: uiribus minor. Qui etiam Cicerone florente non parum in eloquentia dignitatis cum Pollione obtinuerit. Nouum: non uerum sed fictum. Artes belli: rei militaris scientiam. Fossam: fossa est castrorum & muro/rum circa & extra pomeria: fouea uero scobs dicitur: a fodio utrunq; uenit: inde fossor & fossorium. Describit autem particulatim quibus inniti rebus imperator in bello debet. Neruos, instrumenta bellica qualia sunt phalarica: balista: scorpio: & huiusmodi reliqua. Sit melius claudere: scilicet ab icursu hostiũ. Dulces liquores: fõtic' losos: ne exercitus aquaꝝ pẽuria obru at'. Assiduo certamie laudis. Miles nõ torpere debet: sed assiduo ludo laudẽ q̃rere: cui propter strẽnuitatẽ ductor afficiatur. hoc autem satellites in ca/stris decet efficere uti postea in bello corpus ad omnem uirtutis patiẽtiam induratum habeant. Iccirco Lucanus de Catõe scripsit: lamq; actu belli nõ doctam ferre quietem Constituit mẽtes seriemq; agitare laboꝝ. Et a Clau diano scriptum legimus. Si bella to/nant prius agmina duris Exerce studi is: & sęuo pręstrue marti. Tardam non celeri uolantes cursu: Lento flexi bili uel tardo Arcto freno. idest orna satis anguste fabrefacta. Compesce re. retinere: quod magnę est industrię Huius dicti contrarium statim ponet

Qua deceat tutam castris deducere fossam:
Qualiter aduersos hosti defigere neruos
Quemue locum ducto melius sit claudere uallo
Fontibus ut dulces erumpat terra liquores:
Vt facilisq; tuis aditus sit: & arduus hosti:
Laudis & assiduo uigeat certamine miles
Quis tardãue sudẽ melius: celeremue sagittam
Iecerit. aut lento perfregerit obuia pilo:
Aut quis equum celerem arcto cõpescere freno
Possit & effusas tardo permittere habenas.
In ꝓ uicem modo directo contendere passu:
Seu libeat curuo melius contendere gyro:
Parma seu quis dextra uelit: seu leua tueri:
Siue hac siue illac grandis uenit impetus hastæ
Ampl or: aut signata cita loca tangere funda.
Iam simul audacis ueniunt certamina martis:
Aduersisq; parant acies concurrere signis.
Tum tibi non desit faciem componere pugnæ
Seu sit opus quadratum acies consistat in orbem
Rectus inæquatis decurrat frontibus ordo
Seu libeat duplicem: seu uinctum cernere martẽ
Dextraq; ut leuum teneat: dextrumq; sinistra
Miles: sitq; duplex gemmis uictoria casus.
At non per dubias errant mea carmina laudes:
Nam bellis experta cano: testis mihi uictæ
Fortis iapidiæ miles: testis quoq; fallax
Pannonius gelidas passim disiectus in alpes:
Testis arupinus: & pauper natus in armis
Quem siquis uideat uetus ut non fregerit ætas:
Terna minus piliæ miretur sæcula famæ.
Centum foecundos titan renouauerit annos:

Qui ꝓ uicem: ꝓ uicissitudine. Modo directo: ꝓ directo. Contendere passu: ꝓ contendere. Seu libeat curuo: ꝓ curuo. Parma: scutum. Tueri: defendere. Siue hac: ꝓ siue. Ampl or: ampliꝰ. Signata: ꝓ scopulo dixit: quasi ad signum ideſt metam electa. Martis. belli aut ueri aut in speciem ueri. Aduersis signis: uexillis obuiam directis. Faciem: prospectum totius pugnę: agmen quadratum: uti ꝓ quadrangulum dispositum incedat quadratę huiusmodi istructõnis exercitũ in bello uarias species Liuius in decadibus ponit. Inęquatis: ut altera sit maior: & effusior altera. Dupli/cem: dupliciter diuisum: aut iunctum: simul cõmixtum. Dextraq; ut leuũ teneat miles: intelligit strennuitatem militis utramq; in pugnę partem se uiriliter exercentis. Dubias, incognitas & non ueras. Fortis iapidię: laus est a corpore & animo. De fortitudine iapidum scribit Appianus alexandri/nus. Iapis aetholus fuit qui in ea parte qua Timauus fluuius decurrit oppi/dum constituit: & inde ea pars iapi/dia appellata est. horum populorum oppidum arupinum Messalla deuicit ut idem auctor scribit. Fallax pan

nonius. fallaces hoc ẽ rebelles & pfidos pãnonios ostẽdit idem appianus in libro qui inscribitur Illyri ds: ubi ait ꝙ pãnonii sunt a romanis dicti: q a grẽcis pẽones appellant: olim iter illyrios annumerati.

pęones autem appellati a Pęono uel Pănonio filio autarii nepote Illyrii: qui genitus est ex Galathea & Polyphemo: eam.n. regionem tenuit: & a se cognomĕ imposuit. In gelidas alpes spiritus. i mŏtes altissimos: & ideo ad capiĕdum difficillimus. Testis arupinus & pauper natus i armis: duo dicit primum hominem natum loco durissimo: deinde pauperrimo: quę omnia fortitudinem alumnis prestăt Vnde Horatius libro carminum tertio. Robustam amice pauperiem pati robustus acri militia puer cō discat. Vt nō fregerit aetas. Quippe diutissime uiuunt. Sęcula famę pylię: ętatem diutissimam Nestoris Pylii: quem supra diximus ternam uixisse ętatem. Centum foecundos. Nō de hyperboreis loquitur populis: qui annum centesimum transigunt: & ultra: ut festus asserit: & Pyndarus Symonidesq; poetę annos mille uiuere dixerunt. Sed de gallicis qui busdam seu septentrionalibus intelligit gentibus. Ipse tamĕ uelox. sensus ĕ qp quanq; effętus sit propter annorum multitudinem: insilit tamen etiam forti perq; intrepide. Moderator: rector equi infrenis. Domator antique protulit pro domitor dixerunt enim ueteres domo domaui domatum. Domator itaq; hoc est gubernator & q si equiso. Libera colla: non alias a romanis in seruitutem redacta. Cathene romane: imperio romanorum: & stat in metaphora a canibus collum loro supponentibus. Veracibus signis: uera enim sunt: quoniam sequitur celi rationem: ut apparebit ex inferioribus. Quis amithaonius nequeat certare melampus. Melampus fuit Amithaonis filius ex Argo regione medicus & augur iclytus: de quo Statius in thebaide sua. Nam modo: signum ponit futuri cuętus. Tyrio subtegmie. trama tyria: & uestem purpuream tyrio flamine factam intelligit Itidem Sylius italicus quarto decimo Vestis spirantes referens subtegmine multus: Quę radio celat babylon uel murice picto Lęta tyros. Die oriente. in ortu diei: qui dux est anni fertilis. hic eū puto itelligere martias calĕdas a marte enim olim coeptus est annus. unde supra. Martis romani festę uenere calende. Exoriens nostris hic fuit annus auis. Potest & intelligi de ianuariis calendis. Splendidor: multo lucidior solito: hoc propter Messallam. Liquidis undis: orientali oceano. Fera flamina. impetus naufragos & pernitiosos. Discordes. oppositis ad inuicem regionibus discedentes. Curua: epitheton est. Cursus assuetos: nempe astiterunt. Arguit autem a quatuor elementis futuram Messalle gloriam atq; felicitatem excellentissimam. Rapidum. quia semper fluctuat: Est huic Virgiliana sententia consimilis. Quom placidum uentis staret mare. Intelligit uero malachian fuisse: que latinĕ flusta dicitur: greci quoq; uocant: quando fluctus non moueantur. Iuppiter: qui uotis ac precibus orantis non defuit. Vicinum olympum liquit. hypalage est. Nam prius liquit celum: deinde ueniens affuit. Sed olympum montem: qui excedit nubes significat: ideo uicinus celo dicitur. Intentumq; tuis precibus se prębuit aure. qui audit aurem prestat. Iuuenalis. Nam quom facilem stillauit in aurem. In hoc autem q; attente audit

Ipse tamen uelox celerem superedere corpus
Audet equū: ualidisq; sedet moderator hăbenis.
Te duce non alias conuersus terga domator
Libera romanæ subiecit colla cathenæ.
Nec tamen his contentus eris: maiora peractis
Instāt: compertum est ueracibus ut mihi signis:
Quis amithaonius nequeat certare melampus.
Nam modo fulgentĕ tyrio subtegmine uestem
Indueras oriente die duce fertilis anni
Splĕdidior liquidis cum sol caput extulit undis:
Et fera discordes tenuerunt flamina uenti:
Curua: nec assuetos egerunt flumina cursus.
Quin rapidum placidis ĕt mare constitut undis:
Vlla nec aerias uolucris perlabitur auras:
Nec quadrupes densas depascitur aspera siluas:
Quin largita tuis sunt multa silentia uotis:
Iuppiter ipse leui uectus per inania curru
Affuit: & cælo uicinum liquit olympum:
Intenta q; tuis precibus se prebuit aure:
Cuncta q; ueraci capite annuit: additus aris
Purior eluxit structos super ignis aceruos:
Quin hortante deo magnis insistere rebus
Incipe: nunc idem tibi sint aliisq; triumphi
Non te uicino remorabitur obuia marte
Gallia: nec latis audax hispania terris.
Nec fera tereo tellus possessa colono:

propitius uidetur. Horatius sermonum primo. Neq; se fore posthac tam facilẽ dicat uotis ut prębeat aurem. i. exaudiat uota precãtis. Capite ãnuit: diuoꝝ sanctitas & regum maiestas exigit ut capitis motu & inclinatione uolũtatem idicent suam: ut supradictum. Gallia. quę tum populo romano rebellis bellum iferebat. Audax hispania. proprium est hispanię adiectiuum. ideo Horatius carminũ. iiii. Quis germania quos horrida parturit fretus icolumi Cęsare: Quis ferę bellum curet hiberię Latis terris: qa amplissima est hispania. Lucanus: Emitti terrarum in deuia martem: Inq; feras gentes Cęsar uidet. &

Nec qua uel nilus uel regia lympha coaspes
Profluit: aut rapidus cyri dementia gindes:
Cretæis ardens aut unda carystia campis:
Nec qua regna uago tomyris finiuit araxe:
Impia nec sæuis celebrans conuiuia mensis
Vltima uicinus phœbo tenet arua padæus:
Quaq; hebrus tanaisq; getas rigat atq; maginos.

Priscianus iterpretamẽto Dionysii. Ad spatium multum terrarũ rura colentes. Oceanum boreo cõtingunt frigore durum. Sic Horatius laudãs Cęsarem car. iiii. has duas gẽtes complectitur. Te nõ pauẽtes funera gallię dureq; tellus audit hiberię. Nec fera tereo: aut theroneo legemus: aut tereo penultia producta abiecto te uersu. Nam Salustius in Iugurtio theronem coloniam meminit in cyrenis: & aphricam itelligit. quam olim Herculis socii diuersi generis tenuerunt: seu tereo a tereis conditoribus: eadem tamen est historia. Strabo enim in ultimo gęographię scribit Cyrenem urbem esse maximam: quam terei condiderunt: qui ex Laconia profecti Teram insulam coluerunt. hęc autem Tera olim uocabatur calisto: ut Callimachus ait. Nomine calisto primum: sed post modo tera Dicta fuit tellus urbis origo meę. Et Eusebio referente libro temporum: terei condiderunt cyrenem oraculo sic iubente: sed eius conditor fuit Battus: qui proprio nomine fuit aristeus. Sed cum a Cyrene Lybia sit cyrenea: ut Iustinus scribit postmodum uocata: hic nos Aphricam itelligimus Nilus. ęgyptus. s. nec ęgiptus tantum: sed & arabicus tractus: & regio quęcunq; nilo aluitur nam a flumine prouincias capit. & Vel regia lympha coaspes. Quidam driaspes legunt. Coaspes. fluuius ẽ ex Perside prosusus fonte cadens indo: stringit Susa oppidum: in cuius ripis: ut Priscianus in interpretamento Dionysii ait pręclarus fulget achates. Pondere consimilis uoluit quos unda cylindris. Huius fluminis aqua tantę dulcedinis est: ut Solinus referat in memoralibus reges persarum ex ea iussisse sibi in mensa utiq; ministrari: quod & Herodotus libro primo historiarum testatur: qui si forte peragrãdum esset: ne tam dulci carerent poculo: exhaustam ex eo secum ferebant. Aut rapidus cyri dementia cydnus. aut cyri ęręce dixit pro alexandri: qui .i. magnus dominus respectu rerum a se gestarum dictus est. In cydni enim alueum Alexander itineris ęstuatione feruescens se iniecit: ut illius refrigeratione ęstum leuaret: sed rigiditate obstupefactus ęgrotauit: ideo dementia cyri dictum est. Aut Cyri Regis persarum: qui quom signa conferret aduersus Tomyrim: cuius filium bello interfecerat: fluuium temere transgressus dissipato ab aquarum rapidarum uorticibus exercitu fere oppressus est. Seu legimus gyndes ex sententia. Herodoti primo historiarum. Regionem enim babylonię interfecans Opin oppidum interfluit. nanq; Cyrus olim in Labuntum Nicoris filium agmen mouẽs cum cerneret unum ex sacris equis id flumen ingressum submergi indignatus deos testatus se adeo eum exhausturum: ut uel mulierculę permeabile fieret: ac statim intermissio itinere dum flumen dispergit in tercẽtos & sexaginta riuos ęstatẽ omnem contriuit. Impia nec sęuis celebrans conuiuia mensis: Vltima uicinus phoebo tenet arua padeus. Padei populi sunt indię auroram uersus carnibus crudis uescentes: qui teste Herodoto libro historiarum tertio: quom uident familiarem ęgrotare: eum interimunt: licet neget sẽ ęgrotare: necatumq; epulantur. Quin etiam sene hominc ex consuetudine occiso pascuntur. Nec qua regna uago tomyris finiuit araxe. Tomyris regina Amazonum bello inuictissima hoc suum ampliauit imperium usq; ad araxem: qui teste Strabone. xi. gęographię Armeniam & Atropiam terminat. nam ad orientem illatus ad occasum septentrionemq; flectit: & primo Azaram pręterlabitur: deinde Artaxata armenię urbẽ: postea p araxinum campum i mare caspiũ emittit. Et Herodotus: quẽ imitatus est Calisthenes: dixit eum ex mãtiana profluẽtem i quadraginta amnes scindi: & scythas bactrianosq; diuidere. Sed hęc Straboni nõ uisa sũt ualde ueri similia. Cretęis ardet aut unda caryštia cãpis de Carysto euboeę supra memorauimus: iuxta quã fuerũt aquę calidę ex tẽtia Plinii trigesimo primo naturalis historię: & eiusdẽ operis qrto. ubi ait q Carystos notior ẽ aqs calidis quę alopię uocãtur q; marmore carystio. Strabo aũt refert Iouẽ scripsisse de euboea q uel tenuis euripi tẽpestas satyriensiũ i euboia agrũ ad omphalẽ a Boetię littore segregauit: quom apud Cretã fretum appellatũ abscideret: unde cretęis campis unda ardet positum ẽ. Et prius id Strabo dixerat ex Possidonii sentẽtia ter/

remotum in euboea penetrasse olim ex syria: adeo ut Arethusę qui in chalcidē fons est occecatus fuerit ortus: & permultis adeo post diebus scaturisse ore: nec antea conquassari desuisse multas isulę partes q̄; in lelanto campo telluris hiatus ignitum fluuium euomuerit. In decimo quoq; eiusdem operis idē auctor refert. Chalcidis urbis campum esse Lilantum seu lelantum appellant in quo calidarum aquarum scaturigines erumpebant: ad curandos morbos aptissimarum: quibus Cornelius Sylla imperator Romanorum est usus: sed hoc sua etiam tempestate prorsus euanuisse dicit. Seu intelligimus carystum flumen Cretes regionis iuxta pontum in colchos defluens: ut Ptholemęus scribit. Caius Balbus primam syllabam corripuit i primo argonautices. Timeo pontumq; cretamq;. Sed Virgilius Maro inq̄t i bucolicis. Pars scythią aut rapidū cretę uēiemus oaxem Quaque hebrus tanaisq; getas rigat atque maginos: Getę & Magini populi sunt in parte septētrionali Alteros Tanais alteros Hebrus rigat Hebrus ē Thracię ex Pindo deriuās: ut i Metauris dixit Aristotoles. Tanais Scythię in parte ubi aquilo oritur: ut dixit Porphyrio commentator carminum horatianorum tertio: Strabo uero affirmat originem habere incertam: sed nonnullos existimasse eū habere fontem i caucaseis montibus: q̄ multus ad septentrionem feratur. postea conuersus emittit in paludem meotin. Populi iuxta hos fluuios habitantes bellicosissimi sunt. Horatius carminum quarto augustum laudans. Non seres infidique perse Non tanain prope flumen orti. Quid moror oceanus ponto qua continet orbem. Figura ē correctio. Quippe generatim particulas totius orbis tetigit. sed nunc uniuersum terrarum tractum concipit dicens. Oceanus ponto qua continet orbem. Armis aduersis. infestis armis & oppositis. Infert. n. eas gentes tam uehementer formidaturas. ut se bello inferre contra Messallam non audeant. Te manet inuictus romano marte britānus. Hoc nō illi obstat quod dixit. Oceanus ponto qua continet & cętera: Nam extra orbis circulum sunt & alia loca: ut Tyle Orchanes Britannia: quę penitus orbe toto diuisę sunt. Sunt autem Britanni bello inuicti: ut historici tradunt: quos Tibullus a Romanis nunquā superatos dicit. Te manet. Messallę commendatio non exigua. alii quippe imperatores Britāniam subiugare nō potuerunt. at Messalla expugnabit. Mundi pars altera. Antichthones intelligit: qui nobis sub pedibus sunt. Et interiecto sole dicit: quoniam sola nobis discedens illis diem affert: Quod hoc possibile sit rationem subdit dicendo. Nam circunfuso consistit in aere tellus. Sane locutus est secundum geonomos & astrologos: talemque affert sensum. Terra globea est: ideſt spherica in medio posita: ita ut aere circunquaque uoluatur. Eius partes sunt quinque: quarum duae extremę sunt inhabitabiles. semper enim frigore rigescunt: media nimietate caloris excludit habitationem Ceterę duę iter hanc calidam zonam mediam & extremas alias frigidas temperiem habēt. Iccirco ab hominibus coluntur. His ita positis demonstrat antipodes esse in inferiori parte earum regionum quas non habitamus: quom & aer illas temperet & sol.

Quid moror oceanus ponto qua continet orbē:
Nulla tibi aduersis regio sese offeret armis.
Te manet inuictus romano marte britannus:
Teq; interiecto mundi pars altera sole:
Nam circunfuso consistit in aere tellus:
Et quinq; in partes totus disponitur orbis
Atque duæ gelido uastantur frigore semper:
Illic & densa tellus absconditur umbra:
Et nulla incepto perlabitur unda liquore:
Sed durata riget densam in glaciemque niuēq;:
Quippe ibi non unq̄ titan superingerit ortus.

consistit. quasi punctus circunfuso aere. Lucanus. Dum terra fretum terramq; leuabit aer. Disponitur in partes. diuiditur ab astrologis in quinque plagas: duę extremę scilicet Vastantur frigore. Hanc sententiam Virgilius Maro in Georgicis & Ouidius Naso primo metamor. complexi sunt. Illic & densa tellus absonditur umbra. quippe ut ait Virgilius Maro. Sol pallentes haud unquam discutit umbras: Nec quom inuectus equis altum petit ęthera: nec quom Prępcipitem oceani rubro lauit ęquore currum. Densa itaq; umbra defectu solis iaccessi. Horatius carminum primo. Pone me pigris ubi nulla campis Arbor ęstiua recreatur aura. Quod latus mundi nebulę malusq; iuppiter urget. Incepto perlabitur unda liquore: signat flumina cōcrescere ui frigoris: nec naturalem habere cursum: quod statim declarat. Durata in glaciem & niuem: ideſt concreta & gelu & niuium rigoribus. Quippe ibi non unquam titan superingerit ortus rationem prędictorum ponit. Sol enim per signiferum semper discurrens ab eius ecliptica nūquam discedit. Is autem obliquus ē: & per mediam australem tendit quare septētrionalis & brumalis nūquam radios solares accipiunt. Sed philosophorum referre uarias de hac cęli parte opiniones graue nobis nō esset nisi uerear officiū intd pretis trāsgredi. At media est phoebi semper subiecta: quę dicitur australis: Subiecta: quoniam

ea eſt uia ſolis cõtinua. Seu propior terris ęſtiuum fertur in orbem. Secundum aſtrologiam loquitur quom ſol nobis appropiquat e zodiaco regrediens fit ęſtas: quom uero zodiaci ſigna aſcẽdit nos linquit & hyems fit: In orbem autem ęſtiuum intelligitur ſolſtitium ęſtiuale. n. tunc cum ſol ad cancrum properãs uenit: & properat inquit reſpiciens ad breue ſpatium lucis. Nam q̃to magis a nobis recedit tanto minor eſt dies. Tellus exurgit. nam quom aratur terra excreſcit: & per hoc q̃ terra non exurgat ſignat ab antecedenti terram in plaga boreali & antarctica non arari. Segetes: terrę uel ſemina Et ẽ ſenſus. Semen ſi ibi ſpargat fruge non faciat. Pabula: paſcua herbas. Bacchuſue ceresue: hoc eſt uec uina nec frumenta naſcuntur. Animalia habitant partes exuſtas. ideſt mediã zonam quę auſtralis dicitur: quę nõ modo non habitatur ab hominibus ſed nec ab reliquis animalibus prẽterquã paucis. Fertilis hanc interpoſita eſt ſẽperque rigentes unam plagam mult intelligi dupliciter. & quam nos habitamus: ideo noſtraque per interpretationem ſubdit. & quę ab antipodibus colitur quare infert ſtatim. Et huic aduerſa ſolo pars altera noſtro. nam ut Virgilius inquit Sub pedibus nox atra tenet: maneſq; profundi. Aduerſa ergo quia oppoſita ẽ nobis: & propter hoc eius incolas antichthonas & antipodas appellamus. Quas ſimilis utrinq; tenens uicinia cęli Temperat: Ex confinio ipſarum & noſtrę & antipodum plagarum utraque temperiẽ habet: ex noſtro tamen ad illorũ tractum aere nullus ẽ ſpiritus cõmixtus: ſed pſe utraq; earũ uitalis ẽ. Hic placidus nobis. Quippe reſpectu ãni ãtipodalis & noſtri uariãt uices tẽporũ apud utroſq;. quãdo. n. illis ẽ eſtas: nobis tũc forte hyems ẽ. Placidus quãtũ ad uarietatẽ q̃tuor tẽporũ. Veris ſcilicet ęſtatis autũni hyemis: ideo per tẽpora ſubditũ. Labitur: ſua enim p ueſtigia ſe uertit. Submittere colla iugo. ideſt iugari ut terram ſubuertat aratro & hoc quantum ad ueris & autumni tempus quo terra loquitur. Et lẽta excelſos uitis cõſcẽdere ramos. Hoc quantum ad tempus ueris ſpectat: Vere enim uites pullulant. Lenta flexibilis. Tondetur que ſeges maturos annua partus. Hoc ad ęſtatem refertur qua tẽpeſtate mẽtuntur ſegetes. Et tondetur maturos partus eleganter per Synecdochen dictum eſt. Nam ut Marcus Varro rerum ruſticarum primo ſcribit: tria ſunt genera meſſionis. unum ut i umbria: ubi ſecus terram ſtramenta ſuccidunt & manipulos redigunt. Alterum ut in Piceno: ubi ligneum habent: ut ipſe ait: incuruũ baccillum: i quo ſit in extremo ſerrula ferrea: qua quidem ſerrula ubi comprehenderit faſcem ſpicatum ſecant: ita ut in agro ſtantia ſtramenta ſint poſtmodum ſublecanda. Tertium ut ſub urbe Roma: ubi manu ſiniſtra ſtramentum capiunt: & dextra ſubſecant ad medium: a quo medio ipſe idem putauit meſſem dictam: ſeu a meſtendo. Et ferro tellus: pontus confunditur aere. Ferro: uomere raſtris bidentibus. Aere: ęratis cutis: ideſt palmulis: hoc eſt nauigatur. Exurgũt oppida. hoc addidit ut habitantium multitudinem oſtendens plagae temperiem indicet. In utroq; orbe: Noſtro ſcilicet & antipodũ. Itidẽ Lucãus octauo. Sed magna ferã ſolatia mortis Orbe iacẽs alio. Nõ ego ſum ſatis ad id redit quod initio dixerat. & circulari quaſi utens oratione ſe non idoneum ad celebrationem uirtutum Meſſallę affirmet per id quod ſi ipſe Apollo carmen ſibi dictarit: tamen eſſet inſufficiens. Pręconia: laudes. pręconiũ aprę & cano dicitur & eſt ueluti deguſtatio ſoni & ſignificat ſermonem & laudem. Pręſcribat carmina hoc eſt apollo Ipſe dictatum mihi proponat quod enũciaturus ſum. Et tibi quid poſſit. Excuſat ſe q̃ ſit minus idoneus ad laudationem ſed Meſſallam uehemẽter laudat a conſuetudine & familiaritate doctorum hominum. Valgium enim ei amiciſſimum dicit. qui ſua poſſit geſta diuino carmine conſcribere. Fuit quidem Valgius uir ſingularis amicus Horatii Flaci ad quem ipſe Flaccus carminum ſecundo ſcribit conſolans eum de morte Myſtis filii ſui: ubi oſtendit eũ poetam fuiſſe pereximium: quando ait. Deſine mollium querelarum potius & noua cãtemus Auguſti

At media eſt phœbi ſemper ſubiecta calori
Seu propior terris æſtiuum fertur in orbem:
Seu celer hybernas properet deducere noctes.
Non ergo preſſo tellus cõſurgit aratro:
Nec frugem ſegetes præbent: nec pabula terræ.
Non illic colit arua deus: bacchuſue ceresue:
Nulla nec exuſtas habitant animalia partes:
Fertilis hanc interpoſita eſt: interq; rigentem
Noſtraq;: & huic aduerſa ſolo pars altera noſtro
Quas ſimilis utrinq; tenens uicinia cæli
Temperat alter: & alterius uires negat aer
Hinc placidus nobis per tempora uertitur ãnus.
Hic & colla iugo didicit ſũmittere taurus:
Et lenta excelſos uitis conſcendere ramos:
Tondeturq; ſeges maturos annua partus:
Et ferro tellus: pontus confunditur ære.
Quin etiam ſtructis exurgunt oppida muris.

trophęa:& Valgium dictum putamus a ualgio labrorum uitio:quod est quasi derisionis cuiusdã spe/
cies. Valgia enim teste Plantia de Fulgentio sunt labrorum obtorsiones in supinationem factę. Non
alter propior:nota elocutionem: pro quo non est alter propior.i.uicinior.Homero ęterno.Homerus
ex dubitabili loco oriũdus in poetica diuinus fuit.unde ęterno eleganter positum est.Quanq; non me
pretereat nonnullos autumasse eum opus suum non carmine composuisse sed canticis. Languida nó
noster peragit labor ocia Ostendit se de diuite pauperem effectum non posse grauibus uacare musis
ocium enim languidum uocat studiũ
i rebus arduis poeticum.Sic Virgilius
pro artis poeticę uocatione se studiis
florentem ignobilis oti dixit in geor/
gicis.Quãus:aut quáuis pro quantũ
uis ut illud Virgilianũ.Vt quãuis auu/
do parerent arua colono: Aut q̃uis
pro quacunq; parte & uia.Vt mos est
illi:mos est fortunę ut bonos uexet:
malos immunitate malorum donet.
Plautus in captiuis. Sed uiden fortu
na hũana fingit arctatq; ut ludet me:
qui liber fueram seruum fecit:ex sum
mo infimum:Qui imperare insueue/
ram:nunc alterius imperio obsequor
fortunę enim uarietas est mirabilis:
adeo ut dicatur iocari quotiens igna
uos honorat:& honestos deprimit.Iu
uenalis satyra.Extollit quotiens uo
luit fortuna iocari.Claudianus cõtra
Eutropium eunuchum.Culmine deie
ctum uitę fortuna priori Reddidit in
sano non satiata ioco. ergo aduersa
idest inimica ut uiris inuida fortibus.
Nam mihi cum magnis. imperfectus
est sententię tenor nisi suppleas languida quŏdam otia peragebam quom domus niteret i magnis opi
bus:hoc est dum locuples essem:operam musis impartiebar.Nam supra Albiorum familiam ostendit
opulentam fuisse quom dixit.Non ego diuitias patrum fructusq; requiro:Quos tulit antiquo cõdita
messis auo. Domus alta.Magnitudinem ostendit ędium suarum & generis claritatem Sulci flaui. ab
effectu flaui quod in eis flauescant segetes. Ditantes ordine horrea indeficientia mensis foecundis.
ordine dicit cum uelit significare se olim collegisse suis in agris cumulos ex diuerso frugum genere &
in repositorio collocasse per seriem:ut Cato priscus de ueterum agricultura docet obseruandum.
per id uero quod ait indeficientia notat abundantiam.quia quãuis multa colligeret:plura tamẽ mul
to potuisset extendere:& ne quispiam auaritiam ei posset obiicere dixit mensis foecundis:hoc est abũ/
danter instructis:& copiose congestis. Denso agmine larga copia.Et domino satis:& nimium furi/
que:lupoq; pecus indicat suum adeo magnum fuisse:ut quanquam uoluntate domini libere in dies ex
imeretur.& lupi furesque pro arbitrio auferrent:ex eo tamen minuebatur parum.Per haec autem om
nia & domum egregiam & agros multos & fertiles:& greges amplissimos habuisse se declarat. Nũc
desiderium supereſt.Sensus est:Olim ego quidem diuitias possedi optimas:sed nũc illis carens easdẽ
peropto:eo certe magis quod me uideo in ętatem descendere:cui defuturum est uiaticum. Nam cu
ra nouatur. Cura innouatur totiens quotiens aliquis eadem super re cogitat & cupit.Relictus:in ui/
ta.s.Spolier:bonis priuer meis. Pro te uel rapidas Quoniam Messalla dubitare potuisset an quę Ti
bullus pollicetur uana essent:utpote per uerborum iactantiam edita:nunc uates ipse prętер uires inge
nii corpus etiam pro illius arbitrio expositurum se ait:si demum opus sit uita defungi. Ire:nauigare
Vndas rapidas:aut rapidas respectu procellarum marinarum:aut tũc pręcipue rapidas quom hyems
est:& sęuit mare: Freta hyberna.mare hyberno tempore tempestuosius est:utpote q̃ ea tempestate
uenti obnixius ruant tũc enim a nauigationibus abstinetur. Iccirco Aeneam Dido de temerario pro
posito increpat.Quin etiam hyberno molliris sydere classem. Et mediis properas aquilonibus ire p
altum.Vel paruum ętneę corpus committere flammę:in ignem se proiecturum testatur pro Messallę
salute.paruum autem corpus dictum est proquantuluncunq;.Aetna enim mons est sicilię ęterna igni
um eructione mirandus.Solus subsistere hoc est solum opponere se militum cateruis.Sum quodcũq;

Ergo ubi præclaros possent tua facta triumphos
Solus utroq; idem diceris magnus in orbe
Non ego sum satis ad tantæ præconia laudis
Ipse mihi non si præscribat carmina phœbus:
Est tibi qui possit magnis se attingere rebus
Valgius æterno propior non alter homero.
Languida non noster peragit labor ocia quãuis
Fortuna:ut mos est illi: me aduersa fatiget.
Nã mihi cum magnis opibus domus alta niteret
Cui fuerant flaui ditantes ordine sulci:
Horrea fœcundis indeficientia mensis:
Cuiq; pecus denso pascebant agmine colles:
Et domino satis:& nimium furiq; lupoq;
Nunc desiderium supereſt:nã cura nouatur
Cũ memor accitos semper dolor admouet ãnos:
Sed licet asperiora cadant:spolierq; relictus:

tuum eſt ſenſus eſt. Quicquid uis eſſe me pro te ſum: & ſi de me curam aliqualiter habueris non curo imperium Croeſi uel Gylippi gloriam. Si paruula: in carmine heroico diminutiuorum abiicienda eſt ratio: in antiquis tamen conſtat aliquando diminutiones: ut hic: & Catullus iquit i argonautica. Frigidulos udo ſingultus ore cientem. Et iterum. Languidulo ſq; paret tecum coniungere ſomnos. ſed aut neceſſitate ſit aut per expreſſionem: aut fabula tractatur: aut laus dicitur. Regna lydia. quę ditiſſima fuerunt ubi flumina & lacus aureas glebulas ferunt: & ſtrigmenta argentea: Quare Horatius carmi/ num tertio ſe ſua mediocritate contẽ tum inquiés eſſe melius quam ſi preci oſae prouincię dominus eſſet; dixit: Quam ſi migolonius regnum alyati campis continuem. Strabo autẽ i geo graphia ſcribit illa auri raméta & ſtri cturas illiuſmodi iam prorſus defeciſ ſe. Fama gylippi. Quidam philippi le gunt patris Alexandri magni: q mul/ ta memoratu ſempiterno digna fecit Gylippus autem fuit uir lacedęmõius in bello ſtrenuus: ut Iuſtinus ſcribit epithomatis trogiani quarto. & Plu/ tarchus in Nicię uita: quom ſyracuſa nis athenienſes bellum intuliſſent i eo rum auxilium Gylippus mittitur a La cedęmoniis: ut is i quo omnis ſpes eẽt ltaque ſępe congreſſus cum Athenié ſibus ſępe ſuperauit. aliaq; non pauca facinora prędare perpetrauit Ideo magni fama gylippi dictum eſt. Poſſe meletheas nec mallem mittere char/ tas. Meletheas ideſt homericas. Nam Strabo geographię duodecimo ſcri/ bit plurimos exiſtimaſſe Smyrnã eſſe Homeri patriam: ex quorum opinio/ ne hic auctor loquitur. Namq; prope Smyrnam amnis fluit meles nomine: ut ille ait: de quo Statius libro ſecũdo ſiluarum in genetliaco Lucani memi nit. Attollat refluos i aſtra fõtes Gra/ io nobilior melethe bethis: Et in tertio. Smyrna tibi gẽtile ſolũ potuſq; uerendo fonte meles. Ephorus aũt cumeus in libro de patriis rebus inquit Critheidam Apellis filiam utiatam a Meone patruo peper iſſe Homerum quum prope fluuium melethem proficiſceretur: atq; ibidem puerum meleſigenem ap/ pellatum: deinceps Homerum ionice: q oculis captus eſſet. Canendi te. i. laudãdi te: ut regemque cane bant. Quin etiam quom tumulus contexerit oſſa ad Pythagorę Samii opinionem loquitur qui ſane dixit hominẽ poſt facta non obſumi. ſed uel in hominem uel in diuerſas ſpecies animalium mutari per metepſicoſin. i. trãſitionẽ de corpore i corpus. Vnde Oui. metamor. ultimo illius ſentẽtiã executus ait. Omnia mutãtur: nihil interit: errat: & illinc huc uenit: hinc illuc: & quoſlibet occupat artus ſpiritus: eq; feris humana i corpora trãſit: Inq; feras noſtro: nec tẽpore deperit ullo: Siue ergo iquit ero homo poſt mortẽ ſiue aial tamẽ de te cõponam: & laudes tuas celebrabo. ſignificat autẽ poſt obitũ ſuũ illius ẽt ſe futurum memorem. Dies matura fato: aut matura fato. i. approperata per mortem: aut iam fato debi ta. Longa uita. ſ. poſt priuationem preſentis corporis: quod ſubdit inquiens. Tamen mutata figuram: per ſynecdochen: ut de titone in cicadam conuerſo leginus. Gloria per mirã candoris & formoſitatis ſpeciem. Tardi autem pecoris pro armenti bouum dictum eſt: cui propter immenſitatem corporis & neruorum craſſitudinem tarditas ineſt cognita. Per liquidum uolucris aera pennis: ſiue fiat uolucris auis: quemadmodum Horatiũ poetam leginus in cygnum olim permutandum: quom inquit carmi/ num. ii. Non uſitata nec tenui ferar penna biformis per liquidum ęther ales neq; in terris morabor lõ gius. In quẽcunque hominem. i cuiuſuis hominis formã imutabor ſubtexam carmina inceptis chartis metaphoricę ſubtexã dictũ pro ſubiũgã his uerſibus de te iã ſcriptis. Texere eſt textorum qui telam fa ciunt. & texui textum facit. teſſo autem teſſis teſti teſtum pro ſpolio & nudo Plautus in amphitrione.

Non te deficient noſtræ memorare camœnæ:
Nec ſolum tibi pierii tribuẽtur honores:
Pro te uel rapidas auſi maris ire per undas,
Aduerſis hyberna licet tumeant freta uentis:
Pro te uel ſolus denſis obſiſtere turmis:
Vel paruum ætneæ corpus cõmittere flammæ:
Sum quodcunq; tuũ eſt: noſtri ſit paruula cura
Sit tibi quantalibet: ſi ſit modo: nõ mihi regna
Lydia: non magni potior ſit fama gylippi.
Poſſe meletheas nec mallem mittere chartas
Quod tibi ſi uerſus noſter notuſue minuſue
Vel bene ſi notus: ſũmo uel meret in ore
Nulla mihi ſtatuent finem te fata canendi.
Quin etiam mea tũc tumulus cum texerit oſſa:
Seu matura dies fato properat mihi mortem:
Longa manet ſeu uita: tamen mutata figura:
Seu me finget equum rigidos percurrere campos
Doctum: ſeu tardi pecoris ſim gloria taurus:
Siue ego per liquidũ uolucris uehar aera pẽnis:
In quencunq; hominẽ me longa receperit ætas:
Inceptis de te ſubtexam carmina chartis.

Illic nō uult mē denuo pallium deteſſere. Et Virgilius. Dum teſſit hiamon haleſus.

Vlpitia ē tibi culta tuis mars magne calēdis. Sulpitia fuit filia Seruii uiri nobilis: mirę pulchritudinis adoleſcentula: quam ſeu Tibullus: ut in ipſius uitam diximus cum Cherynthо mi/ſere amauit: ſeu Cherynthus ſolus dilexit. Huic mirum in modum exornatę martiarum calen. ſolēm nitate poeta Marte prēcat' ut ad ſit. Dictum ē enī ſupius cōmētario. iii. calē. martias fuiſſe matronalia Si ſapis: ſi prudentia non cares in puellę cōſideranda forma & ęlegantia. Hoc uenus ignoſcet auget ſermonem: nam Venus ipſa formoſiſſima tam & ſi cum Marte aſſueſcat conceſſura tamen eſt adultero ut Sulpitia ſpectatum ueni at. Scit enim puellā eſſe tantę pulchritudinis ut ſpectari mereatur. Violēte impetuoſē: Mars enim dicitur ut uolu it. Cicero q̄ magna uertat. Ne tibi mi rāti turpiter arma cadāt hoies nēpe la ſciuiuſculi dū petulcas illecebras ſpectant: ad libidinē mouēt' & obliti pu/doris motus edūt ihōeſtiſſimos. Vn/de Iuuena. ad irritamentū ueneris Satyrarū. ii. inquit. Appula gānit ſicut i amplexu. Illius ē oculis. Senſus eſt: Habet illa neſcio q̄d uigoris i tuēdo quo dii etiā ad ihōeſtum appetitū icitant'. Gemias lāpadas Laus ē a potētia oculorū. Prop. ii. Nō oculi gemię ſydera noſtra facęs. Quoquo modus ē dicēdi pro i quācūq; uelit parte ſe cōuerterit. Subſequit' q̄ decor: laus ē a gratia corporis. Vertūnus. deus ē Vertūnus quē naſci i thuſcis oris dixit. Proper. & eūdē eē tyberi. ſed q̄ iter iſtitutum uerterit vertūnū eē denoiatū. Seu dicitur q̄ oium fructuū primitię ſuę ſint ſeu q̄ reę oium & hortoę p̄cipue hē at dnātionē i quorū figuras uarias ſe trāſformat ut oēs ſuos ornatus i p̄di/cto loco pōit proper. uellera det ſuc. bis made. ty. i tyrio agro Phoenitię mēorabili ſarranū oſtrū naſcit': pro quo urbs pōitur. ſane lana bis ītincta purpureo colore p̄cioſior eſt: ut probat uſus: & antiquoę auctoritas biſſinū aūt nūcupatur ac dibaphū. Sta. ſiluarū. iii. Rubeat quo purpua ſucco ſydōiis iterata uadis. Bene olētibus aromatū ſuauitatem. & eſtu. phoe. ſu. ly. Lyrā mercurius iuenit ex teſtudine: & Orpheo donauit: ut Heratoſthnes poeta ſcribit. At Porphyrio & Acrō cōmētario Horatianoę car. i. afferūt primo inuētā lyrā a Mercurio datāq; Apollini accepto bacculo: quē caduceū uocant. Teſtudinea ergo aut icurna: aut q̄ primū ex teſtitudineo cortice ſeu corio fieri coepta ē Hor. Saxa mouent' ſono teſtudis: Supbus uero nobilis dicit' & glorioſus reſpectu lyrę: ut Vir. Spoliiſq; ſupbus Alcides aderat

Arce meo iuueni. ſub perſona ſulpitię loquitur quę quom amore

Vlpitia ē tibi culta tuis mars magne calendis
Spectatū e cælo ſi ſapis ipſe ueni.
Hoc uenus ignoſcet: at tu uiolente caueto:
Nec tibi miranti turpiter arma cadant.
Illius ex oculis quē uult exurrere diuos
Accendit geminas lampadas acer amor:
Illam quicquid agit: quoquo ueſtigia mouit:
Componit furtim: ſubſequiturq; decor.
Seu ſoluit carnes fuſis decet eſſe capillis
Seu cōpſit: comptis eſt ueranda comis:
Vrit ſeu tyria uoluit procedere palla:
Vrit ſeu niuea candida ueſte uenit:
Talis in æterno felix uertunnus olympo:
Mille habet ornatus: mille decenter habet:
Sola puellarum digna eſt cui mollia caris
Vellera det ſuccis bis madefacta tyros.
Poſſideatq; metit quicquid bene olentibus aruis
Cultor odoratæ diues arabs ſegetis:
Et quaſcunq; niger rubor de littore gemmas
Proximus æois colligit indus aquis.
Hanc uos pierides feſtis cantate calendis
Et teſtudinea phoebe ſuperbe lyra:
Hoc ſolenne ſacrum multos hoc ſumet in annos
Dignior eſt noſtro nulla puella toro.
Arce meo iuueni ſeu quis bona paſcua cāpi:
Seu colis umbroſi deuia montis aper.
Nec tibi ſit duros acuiſſe in pectora dentes
Incolumen cuſtos hunc mihi ſeruet amor.
Sed procul abducit uenandi delia cura:
O pereant ſiluæ: deficiantq; canes:
Quis furor eſt quæ mens dēſos indagine colles
Claudentem teneras lædere uelle manus?
Quid due iuuat furtim latebras itrare ferraum:
Candidaq; hamatis crura notare rubis?
Sed tamen ut tecum liceat cherynthe uagari:
Ipſa ego per mōtes rætia torta feram.

Ipſa ego uelocis quæram ueſtigia cerui:
Et demam celeri ferrea uincla cani.
Tunc mihi tunc placeant ſiluæ: ſi lux mea tecũ:
Arguar ante ipſas cõcubuiſſe plagas.
Tunc ueniat licet ad caſſes: illæſus abibit:
Ne ueneris cupidæ gaudia turbet aper.
Nunc ſine me ſit nulla uenus: ſed lege dianæ
Caſte puer caſta rætia tange manu.
Et quæcunq; meo furtim ſubrepit amori
Incidat in ſæuas diripienda feras.
At tu uenandi ſtudium concede paręti:
Et celer in noſtros ipſe recurre ſinus.
Vc ades & teneræ morbos expelle puellæ:
Huc ades intonſa phœbe ſuperbe coma.
Crede mihi propera nec te iam phœbe pigebit
Formoſæ medicas applicuiſſe manus:
Effice ne macies pallentes occupet artus:
Neu notet informis pallida membra color.
Et quodcũq; mali eſt. & quicquid triſte timemus
In pelagus rapidis euehat amnis aquis.
Sancte ueni tecumq; feras quicunq; ſapores
Quicunq; & cantus corpora feſſa leuant.
Neu iuuenem torque: metuit qui fata puellæ
Vota q; pro domina uix numeranda facit.
Interdum uouet interdum quod langueat illa
Dicit in æternos impia uerba deos.
Pone metũ cherynthe: deus nõ læſit amantes:
Tu modo ſemper ama: ſalua puella tibi eſt.
At nunc tota tua eſt: te ſolum candida ſecum
Cogitat & fruſtra credula turba ſedet.
Phœbe faue: laus magna tibi tribuetur in uno
Corpore ſeruato: reſtituiſſe duos.
Nil opus eſt fletu: lachrymis erit aptius uti:
Si quando fuerit triſtior illa tibi.
Iam celeber: iam lætus eris: quom debita reddet
Certatim ſanctis la etus terq; focis.
Tunc te felicem dicet pia turba deorum:
Optabunt artes & ſibi quiſq; ſuas.
St q te cherynte dies dedit hic mihi ſcũs:
Atq; inter feſtos ſemper habẽdus erit.
Te naſcente nouum parcæ cecinere puellis:

pueri uel cherynthi deperiret: & ad ue nationẽ proficiſcentem uideret ex formidine ne lędatur a feris aprũ rogat habitantem loca ad quę puer eſt acceſſurus: ut ab amatore dentẽ amoueat. poſtea uerſo ſermone puerũ reprehẽdit tanta inſania correptum ut ſe potius lacerandũ iter ferarũ luſtra efferat quã ſuo frui cõplexu uelit. Duros dentes dens eſt apri telum: quo ſolo homines euiſcerat. Delia non amatrix delia ſed diana uenationis dea. Eſt autẽ ſenſus. puer ſiluularũ amore campulorũ que ſilueſtrium captus eſt. Intrare late bras: excutere ferarũ luſtra. rubis amatis ſpinis cuſpidatis. eſt rubus ſpinę genus: quod Horatius indicat inquiens Seu uirides rubum admouere lacertę cum Virgilius ſcripſerit: uirides occultant ſpieta lacertos. Ruſcus quoq; uepris genus non nimium diuerſum. Calphurnius. Duris ego perdita ruſcis iã dudũ nullis dubitaui crura rubetis ſcidere. Rubi autem ruboꝝ ciuitas eſt italię. Horatius ſermonũ primo Inde rubos feſſi puenimus. ubi Acronis expoſitionem demiror: qui hoc probãs allegat Virgilium ſcribentem. Nũc facilis rubea texatur fiſcia uirga: quom de uirgulto ſanguinei uates intelligat. Retia torta. & filo torto per plagas: aut propter ſpirarum cõtorſionẽ. Ferrea uincla. collare eſt uinculum illud quo canum colla aſtringuntur & meliũ uocauit antiquitas: ut in ſecundo rerũ ruſticarum Varro refert. Fit & corio firmo cũ clauis capitatis: & circum collũ cani annectitur. hic copulam accipit quę circum brachia uenatorũ inſpiratur: & uulgus laſſum uocat. Nam altero ipſius capite remiſſo canis laxatur aduerſum prędam. Ouidius ſeptimo meta. Copula detrahit canibus quos illa ſequentes effugit Arguar dicar in dicio meo. Turbet gaudia ueneris cupidę nos in cõplexu proiectos ſuo aduentu perterreat. Nulla uenus nulluis luxurię exercitatio. Lege dianę: quę illibata fuit: cuius comites perpetua uirginitate iſignes fuerunt. Subrepit tacite ſubiit ac ſucceſſit & eſt prędicitum a ſubrepo:

Vc ades & tenerę morbos expelle puellę. Proſeuche ad phoebũ medicinę artis principem pro ſulpitia Cherynthi ęgrotãte. Phoebus autẽ iccirco medicinę magiſter dicitur: quia

quia ſol ſua tẽperie ſalutis cẽ ſit: & p itẽperiẽ mortes iferat ut macrobius & Strabo docẽt: ea pp mileſii ac delii eũ uocãt Vlion, i. ſalutiferũ. nã idẽ ẽ qđ ualeo: & cicatrix dicit. artẽis ẽt noiat qp itegros facit mortales: diodorus ue ro refert. vi. bñficiũ rõis medicę Iouẽ donaſſe Apollini i celebratiõe nuptia rũ iunõis. Nõ pigebit: te maxie iuuabit Occupet occupãdo deformet. Pallen tes morbo tabidos nõ natura. Color i formis palliditas i exãgui corpore. Sa pores: ſuccos Cãtus icãtationes. Neu iuuenẽ torque Quippe Apollo ſi puel lę nõ te mouet pulchritudo ac Cherin thus amator te flectat q̃ macerat ad necẽ. uix numerãda pro inumerabilia Pone metũ exhortãtis ẽ oratio. Sedet ante torũ ſtat: uel ante fores ędiũ. Tur ba credula: proci credẽtes ab ſuſpitia ſe diligi. Reſtituiſſe a morte reuocaſſe Cherynthũ & ſulpitiã. ſic Proper. Si nõ unius ſaltẽ miſerere duoꝝ: Viuã ſi uiuet: ſi cadet illa cadã. Triſtior irati or aſpior celeber quãtũ ad amãtis ſer uatę gloriã. Tutus quãtũ ad amorẽ ri ualium procorumq̃.

Et qui te cherynthe dies dedit hic mihi ſãctus. Sulpitia de natalitio loqr̃ amatoris quẽ diẽ ſe celebraturã ꝓfiteꝛ fatet̃ tũ qp illũ amet tũ qp illo die ipe natus ſit poſtea ſe cõuertit ad gẽiũ uenerẽq̃ naturę deos orãs ut uẽtitent ad hũc ſi mõ ſincere diligit̃. dederunt ſyſtole ẽ: qa producta corripit̃. regna ſnpba ex tua pulchritudie dominaris puellis. Dulciſſima furta. epithetõ ẽ tũ aptũ rei: tũ amatoris iracũdię recõci/ liãdę. Vir. fuit aut ibi qcquã dulce me um. pq̃ tuos oculos mos ãtiquoꝝ fuit iurare p rẽ cariſſimã amãti. n. nihil ad cõciliãdũ amorẽ gratius ẽ oculis: ideo oculiſſimus pro gratiſſimus apd̃ plau tũ legimus. Itaq̃ catullus iqt. Quiti ſi tibi uis oculos debere catullũ: Aut ali/ uđ ſi quid carius ẽ oculis. ꝓterea i hoie uel formoſo nil laudat̃ magis q̃ ocu/ lorũ uigor qp ſit totius corpis ps optia q. Serẽius ſũma bõi eſt alacres hoi cõ tigere uiſus. ſuſpirat ailos amores: de tẽtus quippe alterius amore: ut ſupra. Te tenet abſcentes alios ſuſpirat amores. Infidos focos. reſpectu cherynthi fallacis. Inuſta uenus. quę tunc dicitur iniuſta quando alter amantium eſt mẽtis inops: alter uero prorſus a cura ſolutus. catẽa. uiculo. Cláue paláue roget. uolũtas nãq̃ pro uerbis apd̃ deos ui hẽt

Atalis iuno. Ad iunonem ſermonem de ſulpitia quę diem natalem celebratura ſe expoliuit ele/ ganter. & utriuſq̃ amãtis commendatio continetur. Docta: aut litteris imbuta: aut prudens & rerũ gnara: Tota tibi ẽ hodie. tuę ditõis. ẽ hodie ſe. n. tibi dicauit. i. in honorẽ tuũ relegat cauſas ornã di: ſe dicit ob eam cauſam ornaſſe quod tibi rem diuinam factura eſt. Occulte: ſub hoc ſacrificii prę texto. Mutua uincla. Iuno agundis prẽeſt matrimoniis: unde gamylia dicitur. Studioſa: ſedula.

Seruitium & dederant regna ſuperba tibi.
Vror ego ante alias: iuuat hoc cherynthe q̃ uror
Si tibi de nobis mutuus ignis adeſt.
Mutuus adſit amor tua per dulciſſima furta:
Perq̃ tuos oculos: pergeniumq̃ rogo.
Mane geni cape thura libens uotiſq̃ faueto:
Si modo quom de me cogitat ille ualet.
Quod ſi forte alios iã nunc ſuſpirat amores
Tunc precor infidos ſancte relinque focos:
Nec ſis nunc iniuſta uenus uel ſeruiat aeque
Vinctus uterque tibi: uel mea uincla leua.
Sed potius ualida teneamur uterq̃ catena:
Nulla queat poſthac nos ſoluiſſe dies.
Optat idem iuuenis quod nos ſed tutius optat:
Nam pudet hæc illum dicere uerba palam.
At tu natalis quoniam deus omnia ſentis
Annue quid refert clamue palamue roget.
Atalis iuno ſanctos cape thuris aceruos:
Quos tibi dat tenera docta puella manu.
Tua tibi eſt hodie: tibi ſe lætiſſima compſit
Staret ut ante tuos conſpicienda focos:
Illa quidem ornandi cauſas tibi diua relegat:
Eſt tamen occulte cui placuiſſe uelit.
At tu ſancta faue: neue id diuellat amantes
Sed iuueni quæſo mutua uincla para.
Sic bene compones: ulli non ille puellæ
Seruire aut cuiquã dignior illa uiro.
Nec poſſit cupidos uigilãs deprendere cuſtos
Fallẽdiq̃ uias mille miniſtret amor:
Annue purpureaq̃ ueni perlucida palla
Ter tibi fit libo: ter dea caſta mero.
Præcipit & natæ mater ſtudioſa quod optat:
Illa aliud tacita iam ſua mẽte rogat:
Vritur ut celeresurunt altaria flammæ.
Nec liceat quãuis ſana fuiſſe uelit.

Sit iuueni grata: aduenietq; quom proximus ānus
Hic idem uotis iam uetus adsit amor.
Andē uenit amor: qualē texisse pudori
Quā nudasse alicui sit mihi fama magis:
Exorata meis illum cytherea camœnis
Attulit: in nostrum deposuitq; sinum.
Exoluit promissa uenus: mea gaudia narret:
Dicetur siquis non habuisse suam:
Non ego signatis quicq̄ mandare tabellis
Ne legat id nemo q̄ meus ante uelim.
Sed peccasse iuuat: uultus componere famæ
Tædet: quom digno digna fuisse ferar.
Nuisus natalis adest: qui rure molesto
Et sine cherynthο tristis agendus erit.
Dulcius urbe quid est: an uilla sit apta puellæ:
Atq; eretino frigidus amnis agro.
Iam nimium messalla mei studiose quiescas
Non tempestiuæ sæpe propinque uiæ.
Hic animum sensusq; meos abducta relinquo:
Arbitrio quamuis non sinis esse meo.
Cis iter ex animo sublatum triste puellæ
Natali romæ non sinit esse suo:
Omnibus ille dies nobis natalis agatur.
Qui nec opinanti nunc tibi forte uenit.
Ratū ē securus multum quod iā mihi de me
Permittis subito ne male inepta cadam.
Sit tibi cura togæ potior: presumq; quasillo
Scortum: quam serui filia sulpitia.
Solliciti sunt pro nobis: quibus illa dolori est:
Nec credam: ignoto maxima causa toro.
St ne tibi cherynthe tuæ placiture puellæ
Qui mea nunc uexat corpora fessa calor.
Ah ego non aliter tristes euincere morbos
Optarim: q̄ te sic quoq; uelle putem.
Ah mihi quid prosit morbos euincere: quid tu
Nostra potes læto pectore ferre mala?
Ne tibi sit mea lux æque tam feruida cura:
Vt uideor paucos ante fuisse dies:
Si quicq̄ tota commisi stulta iuuenta:
Cuius me fatear pœnituisse magis.
Hesterna q̄ te solum q̄ nocte reliqui
Ardorem cupiens dissimulare meum.

Quod optat: cōiugiū. s. pro uoto: sed illam p̄cat̄ uti possit Cherynthi pueri formosissimi frui cōplexibus. Vritur ut celeres. cōparatio ad amoris incendium. Sana; sine amore: cōtra insana pro amāte: nā qui amoribus corripiū tur isani efficiunt̄. unde Propertius Is primum uidit sine sensu uiuere amantes. Proximus: sequens.

Andē uenit amor. Exultatio ē Sulpitię de amoris obtētu cum puero. Tādē ait post rē multū desiderată. Qualē texisse pudori: ne sodalibus exponēs miphamissim. Nudasse. apuisse declarasse. Cytherea: Vēus a loco: ad q̄ supra fudit p̄ces. Nō hūis, se suā: nō potitū eē sue dñę cōcubitu.

Nuisus natalis adē. Sulpitia Messallā affinē alloq̄t̄: dolēs natalē adueniisse: quē sit ruri sine Cherynthο celebratura. Rure molesto: oia noia locoꝝ propria & q̄ pro propriis accipiunt̄, i datiuo & ablatiuo ponūt̄: cū in loco significāt hoc ois correctior grāmatices rō postulat. q̄ q̄ Seruius scribat Virgiliū p figuram posuisse tyria carthagine pro carthagini. & q̄d magis miror. Ciceronē i prosa oratione narbōe pro narbōi p ātiposim dixisse Atq; arretio frigidus ānis agro Dicūt q̄dā arretinū amnē intelligi ę̄sarim q̄ ex Arretio olim delabebatur tribus alueis: sed ēmēdo textū eretio ē. n. eretiū oppidū ñ lōge a Nométo albulas prospectās gelidissimas: nā nō cōuēit ut ex urbe puella Arretiū cōmigraret Studiose: sollicite. Nō tēpestiuę: ñ grate ut urbē deserēs i uillā tuā cōmeet. Abducta: ab urbe aduecta ubi amator relinquitur. Arbitrio: iurisdictiōe & uoluntate libera.

Cis iter ex aio. Eadē ad Cherynthū q̄ Romę natalē nō possit colere. rus enī cōtra uolūtatē abit. Nō sinit. supple q̄d iter nō promittit illā: Sublatū ex aio: susceptum cōtra ani sniam. Agat̄ natalis. i. pro natali colat̄.

Ratū ē. Sulpitia ad amicū seipsā negligētē: & scorti illecebris delinitū scribit De me securus: nullā āpli/us de me curā hēns. Permittis: sine euenire. Mala iepta: ut mulieres in amore depditę: quę q̄d cōueniat ñ decernūt Cadā. i ignominiā prolabar a pudoris sublimitate: & ē ex uulgari suptū. Cura togę togati scorti. i. adulterę & meretricis. nā togata pro scorto Ho.

in.i.ſermonũ ponit: & Porphyrio cõ
mẽtator teſtat dephenſas i adulterio
mulieres togã induiſſe. unde Iuuena.
Talẽ nõ ſumet dãnata togã. Preſſum
quaſillo ſcortũ: aut pauperẽ meretri/
cẽ obiicit: quę uitã quęrat lanificio:
aut eũ iproperat q̃ domi clauſã me/
tricũlã teneat. Eſt qualus uas lanifi/
cio aptum: & quaſillus calathus eſt.
Nam Varro refert Thalaſſionẽ i nup
tiis ſignũ fuiſſe lanificii. is.n. uocabat
quaſillus. Ne credã. ne fidẽ habeam
uerbis tuis pro coniugio.

St ne tibi cherithe. Sulpitia igne
amoris nimio aggrauata alloq̃t
amatorẽ ſe excuſans q̃ illũ heſterna
nocte reliquerit amorẽ diſſimulãs ſu
um. Tuę puellę: ſcorto ante memora
to. ẽ.n. puella nomẽ nõ itegritatis ſed
ętatis. Iuue. Et ad circũ iuſſas proſta/
re puellas. Tota iuuẽ. iuuenta eſt tem/
pus iuuenilis ętatis. Iuuentas dea. ſed
iuuentatem nuſq̃ legi. Ouid.n. iuuen/
tę. vii. ponit.

Vlla tuũ titulis. Tibullus amicã
alloq̃t. Cui pollicẽt amorẽ ſuũ
fore ſempiternũ. Titulis. ſtẽmate no/
bilitatis. Nil opus iuidia. nil ex formo
ſitate tua quęro mihi ab aliis iuideri.
Procul ab. glo. uul. uulgarium ẽ iactã
tia: ut oẽs intelligãt ſe hẽre uxorẽ pul
cherrimã. Tu mihi cu. req. Proper. i.
Tu mihi ſola domus: tu cynthia ſola
parẽtes. Oia tu noſtrę tpa lętitię. Tur
ba: multitudo. Oui. Nos duo turba ſu
mus. Solis: deſertis ſolitariis Eſt tibi
magna ãte alios deos. ẽ.n. pronuba iu
no. Quid ſa. de. correctio ẽ q̃ temere
ſit teſtatus deos ſe illius ſemp futurũ.
Pignora: foedera. Prodeat euaneſcat
Fortis: inexorabilis. Audacius: licenti
us. Garrula. in iurando prompta. No
tat. i. poena afficit.

Vmor ait noſtrã. Tetraſtichõ de
puellę ſuę ifamia ſe proſtrãtis oi
bus p̃ audita: Peccare: cũ aliis oſueſce
re. Auribus fur. ut nõ itelligã. Itidẽ Ca
tul. Quę tã & ſi uno ñ ẽ optẽta catullo.
Rara uerecundę furta feremus herę.
ne nimiũ ſimus ſtultoꝝ more moleſti
Crimia. Crimiatiões de amicę ipudi/
citia. uel carmia. i. iſtud terraſtichõ. ta
ce. ne me tãto afflictes dolore. Hacte
nus exigẽio noſtro tibulli elegias eno
dauimus proſecuturi lucubratões coe
ptas i proptiũ. & lõgas i catullũ pegri
natiões: ſi ex his labores noſtri proba
bũtur. FINIS.

Vlla tuum titulis ſubducet fœmina lectum
Hoc primũ iuncta eſt fœdere noſtra uenus:
Tu mihi ſola places: nec iam te prætet in urbe
Formoſa eſt oculis ulla puella meis.
Atq; utinam poſſis uni mihi bella uideri:
Diſpliceas aliis: ſic ego tutus ero.
Nil opus inuidia eſt: procul abſit gloria uulgi
Qui ſapit in tacito gaudeat ille ſinu:
Sic ego ſecretis poſſum bene uiuere ſiluis.
Qua nulla humano ſit uia trita pede.
Tu mihi curarum requies: tu nocte uel atra
Lumen: & in ſolis tu mihi turba locis.
Nunc licet e cælo mittatur amica tibullo
Mittetur fruſtra: deficietq; uenus.
Hæc tibi ſancta tuæ iunonis numina iuro
Quæ ſola ante alios eſt tibi magna deos.
Quid facio demens. heu heu mea pignora credo
Iuraui ſtultæ prodeat iſte timor.
Nunc tu fortis eris nunc tu me audacius ures:
Hoc peperit miſero garrula lingua malum.
Iam faciã quodcũq; uoles: tuus uſq; manebo:
Nec fugiam nocte ſeruitium dominæ.
Sed ueneris ſanctæ confidam uinctus ad aras:
Haec notat iniuſtos: ſupplicibuſq; fauet.
Vmor ait crebro noſtram peccare puellam
Nunc ego me ſurdis auribus eſſe uelim.
Crimina non hæc ſunt noſtro ſine facta dolore:
Quid miſerum torques rumor acerbe tace.
E quoq; uirgilio comitem nõ æque tibulle
Mors iuuenem campos miſit ad elyſios.
Ne foret aut elegis molles qui fleret amores:
Aut caneret forti regia bella pede.
Vb teneris ãnis tenerorũ ſcriptor amorũ
Decedẽs dura hac ecce tibullus humo.

Onec erunt ignes: arcuſq; cupidinis arma:
Diſcẽtur numeri culte tibulle tui.

Emnona ſi mater: mater plorauit achillẽ
Et magnas tangunt triſtia fata deas:
Flebilis indignos elegia ſolue capillos

Ah nimis ex uero nunc tibi nomen erit.
Ille tui uates operis: tua fama tibullus
Ardet in extructo corpus inane rogo:
Ecce puer ueneris fert euersamque pharetram.
Et fractos arcus: & sine luce faces.
Aspice demissis ut eat miserabilis alis:
Pectora q; infesta tendat aperta manu.
Excipiunt lachrymas sparsi per colla capilli.
Oraq; singultu concutiente sonant.
Fratris æneæ: sic illum funere dicunt
Egressum castris pulcher iule tuis.
Nec minus est confusa uenus moriente tibullo
Quam iuueni: rupit cui ferus inguen aper.
At sacri uates: & diuum cura uocamur:
Sunt etiam qui nos numen habere putent.
Scilicet omne sacrum mors importuna profanat
Omnibus obscuras iniicit illa manus.
Quid pater hismario: quid mater profuit orpheo
Carmine quid uictas obstupuisse feras?
Et licnon in siluis idem pater edidit altis
Dicitur inuicta concinuisse lyra.
Aspice mæoniden: a quo ceu fonte perenni
Vatum castaliis ora rigantur aquis.
Hunc quoq; sūma dies nigro summersit auerno:
Effugiunt auidos carmina sola rogos.
Durat opus uatum: troiani fama laboris
Tardaq; nocturno tela retenta dolo.
Sic nemesis lōgum: sic delia nomen habebit
Altera cura recens: altera primus amor.
Quid nos sacra iuuat: aut quid ægyptia prosunt
Systra: quid in uano succubuisse toro?
Cum rapiant malefacta bonos: ignoscite fasso
Sollicitor nullos esse putare deos:
Viue tamen moriere prius: cole sacra colentem:
Mars grauis a templis in caua busta trahet.
Carminibus cōfide tuis: iacet ecce tibullus
Vix manet e toto parua quod urna capit.
Tene sacer uates flammæ potuere rogales
Pectoribus pasci nec timuere tuis.
Aurea sanctorum potuisse templa deorum
Vrere quæ tantum sustinuere nephas.

Summa uitę Albii Tibulli.

Albius Tibullus eques Ro. insignis forma cultuq; corporis obseruabilis: ante alios Corui nū Messallam dilexit: cuius etiam contuber nalis lapidio pannonico: & aquitano bello militaribus donis donatus est. hic multorum iudicio: & maxie Quintiliani studio litterarum acerrimę licē tię inter elegiographos summum locum obtinet: epistolę quoq; eius amatorię q̄uis breues utiles sūt. Obiit prima iuuenta Romę: matre sororeq; & Nemesi sibi amatis supstitibus. eo anno: quo Ouidius natus est consulibus Hircio & Pansa: ut amborum carmina indicant. Progenitores suos habuit ditissimos: ipse tamen pauper remansit spoliatus bonis: ut in epistola prędcedenti testatur.

Auertit uultus ericis qui poſſidet arces
Sunt quoq; qui lachrimas continuiſſe negent.
Sed tamen hoc melius quã ſi phæacia tellus
Ignotum uili ſuppoſuiſſet humo.
Hic certe madidos fugientes preſſit ocellos
Mater: & in cineres ultima dona tulit.
Hic ſoror in partem mixti cũ matre dolores
Venit in occultas dilaceratã comas.
Cumq; tuis ſua iunxerunt neceſſiſq; priorque
Oſcula: nec ſolos deſtituere rogos.
Delia diſcedens felicius inquit amata
Sum tibi: uixiſti dum tuus ignis eram.
Cui neceſis. quid ais? tibi ſũt mea damna dolori;
Me tenuit moriens deficiente manu.
Si tamen e uobis aliquid niſi nomen & umbra
Reſtat in eliſia ualle Tibullus erit.
Obuius huic uenies hedera iuuenilia cinctus
Tempora cum caluo docte catulle tuo:
Tu quoq; ſi falſum eſt temerati crimen amici
Sanguinis atq; animæ prodige gallé tuæ.
Hic comes umbra tua ẽ: ſiqua mõ corporis ũbra
Hauſiſtis numeros culte tibulle tuos.
Oſſa quieta precor tuta requieſcite in urna:
Et ſit humus cineri non oneroſa tuo.

Vuenis q̃ pauper erat: tamen ecce tibullus
Viuit: & æterno carmine nomen habet.
Quis numeret populos: urbes: regeſq; ſepultos
Interea: quorum mortua fama iacet.
Felices igitur tales quicunq; per artes
Victurum toto ducitis orbe diem.
Huius ab exemplo pueri iuueneſq; latini
Serta coronatis nectite temporibus.
Atq; opibus lucroq; omni præferte decorem
Quem modo perpetuo caſtalis umbra dabit.
Et cinere ardentes non turpe putetis amores:
Conſulat ætati quiſq; animoq; ſuis.

Brixiæ impreſſum per Boninũ de Boninis de Ragu ſia anno ſalutis. M.CCCC.LXXXVI. die. xviii. Februarii.

Hain 4761.

REGISTRVM.

a

primam uacat
Bernardinus
get defertum

b

erit ſcithicis
de ſanctis
gnarus ait

c

pede laus
exprimit
uit. Ideo

d

li aſtronomicō
libidinis opus
prominentibus

e

alio nunciarunt
aluit ueteres
quarto

f

primo. Tum
emori ueile
uiridaria

g

cuſtodia
ex creta
queat hoc

h

ea eſt,
tuum eſt
pueri uel